



<36601398500019

IACOBI CAROLI SPENER
HISTORIAE GERMANIÆ VNIVERSALIS ET PRAGMATICAE
LIBRI VI
POSTERIORES
RES GERMANIAE
A RVDOLPHI HABSBVRGICI
IMPERIO
AD PRAESENTEM VSQVE ANNVM
COMPLEXI
CVM
PERPETVIS NOTIS
ET
COPIOSIS
INDICIBVS

HALAE MAGDEBVRGICAE
SVMTIBVS BIBLIOPOLII NOVI.

---

cIↃ IↃ CC XVII



LECTORI S.

En altera potiorque pars commentariorum noſtræ hiſtoriæ, adeoque nunc rerum nouarum commemoratione vetuſtarum rerum iudicio attemperata, plene meo inſtituto ſatisfactum. Quod adpareat, nihil diſtat poſterioris argumenti elaboratio a priori; vnde noua libro parum opus eſt præfatione. Sex libris viſum nuper eſt rerum ab initiis noſtræ reipublicæ ad magnum interregnum geſtarum ordinem perſequi: & quod ipſa hiſtoria ad hanc partitionem opportune conſpiraret,

& quod totidem fere præcipuæ publicorum in Germania iurium vicisſitudines cogitanti animo occurrerent. Poſteriorum quatuor ſeculorum nouæ hiſtoriæ parem librorum numerum iisdem rationibus motus auctor adparauit: cui quidem illos paulo eſſe prioribus ampliores, nemo vitio vertet, qui leuiter recentiorum rerum notitiæ amplisſimam præſtantiam explorauerit. Si quid de reliquo poſſunt vota, non minorem publicum Fauorem poſteriori huic quam priori ſuæ operæ optat ſperatque auctor; TEque, BENEVOLE LECTOR, quam optime valere iuſſum, nihil vltra in libri limine moratur!

SERIES



SERIES

LIBRORVM

ET

CAPITVM.

LIB. I.

RES GERMANIAE SVB VARIIS IMPERATORIBVS VSQVE AD LVDOVICVM BAVARVM.

CAP. I.

Finium & Regionum rationes.

CAP. II.

Res Rudolphi Habsburgici Imp.

CAP. III.

Res Adolphi Naſſouii Imperatoris.

CAP. IV.

Res Alberti Auſtriaci Imperatoris.

CAP. V.

Res Henrici VII. Imperatoris Lutzenburgici.

CAP. VI.

Res Friderici Auſtriaci & Ludouici Bauari Imperatorum.

CAP. VII.

Jura Publica.

CAP. VIII.

Germaniæ Principum Notitia.

CAP. IX.

Status Sacrarum Rerum.

LIB. II.

RES GERMANIAE SVB BOHOEMICIS IMPERATORIBVS ET RVPERTO PALATINO.

CAP. I.

Fines & Regiones Germaniæ.

CAP. II.

Res Caroli Bohœmi & Guntheri Schwartzburgici Imperatorum.

CAP. III.

Res Wenceslai Imperatoris.

CAP. IV.

Res Ruperti Palatini Imperatoris.

CAP. V.

Res Sigismundi Imperatoris.

CAP. VI.

Iurium Publicorum Notitia.

CAP.

CAP. VII.

Germaniæ Principes.

CAP. IIX.

Status Sacrarum rerum.

LIB. III.

RES GERMANIAE SVB AVSTRIACIS IMPERATORIBVS ALBERTO, FRIDERICO, ET MAXIMILIANO.

CAP. I.

Finium & Regionum Viciſſitudines & diſtributiones.

CAP. II.

Res Alberti II. Imperatoris.

CAP. III.

Res Friderici IV. Imperatoris.

CAP. IV.

Res Maximiliani I. Imperatoris.

CAP. V.

Iurium Publicorum conſideratio.

CAP. VI.

Germaniæ Principum ſucceſſiones.

CAP. VII.

Res Sacræ.

LIB.

LIB. IV.

RES GERMANIAE SVB AVSTRIACIS IMPERATORIBVS, CAROLO, FERDINANDO ET MAXIMILIANO.

CAP. IV.

Res Maximiliani II. Imperatoris Auſtriaci.

CAP. V.

Iura Publica.

CAP. VI.

Germania Princeps.

CAP. VII.

Sacræ Res.

LIB.

LIB. V.

RES GERMANIAE IMPERANTIBVS RVDOLPHO, MATHIA, FERDINANDO II. ET FERDINANDO III.

CAP.

CAP. IV.

Res Ferdinandi II. Imperatoris.

CAP. V.

Res Ferdinandi III. Imperatoris.

CAP. VI.

Publicorum iurium ſtatus.

CAP. VII.

Principum Germaniæ Notitia.


CAP. IIX.

Status Sacrarum rerum.

LIB. VI.

RES GERMANIAE IMPERANTIBVS LEOPOLDO, IOSEPHO, ET CAROLO, AVSTRIACIS.

LIBER I.



LIBER I.

RES GERMANIÆ SVB VARIIS IMPERATORIBVS VSQVE AD LVDOVICVM BAVARVM.

CAPVT I.

FINIVM ET REGIONVM RATIONES.

I.

QUi a longiſſimis ſeculis modo aucti modo debilitati *Germaniæ* noſtræ *fines* hactenus viſi ſunt, nondum ſaltem nunc reperientur ſtabiles, ſed vario vſu atque pacto ſubinde mutati leguntur. Mutatos quippe regionis fines conſtat, quoties aut pactione interpoſita auulſa terra, aut viciſſim multis modis alia *Viciſſitudines finium, quales?*

 pro-

prouincia in arctiorem compagem adducta est.

Finis Occidentalis; II. Ad *occasum* prisci contra Gallias limites vbique seruati sunt. Certe Burgundicæ prouinciæ vsque ad RHODANVM, & vtraque Lotharingia ad MOSAM SCALDIMQVE & vltra vsque, semper adhuc sunt imputatæ in Germaniam; licet dudum laxior harum regionum cœperit esse clientela. (*a*) Ridendi adeo admodum, qui Philippum Galliæ regem cum Alberto Imperatore de *Rheno*, nouo futuro Germaniæ limite, multa pactum esse satis putido errore tradiderunt. (*b*)

III.

(a) *Chronicon* COLMARIENSE *P. II. pag.* 54. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 104. 111. 127. HENRICVS REBDORFF. *ad Ann.* cIↄCCCXXXIX.

(b) GVIL. NANGIACVS *in Chronico* promotum Franciæ Occident. terminum a Mosa ad Rhenum ait: sed confutatur ab ipso BELLEFORESTIO *Ann. Franc. T. I. Lib. IV. cap. XLIII.* ÆNEVS terminus male acceptus pro termino *RHENI*: quem errorem ipse PETRVS PVTEANVS, Gallicus scriptor, ingenue confessus *est*.

III. *Auſtralis* Germaniæ finis, qui diu, nunc etiam fuit in ALPIBVS. (*c*) Nuper per priſca obſequia vinculo arctiori Germaniæ connexa erat Italia; licet nunquam ea ad plenam ciuitatem noſtram admiſſa. Nunc diffluere pasſim per noſtri imperii calamitates veteres clientelæ, raroque inuiſi a noſtris Imperatoribus Italia: ea proinde, licet ſervato a noſtris regibus perpetuo & iure & nomine veteris imperii, magis cœpta diſtingui & ſeparari a Germania, quam vnquam antea. (*d*) *Auſtralis*;

IV. Contra Hungariam & Poloniam ad *Orientem* haud multo vltra LEITHAM, & MARVM, & VIADRVM, protenta fuit Germania (*e*) Polonia nunc dimiſſa prorſus; adeo mox immemor priſci ſtatus, vt *Orientalis*;

A 2 omni-

(c) ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Frid. III. pag.* 59. CONRADVS VECERIVS *Hiſt. Henr. VII. pag.* 68.

(d) TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↄCCLXXXVI.

(e) GVNTHERVS *Ligur. Lib. VI. pag.* 363. ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. cit. pag.* 108.

omnino contendere de amplioribus terris cum Germania conaretur. Prope ostia Vistulæ modo latius per graue bellum Germaniæ cœpit nomen excurrere, & oppressis Prussis Liuonisque longissima maris littora

Aquilonaris. comprehendere. (*f*) Versus *Septentriones* constans EIDORA terminus constitit. (*g*)

Status prouinciarum. V. Nouum Germaniæ prouinciarum statum, nisi quem paulo ante interregnum deprehendimus, parum licet reperire. Magnæ quondam prouinciæ nunc omnes discissæ & laceratæ, & in minores varias regiones diuisæ; quarum breuis notitia non incommode ceteris Germaniæ rebus præmittitur.

Burgundiæ rationes. VI. BVRGVNDIÆ quatuor insignes Comitatus historia celebrat. *SABAVDIA* fuit, *BVRGVNDIA MINOR.*

(f) MVTIVS *Germ. Chron. lib. XX. pag.* 182. 183. ALBERTVS KRANTZIVS *Vandal. lib. VII. cap. XXVI. XXVII.*

(g) SAXO GRAMMATICVS *Præf. Hist. Daniæ.* SIGISMVNDVS *Cæsar in Diplom. apud* CYPRÆVM *Hist. Slesuic. lib. II. cap. XXI.*

NOR, *PROVINCIA*, & a Comite Delphino adpellatus Comitatus *DELPHINATVS.* Quam iſtis terris vehementer Galli continuo inhiarunt, factum demum per malam fidem comitum, & per plurimas Germaniæ turbas, vt poſteriores duæ regiones poſtera ætate Galliis iungerentur; & ceteræ duæ non niſi precaria obſequia Germaniæ præſtarent. (*h*) *HELVETIA*, fida & amica Germaniæ, nunquam foret abſtrahi ab ea cœpta, niſi ſuperbia & crudelitas præfectorum & nobilium impenſius plenæ libertatis ſtudium populo commendaſſet. (*i*)

(h) VI. Metropoles Burgundiæ. GERVASIVS TILBERIENSIS *Ot. Imperial. pag.* 915. Prouinciæ Comitatus. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. III. pag.* 620. *&* *ex* NICOLAI III. *Papæ Epiſtolis* BZOVIVS *Ann. Eccleſ. ad ann.* cIↄCCLXXIX. *Num. III.* *&* *ad ann.* *LXXX. Num. II.* Delphinatus. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 130. 131. 153. Conf. *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 54. ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 104. *collat. cum* TRITHEMIO *Chron. Hirſaug.* *&* HENRICO STERONE *ad ann.* cIↄCCLXXXIX.

(i) ALBERTVS ARG. *pag.* 104. Initia ſe-

Lotharingiæ varius status.

VII. LOTHARINGIA, quæ prorsus auitum nomen prouincia seruauit, singularis Ducatus porro fuit. (*k*) Inferiores autem ad Rheni, Mosæ, Scaldisque ostia, nuper simul generali *Lotharingiæ* nomine comprehensæ, terræ multifariam modo diuisæ, modo conjunctæ, sunt. *BATAVI* & *ZEELANDI* ab vno Comite regnati. *BRABANTIÆ LIMBVRGENSIS* terra iuncta, & utraque a Duce gubernata. *HANNONIA* sæpe Flandriæ, sæpe Hollandiæ, iuncta. Ipsa *FLANDRIA* potentissimum Comitem habuit. *GELDRIÆ* Comes hac ætate, & proxima *LVXENBVRGICVS* Comes, Dux dictus a nostris imperatoribus. *FRISII* summa libertate gauisi, nec duci nec comiti paruerunt. (*l*)

VIII.

parationis a Germania. MVTIVS *Chron. Germ. lib. XXII. pag.* 207.

(k) CONRADVS VECERIVS *Hist. Henr. VII. pag.* 63. *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* clↃCCLXXVII.

(l) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 111. 127. *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 60. ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bau.*

VIII. In ALEMANNIA & FRANCONIA ex Sueuicæ domus ruinis plurima diſtincta Comitum territoria adcreuerunt: quorum pars egregios hodie Principatus referunt. Præſertim *BVRGGRAFIORVM NORIBERGENSIVM* inſignes ditiones in Franconia hæc ætas dedit; eademque in Sueuia *WVRTENBERGICÆ* domus egregia incrementa vidit. (*m*) *Sueuia & Franconia.*

IX. *PALATINATVS AD RHENVM* nuper Boioariæ ducibus feliciter obuenerat. Nunc diuiſa primum BOIOARIA; & *Superior* relicta Palatino Comiti, *Inferior* data Duci ſingulari. Rurſus inde diuiſæ terræ, & *Superior Boioaria* a *Palatinatu* ſeparata. *Superiori Boioariæ* interpoſito aliquo tempore *Inferior* iterum acceſſit. *Palatinatus*, iam Ele- *Palatinatus ad Rhenum & Boioaria varie diuiduntur & iterum iunguntur.*

pag. 36. *Chron. Magnum* BELGICVM *ad ann.* cIↃCCCXXXVI. *pag.* 282.

(m) *Chron.* COLMAR. *P. II pag.* 38. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSPERG. *ad Ann.* cIↃCCLXXIV. LXXXV. *pag.* 258. 259. MVTIVS *Chron. German. lib.* XXIII. *pag.* 214.

Electorali dignitate insignis, eodem tempore noua *Nortgouiæ*, siue *Superioris Palatinatus*, qualis nunc vocatur, ad Danubium accessione auctus est. (*n*)

Austria. X. AVSTRIA olim a Boioaria separata huic nunc terras cis Anisum sitas reddidit: sed contra aucta est *STIRIA*, *CARNIOLA*, *CARINTHIA*, & extremum *TIROLENSI COMITATV*, diuersis annis adiectis. (*o*)

Westphalia. XI. *WESTFALIAM* totam varia Episcoporum maxime & aliquot Comitum ditiones occuparunt. (*p*) In *INFERIORI* SAXONIA *BRVNSVICENSIVM* Ducum præcipuum fuit territorium. *SVPERIOR SAXONIA* habuit *ELECTORATVM SAXONICVM*, & ditiones a reliqua *Ascania* gente possessas. *MISNIA* cum *THVRIN-*

Saxonia Inferior. *Saxonia Superior.*

(n) ANDREAS *Presbyter Ratisbon. pag.* 30. 32. 34.

(o) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 101. 125. AVENTINVS *lib. VII. cap. IX. num. X. cap. XXI. num. IX. X.*

(p) *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 256. 257. 267.

RINGIA coniuncta erat; huiusque pars altera nuper separata nouo *HASSIÆ* Landgrafiatus nomine nunc nobilis. (*q*)

Slauica terra. XII. In SLAVICIS TERRIS *BRANDENBVRGICVS* potens *MARGGRAFIATVS* æque ac *BOIOHOEMI* regnum, noua Electorali dignitate ornari. *Brandenburgum.* Boiohœmum *Boiohœmum.* Germanicis principibus obuenit. (*r*) *MORAVIA* aliquandiu singulari principi gubernanda concessa. *SILESIA* a Polonis abalienata Boiohœmicæ se clientelæ addixit. *LVSATIA Vtraque* nunc etiam a Boiohœmis vindicata. (*s*)

Pomerania. XIII. In littoribus Germaniæ *POMERANIA* & *MEGAPOLITANÆ* ditiones insignibus accessionibus quandoque

(q) *Historia Landgr. Thuring. cap. XXII. LIV. LVI.*

(r) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 121. GOLDASTVS *de Regno Boh. App. Docum. pag.* 31. 48.

(s) Morauiæ separatio. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 155. Silesiæ coniunctio cum Boiohœmo. *Diploma* CAROLI IV. *apud* GOLDASTVM *App. Docum. pag.* 66. 70. 73.

doque auctæ ſunt. Multa vero inde nata ſunt bella cum vicinis Brandenburgicis Marggrafiis, terrarum ſuarum fines non modo usquequaque ampliaturis, verum etiam ipſam Pomeraniam in clientelam vindicaturis. (*t*) *PRVSSIÆ*, modo in complexionem Germanici imperii diuturno bello redactæ, fines nunquam fere conſtantes fuere: nec adeo ipſa hæc clientela quam dubia & male fida noſtræ fuit Germaniæ. (*v*)

Pruſſia.

Nomina generalia.

XIV. Nomina noſtræ regionis noua & generalia nulla porro reliquæ ætates oſtendent: Dicta eſt TEVTONIA, TEVTONICVM REGNVM, ALEMANNIA, ſed vſitatius GERMANIA. Quod perpetuo iure Romæ atque Italiæ imperium Germaniam maneret; inde etiam ex veteri maieſtate Romani Imperii id eſt acceptum, vt ROMANVM

(t) *Chron.* SCLAVICVM *Lindenbr. pag.* 208.

(v) MVTIVS *Chron. Germ. lib. XX. pag.* 182. 183.

NVM IMPERIVM vocaretur, quod quidem vere esset *GERMANICVM* siue *TEVTONICVM.* (*x*)

CAP. II.

RES RVDOLPHI HABSBVRGICI IMPERATORIS.

I.

Perturbatissimum Germaniæ interregnum maxime gratum Papis, quibus & acceptum ferendum, fuerat, donec Ecclesiæ, quam adpellant, bonis nihil metueretur. His in periculo constitutis mature subueniendum Papa ratus, tam vrsit principes Electores, vt nouum Imperatorem eligerent, quam antea labentes passim in interregno res imperii lubenti animo tulerat. (*y*) *Noua a Papa electionis postulatæ rationes.*

II. Francofurti conuenerunt Electores, &, nondum tamen prorsus reli- *Electio Rudolphi.*

(x) *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 45. 54. *Fragmentum Historicum* VRSTISIANVM *ad Ann.* cIↃCCLXVIII. *pag.* 93.

(y) *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 93.

reliquis exclusis principibus (z) varias de ægri ac prope desperati imperii crebris calamitatibus, earumque quærendis remediis, consultationes habuerunt. Extremum placuit, vt quamprimum renunciaretur Imperator. Moguntino suadente & persuadente fortuna *RVDOLPHO* fauit, & per concordia Electorum vota Imperatoriam dignitatem ei contulit. (*a*)

An. cIↃCC-LXXIII.

III.

(z) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 100. CVSPINIANVS *pag.* 351. *Diploma* RVDOLPHI HABSB. *Ludouico & Henrico Boioariæ Ducibus Ann.* cIↃCCLXXV. *datum apud* TOLNERVM *Cod. Diplom. Num. CVII.*

(a) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 100. *Annales* COLMARIENSES, *Chron.* ELWANGENSE, AVSTRALE, HENR. STERO, EBERHARDVS, NORTHOF *in Chron. Marcano*, TRITHEMIVS *in Chron. Hirsaugiensi, ad Ann.* cIↃCCLXXIII. SIFFRIDVS *Presbyter ad h. a. pag.* 698. GVIL. DE NANGIACO *in Gestis Phil. III. pag.* 528. *ad h. a.* PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic. h. a. pag.* 813. *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 39. IOHANNES VITO DVRANVS *pag.* 24. *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 257. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 252. 261. THEOD. EN-

III. Fuit RVDOLPHVS Comes ab antiquissima *Habsburgica* gente, cuius sacræ magis & augustæ, quam satis post mille curas exploratæ sunt origines, oriundus; (*b*) *ALBERTI SAPIENTIS* filius, *RVDOLPHI* ne-

Natales & familia eius.

GELHVSIVS *Chron. pag.* 254. MVTIVS *lib. XXI. pag.* 192. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. Cap. LXVI.* NAVCLERVS *Vol. II. Gener. XLII. XLIII.*

(b) Habsburgico-Austriacas origines explorantium diuersissimæ sunt sententiæ. Alii ab Italis *PERLEONIBVS*, alii a *VINDOMISSÆ* Comitibus, ceteri ab *ALSATICA* stirpe, oriundos Habsburgicos postularunt. Nouæ & nouæ coniecturæ ex præcipuis tribus opinionibus manarunt. Fauent priori sententiæ ALBERTVS ARGENT. *pag.* 97. GVNDELFING *in Hist. Austr. apud* LAMBECIVM *lib. II. cap. VI.* alteri FRANC. GVILLIMANNVS *in Habsburg. Chronicon* CONSTANTIENSE *pag.* 671. & qui a Gunthramo Altenburgico Comite Habsburgicos producunt GERHARDVS a ROO *lib. I. p.* 3. SCHOENLEBEN *in Habsburg. Orig. tertia* TRITHEMIVS *in Chron. Hirsaug. ad annum* cIↄCCLXXIII. GVIL. NANGIACVS *de Gestis Phil. III. pag.* 528. *ad h. a.* WOLFGANGVS LAZIVS *in Geneal. Austriaca*, & alii. Vid. omnia breuiter & perspicue tradens *Celeberrimus Auctor Germ. Princ. lib. I. cap. I. pag.* 126.

nepos. (*c*) Fuit egregie diues atque opulentus, (*d*) & ad optimas quasuis virtutes & domi & in Friderici Imperatoris aula educatus, (*e*) hisce adultiori ætate omnibus commendatissimus. Laudatur eius

Ingenium. fortitudo, sapientia, clementia, pietas, iustitia, facilitas, & quo verbo laudari reges vix solent, præcipue singularis & admiranda frugalitas. (*f*) Hic eius animus, & plurima in Germaniam eius merita, (*g*) præ-

(c) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 37. Male eum EMVNDVS *in Chron. M. Belg. pag.* 252. Friderici II. ex filia nepotem dicit.

(d) GVILLIMANNVS *in Habsburg. lib. VI. cap. IV. &* SCHOENLEBEN *P. II. cap. IV.* Multas opes ex more seculi violenter occupatas memorat *Chronicon* COLMARIENSE *P. II. pag.* 37. 38.

(e) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 97.

(f) *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 42. 37. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 100. 101. 104. 108. IOH. VITODVRANVS *pag.* 24. BENEVENVTVS DE RAMBALDIS *in libro Augustali pag.* 13. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 261. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSPERG. *pag.* 258. SIFFRIDVS *Presbyter ad an.* 1274 *pag.* 698.

(g) *Chron.* COLMAR. *pag.* 38. 39. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 100.

prætereaque felix eius matrimonium, ex quo præter filios ornatissimas aliquot filias susceperat, effecerunt, vt nemo ab omnibus, præcipue a tribus Electoribus, qui in filiabus Rudolphi spem maioris necessitudinis posuerant, (*h*) dignior imperio aptiorque restituendis publicis rebus haberetur.

IV. Peractæ electionis nuncii superuenerunt Rudolpho, qui tum Basileam obsederat. Continuo accepta magno animo noua dignitate, paceque Basileæ reddita, (*i*) ad sumendam coronam Aquasgrani secundo Rheno contendit, & solenni ritu inauguratus est. (*k*) Frequentes principes ad crucem a Rudolpho, cum non præsto esset sceptrum, sum-

Aquisgranensia solennia.

(h) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 100. 104. 105.

(i) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 100. *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 39.

(k) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 100. *Chron.* COLM. *P. II. pag.* 40. HENRICVS STERO, SIFFRIDVS *Presb. ad ann.* cIↃCCLXXIII. MVTIVS *lib. XXI. pag.* 192. 193.

ſumtam dixerunt ſacramenta. Inde confirmatis ſingulorum iuribus, & tribus Rudolphi filiabus a totidem Electoribus, Palatino, Saxone, atque Brandenburgico, ductis, ſtrenue ab eo cœptum adminiſtrari imperium. (*l*)

Comitia varia. An. cIↃCC-LXXIV.

V. Poſt Francofurtana comitia (*m*) Noribergæ reſtituendæ Paci Publicæ multa opera nec inutiliter nauata. A principibus, Germaniæ ſalutis reparandæ cupidis, *OTTOCARO* Bohœmo, & *HENRICO* Bauaro, qui ſoli contra patriæ ſalutem tunc ſenſere, dies Herbipolim & nouo anno Auguſtam dictus. Non comparentes utrique hoſtes imperii dicti & proſcripti ſunt, & bellum contra eos decretum eſt. (*n*)

cIↃCC-LXXV.

VI.

(l) HENR. STERO, EBERHARDVS, *ad ann. cIↃCCLXXIII.* Statim pax firmata in omnibus ad Rhenum regionibus. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSP. *pag.* 258.

(m) HENR. STERO, EBERHARDVS, *ad ann. cIↃCCLXXIV.*

(n) Soli Bohœmus & Bauarus impugnant obiectionem Rudolphi. *Chronicon* AVSTRALE *ad ann. cIↃCCLXXIII.* Co-

VI. Antequam illud gereretur, postquam Lausannæ *Gregorium* amicum Papam Rudolphus conuenisset, imperiique aliquot negotia cum eo transegisset, (*o*) a tergo pacem firmare ante omnia necessum duxit: adeoque ex decreto principum Wurtenbergicum, Badensem, aliosque Comites, vt ablata imperio restituerent, fidique & quieti pacem colerent, armis coegit: (*p*) cetera, vt vbi- *Conventus Lausannensis.* *Sueuia pacata.*

B

mitia in hac causa habita. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSP. *ad annum* cIↃCCLXXIV. *pag.* 258. *Annales* COLMARIENSES *ad annum* cIↃCCLXXV. TRITHEMIVS, H. STERO, EBERHARDVS, *ad h. a.* NAVCLERVS *Vol. II. Gener. XLIII. pag.* 965. 966. MVTIVS *lib. XXI. pag.* 193.

(o) *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* cIↃCCLXXV. HENR. STERO, EBERHARDVS, SIFFRIDVS, *ad annum* cIↃCCLXXIV. *Paraleipomena ad* CONRAD. VRSP. *ad ann. LXXIII. pag.* 257. NAVCLERVS *ad h. a. pag.* 965. VITODVRANVS *pag.* 24. 36. *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 260.

(p) TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug.* PAVLVS LANGIVS *Chron Citic. ad ann.* cIↃCCLXXV. *Annales* COLMARIENSES, *Hist.* AVSTRALIS *plenior*, *ad ann.* cIↃCCLXXVI. MVTIVS *lib. XXI. pag.* 194.

Latrocinia castigata. vbique prædones & latrones opprimerentur, visque abesse publica, rapinæ cædesque facessere inciperent, auctoritate seueritateque sua impetravit. (*q*)

Boiohœmicum bellum primum. An. cIↄCCLXXVI. VII. Boiohœmicum bellum, post Bauarum facile ad fidem reductum, (*r*) administratum est felicissime. *Ottocarus* rex sine clade in clientelam Rudolphi transiuit, & quas male partas prouincias, Austriam, Stiriam, Carniolam, reposcebat imperium, ei restituit. Relicta Ottocaro sola ea pars Austriæ, quæ prope Boiohœmum ad Danubium erat; & præterea pactæ *WENCESLAO*, Ottocari filio, cum filia Rudolphi, *Gutta*, nuptiæ. (*s*)

VIII.

(q) *Chronicon* COLMAR. *P. II. pag.* 41. NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLIII. pag.* 966.

(r) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 42. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSP. *pag.* 258. *ad ann.* cIↄCCLXXVIII. *Historia* AVSTRALIS *plenior ad annum LXXVI.* MVTIVS *pag.* 194.

(s) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 42. 43. 44. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 101. *Hist.* AVSTRALIS *plen. ad ann.* cIↄCCLXXVI. HENR. STERO *ad ann.* LXXVIII.

VIII. Vix ita pactione amica primum erat bellum compositum, cum continuo conflaretur nouum. *Ottocarus* grauem illatam ignominiam, & iniurias, fraudesque, conquestus, suasu superbæ coniugis, resumsit arma, & duxit in Austriam, nuper dimissam prouinciam. (*t*) Papa, nuper infensus Cæsari, nunc plane reconciliatus, sacris armis, (*v*) princi- *Boiobœmicum bellum secundum.* An. cIↄCC-LXXVII.

MVTIVS *pag.* 194. NAVCLERVS *ad ann.* LXXVI. *pag.* 966. Laudum Concordiæ habet *Ill.* LEIBNITIVS *Mant. Cod. Diplom. T. II. pag.* 100.

(*t*) Inuestitura solennis Ottocaro ignominiosa. *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 44. ALBERTVS ARG. *pag.* 101. VITODVRANVS *pag.* 30. mutata habitus regii descriptione. ÆN. SYLVIVS *Hist. Bob. cap. XXVII.* Noua rebellio suasu coniugis suscepta. ALBERTVS ARG. *pag.* 101. *Historia* AVSTRALIS *plen. ad ann.* cIↄCCLXXVII. ÆN. SYLVIVS *loc. cit.* VITODVRANVS *pag.* 31. MVTIVS *pag.* 194. 195. Varie tentatus Rudolphus. *Chron.* COLMAR. *P. I. ad ann. LXXVIII. pag.* 14. *P. II. pag.* 44.

(*v*) TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad ann.* cIↄCCLXXIII. *Annales* COLMARIENSES *ad annum* LXXVIII. *pag.* 14. NAVCLERVS *Gen.* XLIII. *pag.* 968.

pes multi copioso milite, iuuerunt Rudolphum. (*x*) Ducto item is in Austriam exercitu, prope Viennam Ottocarum graui proelio primum vicit, deinde etiam oppressum cæsumque vidit. Vindicata rursus in libertatem Austria; petita & certis conditionibus recepta Bohœmia cum Morauia: (*y*) & denuo *Henricus* Bauarus, nuper iterum reus factus nouarum rerum, in gratiam ab Imperatore susceptus. (*z*)

An. cIↃCC-LXXVIII.

IX.

(x) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 45. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 101.

(y) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 45. 46. 47. *P. I. pag.* 14. ALBERTVS ARG. *pag.* 101. 102. *Chron.* ELWANGENSE, *Historia* AVSTRALIS *plenior*, HENR. STERO, SIFFRIDVS, P. LANGIVS, *ad ann.* cIↃCCLXXVIII. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 258. *ad h. a.* ANDREAS *Presb. in Chron. Bau. pag.* 87. VITODVRANVS *pag.* 31. MVTIVS *pag.* 195. ÆN. SYLVIVS *cap.* XXVII. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLIII *pag.* 967. Errat *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 261. non cæsum Ottocarum sed restitutum post captivitatem memorans. Errati meminere *Parat. ad* CONR. VRSP. *pag.* 259.

(z) GERH. A ROO, *Histor. Austr. lib. I. pag.* 30.

IX. His gloriose gestis, & filio *ALBERTO* gubernatore Austriæ constituto, Francofurtum principes conuocauit Rudolphus, multaque cura plenæ tranquillitati vbique stabiliendæ prospexit. (*a*) Ita a comitiis ipse contra aliquot arces prædonum duxit, hisque extremo supplicio adfectis illas destruxit. Ipse vrbes ciuitatesque diligenter circumiuit, & cum sopiuit discordias, tum instaurauit collapsam iustitiam. (*b*) Quod eodem vero tempore contra Sabaudiæ Comitem bellum imperatoris nomine gestum est, vix quicquam momenti habuit. (*c*)

Francofurtana comitia. An. cIↃCC-LXXXI.

Laudabilis imperii cura.

X. Celebratissima inde comitia Augustæ sunt habita. In his principum consensu Austria, Stiria, Carniola, & Marchia Vinidorum, *ALBERTO*, ad ducis euecto summam di-

Augustana comitia. cIↃCC-LXXXII.

(a) HENR. STERO *ad ann.* cIↃCCLXXXI. MVTIVS *lib. XXI. pag.* 195.
(b) *Annales* COLMAR. *ad ann.* cIↃCC-LXXXIV. MVTIVS *lib. XXI. pag.* 195. 196.
(c) *Annales* COLMAR. *ad ann.* cIↃCC-LXXXI. *pag.* 18. LXXXIII. *pag.* 19.

dignationem, cedunt. *RVDOLPHO*, alteri Imperatoris filio, Sueuiæ Ducis nomen, una cum certo in Austriacas omnes ditiones iure attributo, obuenit. Ita eodem anno, quo *Conradini* Sueui & *Friderici* Austrii, vltimorum ducum, piis manibus omnium Gallorum in Sicilia sanguine iuste parentatur, eorundem in Germania prouinciæ cognatis principibus comitiali decreto demum traduntur. Porro nunc *MAINHARDO* Carinthiæ, Tirolensis terræ, & Taruisiæ, cum vicinis locis, confirmatur possessio: vt nouis vero pactis in omnes hasce terras Austriæ ius certum constitueretur. Aliæ item lites illustres ibi sunt compositæ. (*d*)

XI.

(d) *Historia* AVSTRALIS *plenior*, TRITHEMIVS, *ad annum* cIↃCCLXXXII. NAVCLERVS *ad h. a. pag.* 969. *Chron.* AVSTRALE, *Annales* COLMARIENSES, *ad ann.* cIↃCCLXXXIII. *Paraleip. ad ann.* LXXVIII. *pag.* 258. MVTIVS *lib. XXI. pag.* 196. Vtrique filio Austriacæ ditiones concessæ. HENR. STERO *ad ann.* cIↃCCLXXXI. ALBER-

XI. Posthæc diu egit Rudolphus in Sueuia & vicinis Rheno regionibus. Multæ passim gliscebant lites atque discordiæ inter principes atque ciuitates: quibus sedandis non leuis impensa cura. (*e*) Columbaria vrbs pertinacior obsessa & expugnata. (*f*) Nebulo aliquis vetusque veterator, qui *Fridericum* Imperatorem, dudum fatis functum, simulauerat, commode captus & crematus. (*g*) Wurtenbergicus Comes cum aliis principibus, qui pacem violauerant, armis rursus compressi:

An. cIↃCC-LXXXIV. *Cura pacis in Sueuia & ad Rhenum.*

cIↃCC-LXXXVI.

 pressi:

TVS ARG. *pag.* 101. *Charta apud* LAMBECIVM *Comment. Bibl. Vindob. App. lib. III. pag.* 330.

(e) *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* cIↃCCLXXXIII. LXXXIV. *pag.* 19. 20.

(f) *Annal.* COLMAR. *ad ann.* cIↃCC-LXXXIV. LXXXV. *pag.* 20. 21. *P. II. pag.* 48. ALBERTVS ARG. *pag.* 104. MVTIVS *lib.* XXI. *pag.* 196.

(g) *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 48. *P. I ad ann.* cIↃCCXCV. *pag.* 29. ALBERTVS ARG. *pag.* 104. *Paraleip. ad* CONRAD. VRSP. *ad Ann.* XCII. *pag.* 259. SIFFRIDVS *Presb. Hist.* AVSTRALIS *plen. ad annum* LXXXIV. VITODVRANVS *pag.* 25.

presli: & cuncta ex voto & salute imperii gesta prospere. (*b*)

Res Italicæ.

XII. Interea etiam curata leuiter Italia: quam aut ingredi aut prorsus curare callidiori Rudolpho parum visum. (*i*) Post *Hobeneccium* & deinde *Fliscum*, Vicarios in Italia renunciatos, & in eam cum imperio, sed frustra, missos; (*k*) ablegatus *HENRICVS*, Basileensis antistes, Imperatoriæ aulæ Cancellarius; isque & Papæ Exarchatu nomina Imperatoris plene cessisse, & plerisque ciuitatibus numerato libertatem vendidisse perhibetur. (*l*) Res maximam habuit inuidiam, nec parum aua-

An. cIↃCC-LXXXV.

(h) *Annales* COLMAR. *ad ann.* cIↃCCL-XXXVI *pag.*22. *Paral.ad* CONR. VRSP. *ad ann.* LXXXII. V. *pag.* 259. MVTIVS *pag.* 197. 198. NAVCLERVS *pag.* 973.

(i) ALBERTVS ARG. *pag.* 103. TRITHEMIVS *ad annum* cIↃCCXCI. GERHARDVS de ROO *lib. I. pag.* 34. 35.

(k) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCLXXX-VI. MVTIVS *pag.* 197. GERH. de ROO *pag.* 34. 35.

(l) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 103. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCLXXX-VI. MVTIVS *pag.* 197. P. LANGIVS *Chr. Citic. pag.* 813.

auaritia imperatoris vituperata eſt. Tempori tamen ſeruiiſſe, nec plenam libertatem, ſed immunitatem ſolam ab exactionibus, & patriis legibus vtendi libertatem, conceſſiſſe ciuitatibus, Rudolphus putandus. (*m*)

XIIII. Eodem tempore in Herbipolenſibus Comitiis in magnum Germaniæ principum odium optimus imperator incurrit. *Martinus V.* Papa miſerat nuncium, qui tributa a Germaniæ Clero exigeret: nec alienus erat Rudolphus a conſilio Papæ, ſed ipſe ſtipendium aliquod rogaturus ferebatur. Fortiter vero contradicente *SIGFRIDO*, Colonienſi Pontifice, & Cæſar & Papa excidere ſuis votis: non alter autem facti inuidiam vnquam delere potuit, quin hoc maxime filio Alberto obeſſet, quo minus ex parentis voto ſucceſſor in eius locum eligeretur. (*n*)

Herbipolenſia comitia.

(m) Hoc iudicio vtitur GERHARDVS de ROO *pag.* 35. Vid. MVTIVS *pag.* 197.

(n) *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 266. H. STERO, EBERHARDVS, *ad annum* cIↃCCXC. TRITHEMIVS *Chron. Hir-*

Burgundicum bellum. XIV. Reliquis annis præter quod bellum fausto & glorioso successu in Burgundia administratum est, (*o*) totus Cæsar in pacanda bonisque legibus munienda omni Germania fuit.

An. cIɔCC-LXXX-VII. *Pax Publica sæpe sancita.* Nouis Wurteburgensibus Comitiis *Publicæ Pacis Germanicæ formula* promulgata, &, vt triennium seruaretur, per dicta sacramenta adprobata est. (*p*) Eadem pacis formula Egræ in nouis Comitiis confirmata est. (*q*)

cIɔCC-LXXXIX. *Iter Saxonicum.* Inde in Thuringiam profectus Rudolphus Erfurti solennem curiam habuit. Iudicata ibi Thuringica causa, quæ nuper in in-

saug. Hist. AVSTRALIS *plenior, ad ann.* cIɔCCLXXXVII.

(o) *Annales* COLMARIENSES, TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad ann.* cIɔCCLXXXVIII. HENRICVS STERO *ad h. a. &* LXXXVII. ALBERTVS ARG. *pag.* 104. Satis ineptus hoc loco *Auctor Chron.* COLMAR. *P.* II. *pag.* 54.

(p) SIFFRIDVS *Presbyter ad ann.* cIɔCCLXXXVII. *pag.* 700. Recessus Imperii apud LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. V. cap.* CVIII. vetantur simul iniusta vectigalia & improbus monetæ vsus.

(q) *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* cIɔCCLXXXIX.

interregno plurimi ſanguinis conſtiterat. Data Saxoni, Brandenburgico, & Bohœmo, generis Rudolphi, & præterea Burggrafio Norico, egregia priuilegia. Ceterum inſtaurata vbique iuſtitia, & ſeueris ſuppliciis vis publica coercita. (r) An. cIↄCCXC.

XV. Compoſitis Thuringiæ & vicinarum regionum rebus Francofurtum reuerſus Imperator, nequicquam principes in comitiis, vt Albertum filium regem eligerent, flagitauit. (s) In Spirenſibus comitiis rurſus ſexennis Pax Publica ſancita. (t) Ei autem non diu ſuperfuit & *Francofurtana comitia.* cIↄCC-XCI.

(r) *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. SIFFRIDVS PRESB. TRITHEMIVS *in Chr. Hirſaug. Paraleip. ad* CONRAD. VRSP. *ad ann.* cIↄCCXC. HENR. STERO *ad h. a.* nominat Herbipolin comitiorum locum. Diploma Cæſaris datum Erfordiæ h. a. apud ECKSTORMIVM *in Chron. Walckenriedenſi pag.* 110. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap.* LXXVI. *pag.* 932. THEOD. ENGELHVSIVS refert *ad ann.* LXXVIII.

(s) TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. Annales* COLMAR. *ad ann.* cIↄCCXCI.

(t) vid. apud LEHMANNVM *Chron. Spir. lib.* V. *cap.* CVIII.

& ſuperuixit Rudolphus, ſed ſatur gloriæ & annorum, LXXIII. quippe annos natus, eodem anno Germershemi ſupremum ſuum diem obiit, & Spiram ductus, ibique in Francicorum Imperatorum monimento honorifice ſepultus eſt. (*v*)

Rudolphi obitus.

Coniuges & numeroſa proles.

XVI. Coniuges habuit *ANNAM* filiam *Burcardi*, Hohenbergenſis Comitis; iſtaque functa ſuis fatis *AGNETEM Ottonis*, Comitis Burgundiæ, filiam, quæ marito ſuperuixit. (*x*) Ex hac nullos liberos genuit: ex illa numeroſam ſuſcepit prolem. Filii eius fuerunt ALBERTVS

(v) ALBERTVS ARG. *pag.* 109. H. STERO, EBERHARDVS, TRITHEMIVS, *Chron.* AVSTRALE *ad ann.* cIↃCCXCI. SIFFRIDVS PRESB. *h. a. pag.* 700. *Annales* COLMARIENSES *h. a. pag.* 26. P. LANGIVS *Chron. Citic. ad h. a. pag.* 816. *Paraleipom. ad* CONR. VRSP. *ad ann.* XCII. *pag.* 259. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 261. MVTIVS *lib.* XXI. *pag.* 200. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLIII. *pag.* 976.

(x) *Annales* COLMAR. *P. I. ad ann.* cIↃCCLXXXI. LXXXIV. *pag.* 17. 19. *P.* II. *pag.* 40. 47. HENR. STERO *ad ann.* LXXXI. ALBERTVS *Arg. pag.* 104.

TVS Dux Auſtriæ, RVDOLPHVS Dux Sueuiæ, HARTMANNVS, & CAROLVS; hic infans, ille iam iuuenis, ex viuis exemtus. Filiæ illuſtrisſimis Germaniæ principibus nuptæ ſummum ſplendorem Habsburgicæ genti ad ſummam nunc euehi cœptæ dignationem addiderunt. MECHTILDIS *Ludouico*, Palatino Comiti, CATHARINA *Ottoni*, Bauariæ Inferioris Duci, nupſit. AGNETEM duxit *Albertus*, Elector Saxoniæ; HEDWIGEM *Otto*, Elector Brandenburgicus; IVTTAM *Wenceslaus*, Rex Bohœmiæ; & CLEMENTIAM *Carolus*, Rex Neapolitanus. (*y*) Beatisſima illa matrimonia porro deſcribendi labor Genealogis relinquitur.

CAPVT

(y) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 100. 105. CVSPINIANVS *pag.* 355.

CAPVT III.

RES ADOLPHI NASSOVII IMPERATORIS.

I.

Rationes electi Adolphi Comitis.

Germaniæ ſuam maieſtatem, licet nudatam fere priſcis clientelis, egregie reſtituerat Rudolphus. Non porro viſum Electoribus, tam fortem potentemque principem, qualis demum Rudolphus euaſerat, legere imperatorem. Suis quippe iuribus poſt cetera inſtaurata fore metuendum, exemplo Rudolphi nuper didicerant. (z) Itaque omnes, poſt IX. menſium interregnum, eligendi *ADOLPHVM* Comitem, ſtrenuum quidem ſed minime potentem, *GERHARDO* Moguntino fecerunt poteſtatem. (a) Hunc tuendæ di-

An. cIɔCCXCII.

(z) Vid. *cap. præced. num.* XIII.

(a) ALBERTVS ARG. *pag.* 109. *Chron.* AVSTRALE, SIFFRIDVS PRESB. TRITHEMIVS *in Chron. Hirſaug. Annales* COLMARIENSES, LEVOLDVS a NORTHOF, *ad ann.* cIɔCCXCII. HENR. STERO *ad ann.* XCI. XCIII. *Magn. Chron.* BELG. *pag.* 271. *ad ann.* XCIII. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap.*

dignitati imperii sufficere arbitrati, se ipsos maluerunt de sua potentia esse securiores, quam maiestatem imperatoris & imperii auctiorem.

II. Fuit ADOLPHVS *WALRAMI*, Nassouiæ Comitis, filius, census exigui, sed magni animi; strenuus in armis, seuerus, iustus: (b) vt tamen iustitiam ad causæ suæ commodum non raro inclinaret, & plus reponeret in fortitudine, quam in consilio. Virtutibus suis, at magis facilitate erga electores, quibus multis modis erat obligatus, plurimum

Adolphi natales & ingenium.

LXXVII. *pag.* 932. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 260. GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. Æt. VI. cap.* LXVI, NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLIII. *pag.* 976. ÆNEAS SYLVIVS *Histor. Bob. cap.* XXVIII. MVTIVS *lib.* XXII. *pag.* 201. Discordam electionem memorant EMVNDVS *in M. Chron. Belg. pag.* 261. & P. LANGIVS *Chron. Citic. ad ann.* XCII. *pag.* 816.

(b) Natales. CHYTRÆVS *Sax. lib.* VII. *pag.* 186. *Hist.* AVSTRALIS *ad ann.* cIↃCCXCII. Opes exiguæ, ingenium præclarum. *Ann.* COLMARIENSES *ad ann.* cIↃCCXCII. H. STERO *ad ann.* XCIII. *M. Chron.* BELG. *pag.* 271. P. LANGIVS *Chr. Citic. pag.* 816.

mum gratiæ primis annis iniit: ſed nocuit auaritia, & parum iuſtitiæ atque prudentiæ conſultum paulo poſt de imperio & vita egit præcipitem. (*c*)

Aquisgrani coronatur.

III. Electus Francofurti, cui vrbi impenſas in electionis ſolennia factas per egeſtatem non potuit reddere, (*d*) Aquasgrani ductus, & a *SIGFRIDO* Colonienſi coronatus eſt. (*e*) Fidem ei & ſacramenta dixere ciuitates, quas inde circumiuit, & principes omnes; ipſeque iurauit *ALBERTVS* Auſtrius, æmulus, mox grauis Adolphi inimicus: quem quidem magna ab aliquot Electoribus facta ſpes imperii exciuerat ex Auſtria, nuncque fruſtrata erat. (*f*)

IV.

(c) Electorum inuectiua oratio contra Adolphum in *Chron.* COLMAR. *P.* II. *pag.* 58. 59. TRITHEMIVS *in Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↃCCXCVIII.

(d) *Annales* COLMAR. *ad ann.* cIↃCCXCII. *pag.* 26.

(e) *Annales* COLM. *&* LEVOLDVS a NORTHOF *ad ann.* cIↃCCXCII.

(f) *Ann.* COLMAR. *d. a.* ALBERTVS ARG. *pag.* 109. *Chron.* AVSTRALE *d. a.*

IV. Ceterum res ſuas in territoriis ſingulis quolibet potentiorum principum libere adminiſtrante, generalia imperii negotia ſatis ſtrenue primum transegit Adolphus. (*g*) Coloniæ in comitiis confirmauit præclaras Rudolphi leges, & præſertim publicæ pacis formulam nouis ſacramentis firmari curauit. (*h*) Eslingæ in Sueuia pacem inſtaurauit. (*i*) Noribergæ in nouis comitiis multas leges conſenſu principum rogauit. (*k*) Præterea ciuitates liberas, quæ abuti ſua libertate ferebantur, inprimis Columbariam, commode coercuit: & alioquin in iuribus imperii vindicandis non ſegnis fuit. (*l*) *Prima laudabilia acta.* An. cIↃCCXCIII.

C V.

(g) Ipſi Electores teſtes. *Chron.* COLM. *P.* II. *pag.* 59. Conf. *Ann.* COLMAR. *ad ann.* cIↃCCXCII. *pag.* 27. TRITHEMIVS *Chr. Hirſaug. ad ann.* XCIII.

(h) Vid. LEHMANNVS *Chron. Spir. lib.* V. *cap.* CXIX.

(i) TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↃCCXCIII.

(k) Vid. Receſſus Comit. Norib. apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. T. I. pag.* 315. Comitia Landavienſia. *Ann.* COLMAR. *ad ann.* cIↃCCXCIV.

(l) *Annales* COLMAR. *ad ann.* cIↃCC-

Cura imperii contra Gallorum ausus.

An. cIↄCC-XCIV.

V. Nec negligens fuit conseruandæ Germaniæ maiestatis, cum Galliæ Rex *Philippus*, *Pulcher* dictus, in Burgundicas prouincias inuolasset, & admonitus facessere ab iniuriis detrectasset. Monuit principes, vt vim publicam Gallorum strenue propellerent. Commode etiam vsus occasione, cum *Eduardo*, Anglorum Rege, qui tum priuatas bellandi cum Philippo causas habebat, fœdus sanxit, ut communibus armis Gallia impugnaretur. (*m*) Minus autem imperatoria maiestate dignum visum principibus, quod magnam ab Anglo pacisceretur pecuniam, & conductis quodammodo & mercenariis operis ignominiosum bellum redderet, quod satis alias futurum erat gloriosum. (*n*)

VI.

XCII. *Chron.* COLM. *P.* II. *pag.* 50. 51. 52. 53. TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad h. a.* ALBERTVS ARGENT. *pag.* 109. 110.

(m) H. STERO, EBERHARDVS, TRITHEMIVS, *ad ann.* cIↄCCXCIV. Confuse & inepte pleraque *Chronicon* COLMARIENSE *pag.* 54.

(n) *Chron.* COLMAR. *P.* II. *pag.* 55. *Ann.*

VI. Magis porro in magna principum & populi odia atque offensiones incurrit Adolphus, cum turpiter sumta pecunia frustraretur Eduardum Regem, & Gallico bello intermisso in Germania quæreret, qui auiditatem suam expleret. (*o*) Discordauit tunc acerbissime Misniæ & Thuringiæ Dominus, *ALBERTVS* cui *Degeneris* hæsit nomen, cum filiis *FRIDERICO & DICEMANNO*: &, licet a Rudolpho in Erfurtinis comitiis pax tentata esset, exinde iam in bellum apertum discordia proruperat. (*p*) Impius pater Adolphi implorauit auxilia, & vt permoueret auarum imperatorem, sumta friuola causa Thuringiam filiis ademtam ei vendidit. Ignarus Germaniæ iurium, saltem negligens & inconsultus, emit Thuringiam Anglicana pecunia Adolphus; & suis iuribus mi-

Thuringica probrosa causa.

An. cIↃCCXCV.

C 2

COLMAR. *ad ann.* cIↃCCXCVII. ALBERTVS ARG. *pag.* 109, 110. MVTIVS *lib.* XXII. *pag.* 202.

(o) ALBERTVS ARG. *pag.* 109.

(p) *Historia Landgr. Thur. cap.* LXXIII. *pag.* 931.

minime cessuros Alberti filios cum patre iunctis armis crudeliter æque ac contra omne fas & æquum bello infesto premit. (*q*)

In magnum odium Adolphus venit.
An. cIↃCCXCVI.
VII.

VII. Bellum quidem parum prospere ab Adolpho administratum est. Fratres causam suam egregie tutati sunt. (*r*) At nunc omnes principes, præcipue Electores, indignari de iniustissimis armis Adolphi, & tam adiuuare passim adflictos fratres, quam conspirare ad Adolphi in-

(q) ALBERTVS ARG. *pag.* 109. P. LANGIVS *Chron. Citic ad ann* cIↃCCXCIV. *pag.* 817. 818. Dissimulant satis inepte veram belli causam HENR. STERO *ad ann.* XCIII. TRITHEMIVS *ad ann.* XCIII. *T.* II. *pag.* 60. MVTIVS *lib.* XXII. *pag.* 202.

(r) ALB. ARGENT. *pag.* 109. *Historia Landgr. Thur. cap.* LXXVIII. *pag.* 932. 933. P. LANGIVS *Chr. Citic. pag.* 817. 818. SIFFRIDVS PRESB. *ad ann.* cIↃCCXCIV. VI. *pag* 700 701. *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *Annales* COLMARIENSES, *ad annum* XCIV. XCV. *Chron.* ELWANGENSE, *ad ann.* XCIV. *Historia* AVSTRALIS *ad ann.* XCV. HENR. STERO *ad ann.* XCIII. HENR. REBDORFFIENSIS *init.* FABRICIVS *Ann. Misn. ad ann.* XCV.

interitum. (*s*) Adolphus sibi prospecturus continuo ex Misnia, quam demum post multas clades fere totam occupauerat, (*t*) duxit contra Gallos; laturus iam Anglis auxilia, quæ nuper numerato cum ipsis pactus erat. Quod tamen inualescere coniurationem acciperet, hæc etiam expeditio exitum nullum habuit. (*v*)

VIII. Scilicet Gerhardus Moguntinus, cui debuit dignitatem Adolphus, idem fuit, qui eius exauctorationem cogitauit. Varia causatus, præsertim magnum Germaniæ dedecus conquestus, reliquos Electores conuocauit in Bohœmiam, vt in coronatione *Wenceslai* de summa re- *Exauctorationis Adolphi tractatio.* An. cIↃCC-XCVIII.

C 3

(s) *Historia Landgr. Thur. cap.* LXXVIII. *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* cIↃCCXCV. *pag.* 262.

(t) *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* cIↃCCXCV. *pag.* 29 LANGIVS *Chron. Citic. ad ann.* XCVI. *pag.* 819. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 261.

(v) *Ann.* COLMARIENSES *ad ann.* cIↃCCXCV. XCVII. *pag.* 29 30. H. STERO *ad h. a. Chron.* COLMAR. *P.* II. *pag* 55 56.

rerum consultaretur. (*x*) Hoc impedito conuentu, Viennæ plures conuenerunt, & de eligendo Alberto exauctorandoque Adolpho consenserunt. (*y*) Tum inscio & inuito Adolpho comitia Francofurti habenda a Moguntino indicta, & frustra contradicente Adolpho habita, sunt. Placuit in iis reiici *Adolphum*, eligi *Albertum*. (*z*) Causa Moguntiæ coram altari publice recitata, & ex decreto lata sententia: (*a*) quam ea

(x) H. STERO, H. REBDORFF, *ad ann.* cIↄCCXCVII. SIFFRIDVS *ad annum* XCVI. *pag.* 701.

(y) *Historia* AVSTRALIS *plen. Chron.* AVSTRALE *ad annum* cIↄCCXCVIII. Conf. *Chronicon* COLMAR. *P.* II. *pag.* 56. *M. Chron.* BELG. *pag.* 271.

(z) *Chron.* COLMAR. *P.* II. *pag.* 57. *Ann.* COLMAR. *ad ann.* cIↄCCXCVIII. *pag.* 31. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 260.

(a) *Chronicon* COLMAR. *P.* II. *pag.* 58. 59. ALBERTVS ARG. *pag.* 110. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 271. *Historia* AVSTRALIS, HENR. REBDORFF, H. STERO, TRITHEMIVS, *Chron.* AVSTRALE, *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 260. 261. *ad annum* cIↄCCXCVIII LEVOLDVS a NORTHOF *ad h. a.* NAVCLERVS *Vol. II. Gener.*

ea iusta aut nimia ? non hoc loco disquiro.

IX. Enimuero aliquot principes & multæ Germaniæ ciuitates exauctorationem vehementer criminantes, contra electum Imperatorem *ALBERTVM* Adolpho veniunt suppetias. (*b*) Itaque iusto prœlio de imperio decernere visum. Id inconsulte committit Adolphus, & ab ipso Alberto in pugna cæditur. (*c*) Cor-

Extremi infelices conatus Adolphi.

XLIII. pag. 979. 980. MVTIVS *lib. XXII. pag* 202.

(b) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 59. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 110. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 261. TRITHEMIVS, HENR. STERO, *ad annum* cIↃCCXCVIII.

(c) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 58. 59. 60. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 110. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 261. *Annales* COLMARIENSES, *Historia* AVSTRALIS, EBERHARDVS, HENR. STERO, HENR. REBDORFF, *Chron.* ELWANGENSE, TRITHEMIVS *in Chron. Hirsaug.* LEVOLDVS a NORTHOF, PAVLVS LANGIVS, *ad ann.* cIↃCCXCVIII. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 333. *ad h. a. Gesta Balduini lib. I. cap. I.* GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXVI. M. Chron.* BELGICVM *pag.* 271. 278. MV-

Corpus Adolphi iuſſu Henrici Imperatoris poſt decennium Spiram deductum eſt. (*d*) GERLACVS eius filius in paternam prouinciam parum auctam Comes ſucceſſit. (*e*)

CAPVT IV.

RES ALBERTI AVSTRIACI IMPERATORIS.

I.

Electio Alberti duplex.

Interemto Adolpho fluxam Moguntini (*f*) ceterorumque Electorum

TIVS *lib. XXII. pag.* 202. Acerbisſime *Auctor Hiſt. Landgr. Thur. cap. LXXIX.* in Adolphi fata inſultat. ÆNEAS SYLVIVS *cap. XXVIII.* THEODORICVS ENGELHVSIVS *pag.* 260. Compacto fugiſſe fertur Boioariæ dux in *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 261.

(d) Sepultus primum Adolphus in cœnobio Roſenthal. *Hiſtoria* AVSTRALIS, H. STERO, EBERHARDVS, *ad ann.* cIↃCCXCVIII. Spiram deinde ductus. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 115.

(e) Filii ſine nomine meminere H. STERO, *Hiſt.* AVSTRALIS, *ad ann.* cIↃCCXCVIII. filiarum *Annal.* COLMAR. *ad ann.* XCII. H. STERO *ad ann.* XCV.

(f) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 110. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 261. ad-

ctorum fidem Albertus ſuſpicatus, renunciauit eis ius ſuum ex nupera electione impetratum, & vt rurſus coirent, & de eligendo Imperatore ſtatuerent, poſtulauit. (g) Iterum itaque electus Albertus Francofurti, & Aquasgrani ductus a *WICHBOLDO* Colonienſi inauguratus eſt. (*h*) Vt ſuam cauſam Papæ probaret, qui mos improbus inualuerat, ſero effecit: nec vnquam effeciſſet, niſi Galliæ regem Teutonicis armis impugnare Papa demum decreuiſſet, ad-

firmant ſtatim a prælio in ſuſpicionem adductum eſſe Gerhardum Moguntinum.

(g) *Hiſtoria* AVSTRALIS *ad ann.* cIↃCCXCVIII. *Paral. ad* CONR. VRSP. *ad h. a. pag.* 262.

(h) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 110. 111. *Hiſtoria* AVSTRALIS, H. STERO, LEVOLDVS a NORTHOF, H. REBDORFF, P. LANGIVS, *ad ann.* cIↃCCXCVIII. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 262. *h. a. Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 277. MVTIVS *lib.* XXII. *pag.* 202. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLIV. *pag.* 980. Male eum a Papa coronatum tradunt GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXVI.* THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 264.

eoque odio Gallorum in gratiam cum Alberto rediisset. (*i*)

Eius natales. II. ALBERTVS *RVDOLPHI* filius natu maior, Dux Austriæ, Augustæ gentis Austriacæ communis *ingenium.* parens; princeps fuit fortis, seuerus, prudens, generosus, iustus. (*k*) Auaritiam eius passim culpant auctores; nec præter causam, cum Adolphi exemplo non raro ad commoda causæ suæ iustitiam inclinauerit. Fecit vero numerosa eius pro-

(i) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCXCIX-cIↃCCCI. H- STERO *ad ann.* cIↃCC. XCVIII. cIↃCCCII. *Annales* COLMARIENSES *ad ann. II. III.* BENEVENVTVS de RAMBALDIS *in Hist. Augustali. Gesta Balduini lib. I. cap. I. M. Chron.* BELG. *pag.* 278. ALBERTVS ARG. *pag.* 111. *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 62. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 334. *Chron.* SIMONIS *Comitis MontisFortis ad ann.* cIↃCCCIII. *pag.* 788. MVTIVS *lib. XXII. pag.* 202. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 262. vbi additur epiphonema: *Vides o Petre successorem tuum, & tu salutifer Christe, cerne tuum vicarium. Vide quo adscendit superbia serui seruorum tuorum.*

(k) *Chronicon M.* BELGICVM *pag.* 278. GERHARDVS de ROO *Hist. Austr. lib. II. pag.* 71. 72.

proles; nam ex *ELISABETHA*, *Mainhardi*, Carinthiæ Ducis, filia, vxore ſex filios, quatuorque filias, genuerat; vt paulo auidior videre- tur. (*l*) Cum adhuc ſolam Auſtriam regeret, ſui propriis, aut potius iam omnium potentiorum principum communibus iuribus valde vſus. Bellauit cum *Ottone*, Boioariæ Duce, plus vice ſimplici; item cum Iuuauienſi pontifice, atque cum Vngarorum Rege *Andrea*. Fœdera ſanxit; pacem firmauit; omnia in ditione ſua ex arbitrio diſpoſuit. (*m*) Ex veneno accepto alterius oculi vſum perdiderat, vnde *Monoculus* adpellari conſueuit. (*n*)

res priuata.

III.

(l) Aliquantum male audit ob auaritiam, cuius cauſam prolem numeroſam plerique adferunt. ALBERTVS ARGENT. *pag.* III. TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↄCCXCIX. MVTIVS *lib. XXII. pag.* 202. NAVCLERVS *loc. cit. pag.* 980.

(m) *Hiſtoria* AVSTRALIS *plenior ad ann.* cIↄCCLXXXVII. LXXXIX. XC. XCI. XCII. XCIII XCV. XCVI. *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* cIↄCCXCII.

(n) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 109.

Imperium contra Gallicos conatus pactis adsertum.
An. cIↃCC-XCIX.

III. Primo imperii administrari cœpti anno cum *Philippo* Galliæ Rege, multa de mutua defensione, de perpetua pace, de regni Arelatensis iuribus, pactus est *Albertus.* (*o*) Quod Occidentalis Franciæ regnum per continuas principum discordias parum hucusque fuerat validum aut potens, nedum suffecerat ad imperii nostri iura disputanda; nunc idem per regum quorundam virtutem inualescere, & vicinas Germaniæ regiones carptim adgredi, varioque tentare astu. Vnde opus erat tueri fines, pactisque interpositis firmare in Rheni sinistra ripa iura Germaniæ. Quibus tantum abest, vt modo Albertus quicquam cesserit, ut potius diu posthac nunquam non Galliæ posteri reges stabile nostrum ad Rho-

Historia AVSTRALIS *ad ann.* XCV. NAVCLERVS *loc. cit.*

(o) Occasione nuptiarum *Rudolphi* filii cum *Blanca* sorore Philippi regis. *Historia* AVSTRALIS, GVIL. de NANGIACO *ad ann.* cIↃCCXCIX. Formulæ pactionum habentur in *Ill.* LEIBNITII *Cod. Dipl. Iur. G. T. I. pag.* 39. 40. *seqq.*

Rhodanum Ararimque Mosamque & Scaldim vsque imperium agnouerint. (*p*)

IV. Prima comitia habita Noribergæ maxima Electorum & principum frequentia. Prospectum in iis paci publicæ atque iustitiæ vtilissimis multis legibus. Decisæ ibi lites aliquot illustres. Vxor Alberti Elisabetha ibi coronata, & solenni ritu Archiofficia a Bohœmo Rege ceterisque Electoribus administrata. (*q*) Curia inde Francofurtum eodem anno

Noribergensia comitia.

(p) Fuse hæc edisserit CONRINGIVS *de Fin. Imp. Germ. lib. II. cap. XXIV. XXV. XXVI.*

(q) *Annales* COLMARIENSES, H. STERO, H. REBDORFF, *ad ann.* cIↃCC-XCIX. *Historia* AVSTRALIS, *Chron.* COLMARIENSE *P. II. p.* 60. LEVOLDVS a NORTHOF *in Chron. Marcano, ad ann.* XCVIII. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 261. THEODORICVS ENGELHVSIVS *pag.* 262. *M. Chronicon* BELGICVM *pag* 277. *Chronicon* CONSTANTIENSE *pag.*674. Leges in illa curia latæ vid. ap. GOLDASTVM *in Constit. Imper. Germanicis T. II. pag.* 24. *sequ.*

no translata, vt vero memorabile nihil in ea transigeretur. (r)

Batauica causa. An. cIↃCCC.

V. Vertente seculo graues coorti motus Germaniæ pacem aliquandiu interturbarunt. Hollandiæ & Zeelandiæ Comitatus vacui a legitimo possessore, adeoque aperti erant imperio. Eos occupaturus Albertus præuentus est a *JOHANNE*, *Wilhelmi* quondam Cæsaris ex filia nepote: qui fortius suum ius consensione vicinorum principum, quorum intererat, ne durioribus conditionibus feudalibus adstringerentur, fecerat. Igitur, dum vis magnis animis paratur, reductis copiis retro ferre pedem Imperator coactus, interposita amica pactione confirmauit Johannem, eumque in clientelam suscepit. (s)

VI.

(r) *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* cIↃCCXCIX.

(s) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* III. *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 60. 61. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 277. TRITHEMIVS, LEVOLDVS a NORTHOF *ad ann.* cIↃCCC.

VI. Eodem tempore publice incuſati Electores, quorum ad Rhenum ditiones erant, quod Rhenum, vltra quam par eſſet, vbique vectigalem reddiderint. Iuſſi iniuſtas ſoluere exactiones, longam poſſeſſionem in iuris vicem laudarunt, & minanti imperatori non minus aſpere & acerbe minati ſunt. (t) Re delata Moguntiæ ad principes, & ad Papam, vt iſte pontifices admoneret officii: hic quidem diſſimulauit cauſam, illi imperatoris adprobarunt voluntatem. Sumtum ab imperatore bellum ad officia reduxit electores. Primus Moguntinus, deinde etiam Treuirenſis & Colonienſis, poſtremus omnium Palatinus, in gratiam cum Imperatore redierunt, & vectigalibus iniuſtis magno commerciorum bono renunciarunt. (v)

Cauſa vectigalium Rhenanorum.

An. cIↃCCCI. cIↃCCCII.

VII.

(t) *Chronicon* COLMARIENSE *P. II. pag.* 61. SIFFRIDVS PRESB. *lib. II. Epit. pag.* 702. *ad annum* cIↃCCC. *Hiſtoria* AVSTRALIS, H. REBDORFF, LEVOLDVS a NORTHOF, *ad h. a.*

(v) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 61. 62. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 112. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 278.

Bohœmicum bellum. VII. Bohœmicum inde bellum gestum est; minore, quam alterum, fauore. Decimas metallifodinarum & terras quasdam imperator postulauerat. Negatas vi occupaturus
An. cIↃCCCIII. vno alteroque anno potenti manu intrauit & vastauit Bohœmiam. (*x*) Pax quidem sancita, & imperatori *WENCESLAVS III.* filius a patre
cIↃCCCV. *WENCESLAO*, qui tum suis fatis fungebatur, commendatus. (*y*) Illo
cIↃCCCVI. autem mox cæso, iterum cum exercitu in Bohœmum Albertus inuadit, & ex priscis pactis *RVDOLPHVM* filium

Paraleipomena ad CONRADVM VRSPERG. *pag.* 262. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCC. TRITHEMIVS, *Chron.* AVSTRALE, *ad ann.* cIↃCCCII. *Annales* COLMARIENSES, LEVOLDVS de NORTHOF, *ad annum* cIↃCCCI. II. SIFFRIDVS PRESB. *ad ann.* cIↃCCCII.

(x) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 112. SIFFRIDVS PRESB. *Epit. lib. II. pag.* 703. *ad ann.* cIↃCCCIV. *Ann.* COLMARIENSES, EBERHARDVS, *Chron.* ELWANGENSE, *ad ann.* cIↃCCC. Causam belli enarrat DVBRAVIVS *Hist. Boh. lib. XIIX. pag.* 488.

(y) SIFFRIDVS PRESB. *ad annum* cIↃCCCV. *pag.* 704.

filium in possessionem mittit. (z) Non minus vero iste cito exstinctus est. Tum extremam expeditionem, vt alterum filium crearet regem, molitus Albertus, (*a*) in ipso conatu peremtus est. An. cIɔCCC-VII.

VIII. Interea auctis inter *Bonifacium* Papam & *Philippum* Regem litibus, commode *Albertus* cum Papa reconciliatus erat. Minime tamen, quod ille sperauerat, Gallis inferre arma Alberto placuit: quin potius firmaret cum Philippo prisca foedera. (*b*) *Albertus reconciliatur Papa.*

D IX.

(z) SIFFRIDVS PRESB. *ad annam* cIɔCCCVI. *pag.* 704. ALBERTVS ARG. *pag.* 112. 111. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* cIɔCCCV. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 262. ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap. XXIX. XXX.* NAVCLERVS *Vol. II. Gener. XLIV. pag.* 980. MVTIVS *lib. XXII. pag.* 210. 211.

(a) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 112. ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap. XXXI.*

(b) BENEVENVTVS de RAMBALDIS *in Historia Augustali. M. Chron.* BELG. *pag.* 278. EBERHARDVS *ad ann.* cIɔCCXCVIII. & ceteri auctores supra *hoc cap. num.* 1. *litt. i.* adnotati. Regnum Galliæ oblatum recusasse Albertum testatur TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔCCCI.

Thuringicum bellum continuatum.

IX. Ceterum adhuc ſemper graue bellum in Miſnia & Thuringia flagrauerat; & erat ſuſpicio non leuis, tecte iuuare *Philippi* Naſſouii, qui ius fratris *Adolphi* cauſabatur, partes *Albertum* Cæſarem, ex turbidis rebus ſua ſperantem commoda. (*c*) Poſt Bohœmicum autem patratum bellum, aperte Albertus inſurrexit Misnenſibus fratribus. Citatos ad dicendam cauſam, nec iniquas admiſſuros conditiones, pro iudicio damnauit, ſententiamque armis perſequi adgreſſus eſt. (*d*) Sed victus eius exercitus prope Luccam; & iſta clade ſpe magna lautiſſimarum regionum obtinendarum Cæſar excidit. (*e*)

X.

& potius pacta firmaſſe adſeuerant *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 262. Prorſus ſingularia narrat ALBERTVS ARGENT. *pag.* 111.

(c) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 112.

(d) *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. LXXXI. pag.* 933. De dolis Alberti Cæſ. loquitur P. LANGIVS *pag.* 822. 823. Vocatus rex ab Iſenacenſibus. *Continuatio* LAMB. SCHAFFN. *ad ann.* cIↃCCCVII.

(e) *Hiſt. Landgr. Thur. cap. LXXXII. p.* 934. P. LANGIVS *pag.* 823. *Continua-*

X. In reliqua Germania inter illos Misniæ Thuringiæque motus satis tranquilla erant omnia. In Sueuia singularem pacis formulam Albertus Spiræ sanxit. (*f*) De aliis publicis conuentibus, aut legibus latis, parum constat. Verum in Heluetia paulo ante obitum imperatoris pax nostra, non sine magna Cæsaris cupla, turbatur. Fidæ nostro imperio Helueticæ ciuitates comiter haberi & tractari consueuerant; libertatis scilicet tam amantes & studiosæ, quam gens nulla vspiam. Dum autem singulari instituto dantur ciuitatibus præfecti superbiores & crudeles, facile motæ mentes, & ad fœdus demum conspiratum, quod non Austriacas tantum ditiones in Heluetia deleuit, verum etiam Heluetiam separandi & se-

Cura pacis publicæ.

An. cIↃCCCVII.

Heluetici motus.

rio LAMB. SCHAFFN. *ad annum* cIↃCCCVII. SIFFRIDVS PRESB. *ad h. a.* ALBERTVS ARGENT. *pag.* 112.

(f) Formulam pacis habet *Celeberrimus* DATTIVS *lib. I. Germ. rer. cap. V. pag.* 29. 30.

iungendi a Germania primum dedit initium. (*g*)

Cædes Alberti.

XI. Vindicandi ſeditionem in Heluetia motam ademit copiam Alberto, quæ continuo ſequuta eſt, eius cædes. Ex fratre nepotem *JOHANNEM* in aula aluerat, donec maior annis Sueuiam ipſe adminiſtrare poſſet. Poſtulauit poſſeſſionem terræ Johannes, poſtquam ad ætatem iuſtam perueniſſet. Illa negata facile aures dedit impiis hominibus, qui cædem patrui ſuadebant. Hæc patrata in campo, cum Albertus transmiſſo Vrſa amne ad coniugem equitaret, & Iohannem nefarioſque eius ſocios haberet comites.(*h*) Dilapſi parricidæ ſtatim poſtea ab

An. cIↃCCCVIII.

(g) NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLIV. pag.* 983. MVTIVS *lib. XXII. pag.* 207. *ſequ.* FRANC. GVILLIMANNVS *Heluet. rer. lib. II. cap. XVI.*

(h) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 113. 114. *Geſta Balduini lib. I. cap IV.* H. STERO *ad ann.* cIↃCCCVII. H. REBDORFF, *Chron.* ELWANGENSE, TRITHEMIVS, LEVOLDVS de NORTHOF, P. LANGIVS, *ad annum* cIↃCCCVIII. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. LXXXIII.*

ab *Henrico* Imperatore proscripti, omnes iustissimas tanti facinoris dederunt pœnas. (*i*) Augustum funus mandante eodem Henrico, qui Adolphi corpus transtulit, Spiram est deductum. (*k*) Ex filiis Alberti RVDOLPHO, FRIDERICO, LEOPOLDO, OTTONE, HENRICO & ALBERTO, solus extremus *Filii.*

D 3 certa

pag. 934. VECERIVS *Vita Henr. VII. pag.* 66. BENEVENVTVS de RAMBALDIS *in libro Augustali. M. Chron.* BELG. *pag.* 278. MVTIVS *lib. XXII. pag.* 212. ÆNEAS SYLVIVS *hist. Boh. cap. XXVIII. Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 262. NAVCLERVS *Vol. II. Gener. XLIV. pag.* 987. *Kœnigsfeldina inscriptio ap.* BIRCKENVM *in Spec. Honoris lib. III. cap. XI.* Male THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 264. in balneo cæsum scribit. Generatim memorat Albertum a suis cæsum GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXVI.*

(i) ALBERTVS ARG. *pag.* 114. 115. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔCCCVIII. *M. Chronic.* BELG. *pag.* 278 MVTIVS *pag.* 213.

(k) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 114. 115. Tabula iussu Mathiæ Episcopi Spirensis suspensa, quam exscripsit LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap. XI.* multis erroribus scatet.

certa stabilique gentis propagine est beatus. (*l*)

CAPVT V.

RES HENRICI VII. IMPERATORIS LVTZENBVRGICI.

I.

Difficultates nouae electionis. Interregnum ab Alberti cæde initum breue quidem, sed multis variisque difficultatibus obnoxium erat. Quis eligendus foret imperator? hærere dubii electores, quibus nec Adolphi molle, nec durum Alberti imperium valde placuerat. (*m*) Qui soli eligerent? definiendum nunc visum electoribus, in quorum numero plures haberi cupiebant. (*n*) Vrgebat etiam *Philippus* Pul-

(l) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 105. 111. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCXCVIII. *pag.* 73.

(m) CONRADVS VECERIVS *Hist. Henrici VII. pag.* 66. MVTIVS *lib. XXIII. pag.* 213. 214. Fridericum Austriacum inter candidatos imperii recenset GERH. de ROO *lib. II. pag.* 74.

(n) Lectu dignissimum decretum electio-

Pulcher, Rex Galliæ, Auenione agentem Papam, vt *Carolum* fratrem Cæſarea ornaret dignitate: periculumque adeo non leue erat, vt aut Papa aliquid auderet, aut Gallus omnino raperet imperiale nomen. (*o*) Per omnes tamen difficultates feliciter eluctati demum electores, cum ipſo ſuadente Papa, (*p*) feſtinarent, & ex tempore captis conſiliis primum Reinſæ, deinde Francofurti, concordibus votis eligerent imperatorem nouum HENRICVM. (*q*)

nis apud *Illuſtr.* LEIBNITIVM *in Mantiſſa T. II. Cod. Dipl. num. XLIX. pag.* 252. *ſequ.*

(o) CONRADVS VECERIVS *pag.* 66. 67. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCVIII. MVTIVS *pag.* 214.

(p) CONRADVS VECERIVS *pag.* 67. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCVIII.

(q) ALBERTINVS MVSSATVS *lib. I. rubr. IV. Geſta Balduini lib. II. cap. I. Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 265. 266. ALBERTVS ARG. *pag.* 115. TRITHEMIVS, LEVOLDVS a NORTHOF, *Hiſtoria Landgr. Thuring. cap. LXXXIII.* P. LANGIVS, H. STERO, *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 335. *Chron.* SIMONIS *Com. Montis-*

Henrici natales & ingenium. II. Iste ab illustrissima Lutzenburgicorum Comitum gente oriundus, *HENRICI II.* fuit filius; (*r*) princeps non magnæ potentiæ aut opulentiæ, at magni generosique animi, prudens, fortis, iustus, clemens, Imperii æque ac Ecclesiæ amantissimus atque studiosissimus, (*s*) quique egregii futuri imperii multa specimina in angusto territorio, cum adhuc Comes esset, dudum ediderat. (*t*)

III.

fortis pag. 790. *ad annum* cIↄCCCVIII. H. REBDORFF *ad ann. IX. M. Chron.* BELGICVM *pag.* 286. NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLIV. pag.* 988. Male comitia quædam Luzelburgensia comitia memorat CONR. VECERIVS *pag.* 67.

(r) CONR. VECERIVS & ALBERT. MVSSATVS *lib. I. hist. Henr. VII.* ignorant parentum nomina, & solam illustrem Luzelburgicam gentem laudant. *Gesta Balduini lib. I. cap. VI.* nominant patrem & matrem.

(s) BENEVENVTVS de RAMBALDIS *in Augustali libro. Gesta Balduini lib. II. cap. I.* ALBERT. MVSSATVS *lib. I. rubr. III.* CONR. VECERIVS *pag.* 67. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 115. H. REBDORFF *ad annum* cIↄCCCIX. TRITHEMIVS *ad ann. XIII.*

(t) ALB. MVSSATVS *loc. cit. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 265.

III. Peracta electione, quam continuo *Clemens* Papa laudauit & adprobauit, conditionemque addidit, vt intra biennium in Italiam nouus Imperator duceret, (*v*) & Romanam coronam ſumeret; ductus eſt Henricus ab electoribus Aquasgrani, & a Colonienſi ſolenni ritu inauguratus eſt. (*x*) Præter cetera iura, quæ ſtatim a coronatione ſtabiliuit, Heluetiorum præcipue libertatem, proximas turbas commode com- *Prima negotia.* An. cIↄCCC-IX.

(v) VECERIVS *pag.* 67. *Chron.* MAGDEBVRG. *ad ann.* cIↄCCCVIII. *pag.* 335. H. STERO, H. REBDORFF, LEVOLDVS a NORTHOF, *ad ann. IX. M. Chron.* BELGICVM *pag.* 286. MVTIVS *pag.* 214. Procuratorium Henrici ad Papam & reſponſio Papæ cum litteris ad Henr. habetur ap. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. II. Cod. Dipl. num. XLIX. pag.* 255. *ſequ.*

(x) ALBERTVS ARG. *pag.* 115. *Geſta* BALDVINI *lib. II. cap. II.* CONR. VECERIVS *pag.* 67. *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 286. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 266. H. STERO, LEVOLDVS de NORTHOF, *Chron.* MAGDEBVRGICVM *ad ann.* cIↄCCCVIII. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCIX. NAVCLERVS *loc. cit.* MVTIVS *pag.* 214.

compoſiturus, confirmauit, & mitiores præfectos imperii nomine iis præfecit. (*y*)

Spirenſia comitia.

IV. Prima comitia Spiræ habita, & in iis ſumma principum & ciuitatum celebritate de Romana conſultatum expeditione. Adfuere aliquot principes Italici, & legati plures, cum veneraturi Cæſarem, tum neceſſitatem proximæ expeditionis oſtenſuri. (*z*) Accuſatus *EBERHARDVS* Wurtenbergicus ſæpe multumque fractæ pacis, & principum iudicio proſcriptus; dataque *CONRADO* Winsbergio prouincia armis cogendi Wurtenbergicum. (*a*) Porro

(y) Tabulæ priuilegiorum vid. apud FR. GVILLIMANNVM *Rer. Heluet. lib. II. cap. XVI.* Circumiuiſſe terras, & vbique pacem firmaſſe memorant *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 266.

(z) ALBERTVS ARG. *pag.* 116. in cuius verbis ſunt veſtigia trium collegiorum in comitiis ſeparatim conſtitutorum.

(a) ALBERTVS ARG. *pag.* 115. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCIX. *pag.* 121. *Geſta Balduini lib. II. cap. VII. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 266. MVTIVS *lib.* XXIII. *pag.* 214.

Porro capitis damnati Alberti interfectores. (*b*)

V. In iisdem comitiis Thuringiæ Misniæque plena pax reddita; quam suo nomine iam nuper Marchio *FRIDERICVS*, felix victor, in omni sua regione mandauerat. (*c*) Decisa etiam Bohœmica causa; & ex voto Bohœmorum datum *IOHANNI*, vnico filio Henrici regis, cui hoc instituto *Elisabetha*, Wenceslai filia, nupserat, regnum: reiectusque deinde armata vi *HENRICVS*, Dux Carinthiæ, qui cognationem cum postremis regibus causatus inuitis Bohœmis regnum adgressus erat. (*d*) Austriacis mota lis, & in quæstionem

Varia illustres causa decisa.

(b) *Gesta Balduini lib.* II. *cap.* VIII.

(c) *Historia Landgr. Thur. cap.*LXXXIII. *pag.* 934.

(d) ALBERTVS ARG. *pag.* 115. 116. ALB. MVSSATVS *lib. I. rubr. VIII. Gesta* BALDVINI *lib. II. cap. V. Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 266. ÆN. SYLVIVS *Hist. Boh. cap.XXXI.* TRITHEMIVS, H. REBDORFF, *ad annum* cIↄCCCIX. *Chron.* SIMONIS *Com. Montisfortis pag.* 790. *ad ann. X.* MVTIVS *lib.* XXIII. *pag.* 215. 216.

nem adducta lautissimarum prouinciarum possessio. Verum strenue pro suis iuribus propugnantibus Ducibus, abstitit demum ab iniusto conatu imperator, & solenni ritu Duces in clientelam accepit. (*e*)

Bellum Wurtenbergicum. An. cIↃCCCX.

VI. Geritur statim post soluta comitia bellum Wurtenbergicum. Quod parum momenti habiturum, cito namque finitum est, & Comes reductus ad officia; (*f*) nihil moratus Imperator, vicarium imperium in Francofurtana curia credit *Iohanni* filio: (*g*) cum *Philippo*, Galliæ rege, pacta firmat; & maximis Italiæ turbis mature subuenturus ex comitiali nupero decreto in Italiam ducit. (*h*)

Præparatur Italica expeditio.

VII.

(e) ALBERTVS ARG. *pag.* 115. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCIX.

(f) MVTIVS *lib. XXIII. pag.* 215. ÆN. SYLVIVS *hist. Boh. cap. XXXI.*

(g) CONR. VECERIVS *pag.* 68. ÆN. SYLVIVS *hist. Boh. cap.* XXXII.

(h) Fœderis formulam habet *Ill.* LEIBNITIVS *Cod. Diplom. T. I. num. XXXV. pag.* 64. *sequ.* Conf. CONRAD. VECERIVS *d. l.* ALB. MVSSATVS *lib. I. rubr.* VII.

VII. In ea dudum res omnes erant turbatissimæ. Quique in interregno Germaniæ fuerat status, idem Italiam adhuc nunc manserat. Ciuitates omnes factiones variæ infestas fecerant. Factio vna Cæsari, altera Papæ fauit: hæc *Guelforum*, illa *Gibellinorum*, priscis nominibus adpellatæ. *Robertus*, Apuliæ rex, cum Guelfis acerrime Imperatoriam maiestatem insectabatur. Contra niti Gibellini, tristissimaque bella passim excitare: quibus haud pares vltra sustinendis eo magis vrgebant aduentum Cæsaris, quo certius imminebat periculum, prorsus mox Cæsareas partes oppressum, & Germanos ab omni Italiæ imperio plane nunc exclusum iri. (*i*) *Status Italiæ.*

VIII. Henricus non admodum valido exercitu ingressus in Italiam, validissimas fieri vbique vidit coniurationes. (*k*) Magno tamen animo res *Prospera acta in Italia.*

(i) CONR. VECERIVS *pag.* 67. 68. ALB. MVSSATVS *lib. I. rubr. VI.*

(k) CONR. VECERIVS *pag.* 68. MVTIVS *lib.* XXIII. *pag.* 216. 217.

An. cIↄCCC-XI.

res suas gessit in Longobardia. Mediolani Rex Italiæ sumta ferrea, quam vocant, corona, solenniter renunciatus est. (*l*) Quasdam vrbes vi, alias deditione, in ditionem ac potestatem redegit. Vbique restituit Gibellinos, & ex iis Præfectos atque Imperiales Vicarios cum Mediolani, tum in plurimis ciuitatibus aliis, constituit. (*m*)

Iura imperii in Italia vindicata.

IX. Breui quidem astu Guelforum seditiones multæ in plerisque vrbibus excitatæ, & præsidia Cæsarea eiecta, præfectique expulsi sunt. At institit Cæsar fortius atque audacius, & non solum plerasque vrbes recu-

(l) CONR. VECERIVS *pag.* 68. ALB. MVSSATVS *lib. I. rubr. X. XII. Gesta Balduini lib. II. cap. IX. X.* ALBERT. ARG. *pag.* 116. H. STERO, TRITHEMIVS, LEVOLDVS a NORTHOF, *Chron.* SIMONIS *C. M. F. pag.* 790. *ad ann,* cIↄCCCX. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* XI. NAVCLERVS *ad h. a pag.* 989. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 266. *M. Chron.* BELG. *pag.* 286. MVTIVS *pag.* 217.

(m) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 116. CONR. VECERIVS *pag.* 68. 69. MVSSATVS *lib.* II. *rubr.* I.

recuperauit, rebellesque aſpere caſtigauit: (n) verum etiam, nequicquam viam hoſtibus obſtruentibus, cum copiis contendit Romam, & ferro ſibi ad Lateranenſem ædem, in qua Imperatoriæ dignitati Cardinalibus quibusdam, ſed inuitis, miniſtrantibus, inauguratus eſt, aditum aperuit. (o) Inde augeſcente indies vi

An. cIↃCCC-XII.

(n) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 116. 117. CONR. VECERIVS *pag.* 69. 70. late ALB. MVSSATVS *lib.* II. *ad VII. Geſta Balduini lib.* II. *cap.* XII. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCIX. H. STERO, TRITHEMIVS, *Chron.* SIMONIS *Com. Mſ. ad ann.* X. ÆN. SYLV. *cap.* XXXI.

(o) Late ALBERT. MVSSATVS *lib. V. VI. VII.* CONR. VECERIVS *pag.* 71. ALBERTVS ARG. *pag.* 117. *Geſta Balduini lib.* II. *cap.* XIII. XIV. *M. Chron.* BELG. *pag.* 287. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 335. H. REBDORFF, *ad ann.* cIↃCCCIX. TRITHEMIVS, H. STERO, LEVOLDVS a NORTHOF *ad ann.* XII. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 266. *Epiſtola* HENR. VII. *ad Iohannem Abb. Waldſaxenſem pag.* 73. MVTIVS *pag.* 218. ÆN. SYLVIVS *hiſt. Boh. cap. XXXI.* NAVCLERVS *Vol.*II. *Gen.* XLIV. *pag.* 990. Minus recte eum a Clemente V. coronatum ſtatuit GOBELINVS PERSONA *Æt.* VI. *cap.* LXVIII.

vi hoſtium, reuerſus in Tuſciam, Florentinos fruſtra oppugnat, ſed alias ciuitates facile in deditionem accipit, & Piſas ſecedit; quæ vrbs ſe præcipue fidam & amicam imperatori præbuit. (*p*)

Robertus proſcriptus. An. cIↃCCCXIII.

X. Piſis animum omnem intendit ad iura Germaniæ ſtrenue vindicanda. Roberto regi nuper diem dixerat. Non comparentem proſcribit, regnoque exuendum, quippe hoſtem imperii, violatæque crebro clientelæ reum, ſtatuit. (*q*) Etiam arma potentiora parat, & in Germaniam,

(p) ALBERT. MVSSATVS *lib.* VIII. IX. XI. VECERIVS *pag.* 71. ALBERTVS ARG. *pag.* 118. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXII. XIII. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 287. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 267.

(q) ALB. MVSSATVS *lib.* XIII. *rubr.* IV. ALBERT. ARGENT. *pag.* 118. CONR. VECERIVS *pag.* 71. 72. *Geſta Balduini lib.* II. *cap.* XIV. NAVCLERVS *pag.* 991. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 267. H. STERO *ad ann.* cIↃCCCXIII. Habent ſententiam proſcriptionis HENR. REBDORFF *ad ann.* IX. & ALBERICVS de ROSATE *in L. Quisquis C. ad L. Iul. Maieſtatis.*

maniam, vt copiæ plures adducerentur, rogatum mittit. (r) Papa, quem tædebat imperatoris potentiæ, & pœnitebat vocati nuper, ſed alia mente, Henrici in Italiam; ſe in hoc negotium interpoſiturus, monet Cæſarem, ne impugnet Robertum, aut vltra turbet Italiam. Contra Henricus egregie Papam redarguit, ſuique eſſe iuris docet, vt & vlciſcatur inimicos infidosque imperii clientes, & priſca obſequia vel inuito Papa Italis imperet. (s)

Et Papa auſus confutati.

XI. Interea terra marique arma contra *Robertum* parata erant. *Fridericus*, Rex Siciliæ, ſupremus claſſis præfectus dictus, Genuenſium & Piſanorum claſſes operiebatur. Cæſar iam exercitum contra rebelles ducere cœperat. Et ſpes erat maxima priſcam Germanici Imperii maieſtatem nunc in Italia prope-

Obitu Henrici ſpes Germaniæ perit.

E diem

(r) ALB. MVSSATVS *lib. XIII. XIV.* CONR. VECERIVS *pag.* 72. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 118.

(s) ALB. MVSSATVS *lib. XVI. rubr. III.*

diem iri restitutum. (*t*) Sed in aditu victoriæ spes omnes Gibellinorum & Germaniæ fortuna præuertit, optimumque imperatorem ex viuis Buonconuenti in vico quodam exemit. (*v*) Sunt, qui in sacra cœna a sacerdote quodam, siue a Papa, siue a Roberto Rege corrupto, propinatum Henrico venenum, memorant. (*x*) Alii morbum

(t) ALB. MVSSATVS *lib. XVI. rubr. II.* CONR. VECERIVS & ALBERTVS ARGENT. *loc. cit.*

(v) ALB. MVSSATVS *lib. XVI. rubr. VIII.* CONRADVS VECERIVS *pag.* 72. simpliciter mortem narrat LEVOLDVS a NORTHOF *ad ann.* cIↃCCCXIII. hostiles fraudes memorat ÆN. SYLVIVS *hist. Boh. cap. XXXI.*

(x) Quidam rem simpliciter alii ex fama communi narrant. ALBERTVS ARG. *pag.* 118. CONR. VECERIVS *pag.* 72. H. STERO, H. REBDORFF, *Chronicon S.* VITONIS *Virdunensis, ad ann.* cIↃCCCXIII. *Gesta Balduini lib. II. cap. XVII.* BENEVENVTVS DE RAMBALDIS *in libro Augustali. Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 335. *Rhytmi de Henr. obitu ap. Freherum.* MVTIVS *lib. XXIII. pag.* 219. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 287. GOBEL. PERSONA *Æt. VI. cap. LXVIII. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 267. narrat & late Prædicatores excusat TRITHEMIVS *ad ann. XIII.*

bum diuerſasque mortis cauſas enarrant. (*y*) Piſas corpus reductum, & regio faſtu ibi ſepultum. (*z*)

XII. Quam omnis Germania fortiſſimum Imperatorem luxit, ſpesque pereuntes acerbe tulit, (*a*) tam lætatus eſt Papa, & exſultarunt in Italia Guelfi. Hi protinus inſurrexerunt vbique Gibellinis, & prorſus conculcare Germaniæ maieſtatem adgresſi ſunt. Papa poſt imperatoris mortem vicarium ſibi in Italia imperium ſumſit, Cæſarem periurum, omniaque eius acta irrita

Italia ſtatim in nouas turbas conii- citur.

E 2 renun-

(y) ALBERT. MVSSATVS *lib. XVI.* JOH. VILLANIVS *in Chron. Florent. lib. IX. cap. LI.* LEONH. ARETINVS *hiſt. Florent. lib. V.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXIII. *pag.* 130. Apologeticæ litteræ Johannis R. quo ordine Prædicat. habentur ap *Ill.* LEIBNITIVM *T. I. Cod. Dipl. Num. LXXXVII. pag.* 188.

(z) ALBERTVS ARG. *pag.* 118. VECERIVS *pag.* 72. ALB. MVSSATVS *lib. XVI. fin.* & plerique ſcriptores alii.

(a) ALBERTVS ARG. *&* CONR. VECERIVS *d. l.*

renunciauit. (*b*) Et ita quidem eo tempore insolentissime in Germanica iura Papa Italique insultarunt.

CAPVT VI.

RES FRIDERICI AVSTRIACI, ET LVDOVICI BAVARI IMPERATORVM.

I.

Status Germaniæ in interregno.

Dum in Germania non esset, abessetque reipublicæ causa Henricus imperator, tuta fuere ibi fere omnia; nisi quod Wurtenbergicus armis ad conditiones imperatas adactus est, & quod Henricus Carinthius ius suum in Boiohœmi regnum bello persequi adgressus est. (*c*) Quam primum autem de obitu Henrici renunciatum est, turbari rursus pleræque regiones, & per ingentem prin-

(b) ALBERTVS ARG. *pag.* 119. CONR. VECERIVS *pag.* 72. 73. ALB. MVSSATVS *de Gestis Italiæ post Henr. VII. lib.* I. H. STERO *ad ann.* cIↃCCCXIII.
(c) ÆN. SYLVIVS *Hist. Boh. cap. XXXI.*

principum æmulationem ad grauisſima bella res omnes ſpectare. (*d*)

II. Grauior quippe nunc manebat electores conſultatio; quis foret eligendus imperator? qui & vindicaret imperii maieſtatem cum Henrico viſam quodammodo occumbere; quique reſiſtere nouis auſibus Papæ poſſet, ſimulque nihil moliretur iniquum contra principes iuraque ſemel conſtituta. Magno ambitu atque multa largitione *Fridericus* Auſtriacus adfectabat imperium, iamque electorum aliquot conſenſu fretus parauerat exercitum, quo cogeret reliquos: cum eo magis illa ambitio multos offenderet, & abalienaret a Friderico. Huic fauerunt tamen publicæ aliquot principum de iure eligendi lites. *HENRICVS* Carinthius Bohœmiæ rex voluit haberi, adeoque pro Friderico contra *IOHANNEM* regem ſenſit. *RVDOLPHVS*, Saxo, verus elector erat,

Difficillima noua electio.

 isque

(d) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 118. NICOL BVRGVNDVS *hiſt. Bauar. lib.* I. *pag.* 5. *ſequ.*

isque Friderico se addixerat: cum *IOHANNEM*, Inferioris Saxoniæ ducem, æmulum ex diuersis stare partibus viderat. Factum inde, vt annus excurreret, nec fieret electio; vtque breui calamitates plurimas nouum interregnum excitaret. (*e*)

Discors Ludouici & Friderici electio. An. cIↃCCCXIV.

III. Indicto demum a Moguntino, qui oderat Fridericum, die Francofurtum ad electionem ventum est. *Henricus*, Coloniensis, *Rudolphus*, Saxo, *Rudolphus*, Palatinus, *Henricus* Carinthius, ante occupata electione *FRIDERICVM* Austriacum renunciarunt imperatorem. Sed die altero *Petrus*, Moguntinus, *Balduinus* Treuirensis, *Johannes*, Bohœmus, *Waldemarus*, Brandenburgicus, & *Johannes*, alter Saxo, elegerunt *LVDOVICVM*, Bauarum, electumque continuo Papæ renunciarunt. Fridericus Bonnæ a Coloniensi Pontifice, & insequenti die

(e) ALBERTVS ARG. NICOL. BVRGVNDVS, *loc. cit.* TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad ann.* cIↃCCCXIV. H. STERONIS *Cont. ad ann. XIII.* VILLANVS *lib. IX. cap. LXVI.*

ti die Ludouicus Aquisgrani a Treuirensi inauguratus est: hic vbi decuit, alter ab eo, quem decuit. (f)

IV. Vtrique nepotes fuerunt *RVDOLPHI* Habsburgici; alter ex filio *ALBERTO*, alter ex filia *MECHTILDE*, quæ *Ludouico Seuero* nupse-

Vtriusque natales & ingenii factorumque comparatio.

(f) Iura Vtriusque partis electorum habentur in Epistolis Petri Moguntini & Henrici Coloniensis ad Papam apud BVRGVNDVM *lib. I. pag.* 15. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. I. Cod. Dipl. num. XXXVI. pag.* 66. & FVGGERVM *lib. III. cap. II.* Discordem electionem enarrant ALBERTVS ARG. *pag.* 118. 119. H. REBDORFF, TRITHEMIVS, *Chron.* ELWANGENSE, LEVOLDVS DE NORTHOF, *ad ann.* cIɔCCCXIV. H. STERONIS *Contin. ad ann. XIII.* ANDREAS RATISB. *pag.* 32. P. LANGIVS, *ad ann. XV. M. Chron.* BELGICVM *pag.* 288. 289. 290. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 268. *Chronicon* MAGDEBVRGICVM *pag.* 337. GOBELINVS PERSONA *Æt.* 6. *cap. LXVIII.* MVTIVS *lib. XXIV. pag.* 221. NAVCLERVS *Gener. XLIV. pag.* 992. AVENTINVS *lib. VII. cap. XV. num. V. sequ.*

nupſerat. (*g*) FRIDERICVS ditiſſimus princeps erat, quippe cui Auſtria tota ceſſerat. LVDOVICVS ſolam acceperat Superiorem Boioariam, vnde multum altero potentia erat inferior. (*h*) Alter nulla maſcula relicta prole obiit: alter ex ſecunda tertiaque coniuge, *Beatrice* Glogouienſi, & *Margaretha* Batava, numeroſam prolem ſuſcepit. (*i*) Vterque formæ elegantisſimæ, habitusque admodum decori fuit: ille tamen procliuior fere ad amores, vnde & ei *Pulchri* cognomen hæſit; hic compoſitus magis ore vultuque ad maieſtatem. Vtrique non defuit animus prudens, fortis, atque ambitioſus. Fridericus tamen animoſior, vehementior, gene-

(g) ALBERTVS ARG. *pag.* 119. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 290. NICOLAVS BVRGVNDVS *hiſt. Bauar. lib. I. pag.* 5.

(h) H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCXIV. NICOL. BVRGVNDVS *pag.* 5. 8.

(i) ANDREAS PRESB. *pag.* 36. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCXIV. *pag.* 138. GERH. DE ROO *Hiſt. Auſtr. lib. III. pag.* 89.

generoſior: Ludouicus aſtutior atque moderatior, ſed & ſegnior quandoque & remiſſior. (*k*) Vterque varia fortuna vſus: ille vero acerbiorem fortunam expertus, vt tranquille extremos dies ageret; hic maxime fauenti ductus fato, vt, donec imperaret, mille calamitatibus conflictaretur.

V. Statim ac ſumtum eſſet ab vtriſque imperium, ingraueſcere Germaniæ calamitates, ancepsque & funeſtum bellum vtrinque parari. (*l*) Inferior Germania cum *Ludouico*, Superior pleraque cum *Friderico* fecit. (*m*) Hic Baſileæ co- *Ciuile bellum.* An. cIↃ CCC. XV.

E 5 mi-

(k) Elogium Ludouici. H. STERO *Cont. ad ann.* cIↃCCCXIV. *Epiſtola Electorum ad Papam ap.* NICOL. BVRGVNDVM *pag.* 16. 17. AVENTINVS *lib. VII. cap. XV. num. IX.* Elogium Friderici. NIC. BVRGVNDVS *pag.* 5. 8. GERH. DE ROO *lib. II. pag.* 77. 81.

(l) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXIV. *pag.* 137. H. STERONIS *Contin. ad ann. XVII.* MVTIVS *pag.* 221. *ſequ.*

(m) ALBERTVS ARG. *pag.* 119. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 268. LEVOLDVS A NORTHOF *ad ann.* cIↃCCCXIV.

mitia satis frequentia habuit, (*n*) indeque cum *LEOPOLDO* fratre Boioariam inimicasque alias regiones vastauit. (*o*) In Heluetia grauem cladem passus est, postquam Solodurum obsedisset, & in ditionem redegisset. (*p*) Tum in certum fœdus tres pagi Heluetiorum, Vrii, Suitii & Vnderwaldii primum coiuere: vnde initia celebris Reipublicæ, & maxima damna nata Austriacis. (*q*)

Heluetium primum fœdus.

Ludouici acta.

VI. Quippe Ludouicus, postquam *Rudolphum* Palatinum, fratrem, eiecisset ex regione, suasque partes multis accessionibus firmasset;

(n) ALBERTVS ARG. *loc. cit. Chron.* AVSTRALIS *ad ann.* cIɔCCCXV.

(o) ALBERTVS ARG. *pag.* 119.

(p) ALBERTVS ARG. *pag.* 119. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔCCCXV. AVENTINVS *lib. VII. cap. XV. num. XII.* FR. GVILLIMANNVS *lib. II. cap. XVI.* SIMLERVS *de Rep.* HELVET. *pag.* 70. 71.

(q) GVILLIMANNVS *Heluet. rerum lib. II. cap. XVI. num. XXIV.* Formulam foederis exhibent ill. LEIBNITIVS *P. I. Cod. Dipl. n. XXXVII. pag.* 69. SIMLERVS *pag.* 73.

ſet; (r) Noribergæ habitis comitiis proſcripſit Auſtriæ principes, & commoda vſus occaſione, non ſolum confirmauit Heluetiorum nouum fœdus, ſed etiam bona Auſtriacorum in Heluetia ſita publicauit, occupandi ea Heluetiis poteſtate facta. Ita alacres Heluetii Auſtriacos impugnarunt. (s) Ciuitates non paucæ Heluetiorum exemplo Ludouici partibus acceſſerunt. (t) Et cum prope Eslingam primum prælium committeretur, licet ſatis ſuperior eſſet armis Fridericus, æquis prorſus manibus eſt diſceſſum. (v)

An. cIↃ CCC-XVI.

Eslingenſe prælium.

VII.

(r) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXIV. *XIIX.* AVENTINVS *lib. VII. cap. XV. num. XI.*

(s) SIMLERVS *loc. cit. pag.* 77. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXIIX.

(t) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXV.

(v) ALBERTVS ARG. *pag.* 120. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXV. NAVCLERVS *Gener. XLIV. ad h. a.* H. REBDORFF *ad ann. XVI. Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. AVENTINVS *loc. cit. num. XIII. XIV.* MVTIVS *lib. XXIV. pag.* 222.

VII. Extractum porro bellum ad ſextum abhinc annum, variaque fortuna paſſim res geſtæ. (*x*) Semper cum Heluetiis male bellum ab Auſtriacis adminiſtratum. (*y*) Interea tamen vterque imperatorum multas imperii cauſas, quaſi de eo ſatis ſecurus, adminiſtrauit. Amplis præmiorum promiſſis ab vno alteroque ſollicitati principes. Quo præcipue conſilio a Friderico Bohœmici regni *Henrico*, Carinthio, & Electoratus Brandenburgici *Johanni*, Bohœmo, a Ludouico ſpes facta erat. (*z*)

Trahitur bellum.

VIII.

(x) H. STERO *Contin. ad ann.* cIↃCCCXVII. late ALBERTVS ARG. *pag.* 120. 121. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXVI. *XIIX. XXI. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. AVENTINVS *loc. cit. num. XXI. XXII. ſequ.* GERH. DE ROO *Hiſt. Auſtr. Lib. II. pag.* 82.

(y) H REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXIIX.

(z) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXVI. NICOL. BVRGVNDVS *lib. I. pag.* 46. 47.

VIII. Ad extremum lis anceps graui prælio prope Muhldorff, qui Juuauienſis ditionis vicus eſt, commiſſo deciſa. Non exſpectatis *Leopoldi* fratris auxiliis conflixit *Fridericus*; ſed victus, & cum *Henrico* fratre captus, cuſtodiæque datus, (*a*) tutiorem imperii poſſeſſionem, ſponte nunc reliquis principibus eius partes deſerentibus, LVDOVICO demum reliquit. (*b*)

An. cIɔ CCC-XXII.

Muhldorffenſe prælium & Friderici captiuitas.

VIIII. Verum mox natæ grauiores Ludouico rixæ turbæque. Leopoldus a Papa inſtigatus & adiutus, non deſtitit impugnare Cæſarem, do-

Papæ nefarii conatus contra imperium & imperatorem.

(a) ALBERTVS ARG. *pag.* 121. 122. *Contin.* H. STERONIS, LEVOLDVS A NORTHOF, H. REBDORFF, *Chron.* ELWANGENSE, *ad ann.* cIɔCCC-XXII. TRITHEMIVS *ad ann. XXIII. M. Chr.* BELGICVM *pag.* 289. ANDREAS *Presb. p.* 32. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 337. *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *p.* 269. MVTIVS *lib. XXIV. p.* 225. NAVCLERVS *Vol. II. Gener. XLV. p.* 996. AVENTINVS *lib. VII. Annal. cap. XV. num. XXXIV. ſequ.*

(b) ALBERTVS ARG. *pag* 122. AVENTINVS *lib. VII. cap. XVI. num. I.*

donec viueret. (*c*) *Johannes XXII.* audax ſuperbusque Papa, turbauerat omnem Italiam, vt in ea ſolus potiretur dominationis. Is, cum tecte antea Fridericum fouiſſet, (*d*) & odiſſet Ludouicum, qui clam Gibellinis contra Guelfos auxilia ſubmiſerat; huic iam aperte inſurrexit, cum victor Friderici res Italiæ fortius curandas ſibi ſumſiſſet. (*e*) Diem dixit, ſimulque imperio interdixit, ſuperbiſſimo edicto Cæſari. Qui etiam fruſtra eius indignationem deprecatus, ſemel & iterum elapſo ſtatuto die, mox proſcriptus & diris omnibus a Papa deuotus eſt. (*f*)

Ludouicus excommunicatur.

X. Con-

(c) ALBERTVS ARG. *pag.* 122. 123. TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad ann.* cIɔCCCXXIII.

(d) TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔCCCXXII.

(e) ALBERTVS ARG. *pag.* 123. MVTIVS *lib. XXIV. pag.* 226. 227.

(f) ALBERTVS ARG. *pag.* 123. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 337. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔCCCXXIII. MVTIVS *pag* 226. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. NICOL. VILLANVS *hiſt. Florent. lib. IX. cap.* CXCV CCXXVII. NAVCLERVS *Gener. XLV. pag.* 996. 997. AVENTINVS *lib.* VII. *cap. XVI. num.* 3. *ſequ.* Papæ decretum

X. Contra Ludouicus aduersa bella in Italia & in Germania satis habuit defendere. Papæ nefarios ausus in comitiis Noribergensibus strenue exagitauit, & magna principum consensione ad liberum prouocauit concilium. (g) In iisdem comitiis nihil moratus minas Papæ, Electoratum Brandenburgicum, qui tum vacauit, filio cognomini tradidit: qua quidem causa & Saxonem *Rudolphum*, agnatum exstinctorum Marchionum, & *Johannem* Bohœmum per promissa non seruata, plurimum offendit. (h) In nouis Ra-

Acta in comitiis, & contra Papam.

An. cIↃ CCC-XXIII.

cIↃ CCC-XXIV.

habet *Idem loc. cit. n.* 8. *&* correctius NICOL. BVRGVNDVS, *lib. II. pag.* 73. *sequ.*

(g) Comitia memorant MVTIVS *lib. XXIV. pag.* 226. 227. NICOL. BVRGVNDVS *lib. II. pag.* 77. 78. Generatim percensent imperatoris acta ALBERTVS ARG. *pag.* 123. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXXIII. *pag* 159. CORTVSIVS *de Nouit. Paduæ lib. III. cap. IX.* NAVCLERVS *pag.* 997. Diploma Adpellationis Cæsareæ apud AVENTINVM *lib. VII. cap. XVI. num.* 13. *sequ.*

(h) ALBERTVS ARG. *pag.* 121. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* cIↃCCC-XXIV. H. REBDORFF *ad ann. XXVI.*

Ratisbonensibus comitiis Papam, a quo erat damnatus, magno animo condemnauit, artesque eius detestabiles commode exposuit. (*i*) Inde dubiis conditionibus dimisso *Friderico*, pactisque eo contra ipsum Papam in Vlmensi conuentu obstricto; (*k*) Spiræ de Italica expeditione

Fridericus dimissus ex custodia.

An. cIↄ CCC-XXV. cIↄ CCC-XXVI.

LVDOVICVS *Imp. in diplomate ap.* AVENTINVM *loc. cit num. XXII.*

(i) AVENTINVS *lib. VII. cap. XVI. num. XII. sequ.* VILLANVS *lib. IX. cap. CCLXXV.* Multi testes veritatis contra Papam. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCXXIII. *pag.* 158. AVENTINVS *loc. cit. num. IX.* vid. varia scripta pro Ludouico contra Papam in SIM. SCHARDII *Synt. tractatuum de Imper. Iurisdict. & in* GOLDASTI *Mon. S. R. Imp.*

(k) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 124. H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCXXV. *Chron.* ELWANGENSE, TRITHEMIVS, *ad ann. XXVI.* MVTIVS *pag.* 227. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. CORTVSIVS *Nouit. Paduæ lib. III. cap. VIII.* NAVCLERVS *pag.* 997. AVENTINVS *lib. VII. cap. XVII. num. III.* Conditiones, quibus libertatem Fridericus recuperauerit, disputantur a Bauaricis & Austriacis scriptoribus. Conf. NIC. BVRGVNDVS *lib. II. pag.* 91. *sequ.* GERH. A ROO *lib. III. pag.* 86. *sequ.*

tione consultauit, (*l*) & sequenti anno, cum mortuus esset *Leopoldus*, in Italiam contra Papam eiusque adseclas duxit. (*m*) cIↃ CCC-XXVII.

XI. Gliscebant quidem in Germania, quam modo reliquerat Ludouicus, nonnulla contra illum odia; studiaque Papæ quibusdam principibus, præcipue Moguntino, fere persuaserant, vt nouum imperatorem eligerent. (*n*) Multus præsertim in eo fuisse ferebatur *Carolus*, rex Galliæ, vt ipse eligeretur. At maior saniorque pars principum, visis pessimis Papæ fraudibus, constanter contra ausus Papæ dixe- *Diuersa principum Germaniæ studia.*

F

(l) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXXVII. MVTIVS *pag.* 228. NICOL. BVRGVNDVS *lib. II. pag.* 94.

(m) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 124. inuitatus a Romanis ceterisque Italicis legatis ALBERTINVS MVSSATVS *de Ludou. B. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. CORTVSIVS *Nouit. Pad. lib. III. cap. X.* AVENTINVS *cap. XVI. num. V.* MVTIVS *pag.* 228.

(n) ALBERTVS ARG. *pag.* 123. TRITHEMIVS ad an. cIↃ CCC xxv. *p.* 162. VILLANVS *lib. IX. c. CCLXVIII.* NAVCLERVS *l. c. pag.* 997.

dixere, & absentis Ludovici causam fortiter sunt tutati. (o)

Italia egregie vindicata. An. cIↃ CCC-XXVIII.

XII. Italia pleraque mira fortuna in fidem a Ludouico accepta est. Mediolani sumta ferrea corona. (p) Itum Romam, & in Papæ odium per senatores vrbis acceptum diadema imperatorium. (q) Romæ iudicium de Papa habitum, isque publice variorum criminum incusatus, damnatus, exauctoratus: eiusque

(o) ALBERTVS ARG. *pag.* 123. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXXVI.

(p) ALBERTVS ARG. *pag.* 124. CORTVSIVS *lib. III. cap. X.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXXVII. H. REBDORFF *ad ann. XXVI.* H. STERO *ad ann.* XXIX. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* XXIIX. MVTIVS *lib. XXIV. pag.* 228. NAVCLERVS *pag.* 997. AVENTINVS *lib. VII. cap.* XVII. *num.* 17. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. Male Pisanam in inaugurationem memorat *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 291. De ceteris in Italia actis Ludouici vid. ALBERT. MVSSATVS *in Ludou. B.* & VILLANVS *ad ann.* XXVII.

(q) ALBERTVS ARG. *pag.* 124. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXXVII. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* XXIX. TRIT-

que loco constitutus antiquo iure *Nicolaus V.* pontifex maximus. (r)

XIII. Dum vero remissius segnitiusque Romæ Ludouicus ageret, nec protinus bellum contra *Robertum*, Apulum, qui maxime metuerat imperatorem, gereret, cito spe sua excidit Germania. Italí passim defecere ab imperio; Romani rebelles exemplum ceteris ciuitatibus præiuere, vt exuerent iurata obsequia: *Segnitie victoriarum fructus perditi.*

F 2

HEMIVS *ad ann.* XXIIX. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 291. NAVCLERVS *pag.* 998. AVENTINVS *l. cit. num.* *VII.* MVTIVS *pag.* 229. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. CORTVSIVS *lib. III. cap.* XI. ALBERT. MVSSATVS *loc. cit.*

(r) ALBERT. ARG. *pag.* 124. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXXVII. TRITHEMIVS *ad an.* XXVIII. *Chron.* ELWANGENSE, CORTVSIVS, ALBERT. MVSSATVS, NAVCLERVS, *Chron. M.* BELGICVM, MVTIVS *Paral. ad* CONR. VRSP. *loc. cit.* GOBELINVS PERSONA *Æt.* *VI. cap.* LXVIII. AVENTINVS *l. cit.* *n.* 8. HERMANNVS DE LERBECKE *Chron. Schaumburg. pag.* 515. Decretum exauctorationis exhibent AVENTINVS *l. cit.* & GOLDASTVS *Constit.* *Imp. Tom. I. pag.* 328. 329.

An. clↃ CCC-XXIX. *Ticinensia acta.* quia: & iam magis Robertus munierat dominationem ſuam, quam cui vltra quicquam metuendum eſſet. (*s*) Ludouicus, Roma redux Ticinum, vbi cum Rudolphi fratris filiis herciſcundæ familiæ celebrem cauſam egit; deſperans reliqua, deſerta Italia, quam magno animo nuper ingreſſus erat, perexiguum expeditionis reportans fructum, in Germaniam eſt reuerſus. (*v*) clↃ CCC-XXX. In Italia deinceps facile Papa æmulum Nicolaum euertit, ſuasque partes firmauit. (*x*) Ipſi prin-

(s) ALBERTVS ARG. *pag.* 124. H. REBDORFF *ad ann.* clↃCCCXXVIII. ALBERT. MVSSATVS *l. cit.* AVENTINVS *l. c. num.* XIV. XVII. MVTIVS *pag.* 229. 230.

(t) H. REBDORFF *ad ann.* clↃCCCXXIX. TRITHEMIVS *ad ann.* XXX. ANDREAS PRESB. *pag.* 34. AVENTINVS *l. c. num.* XX.

(v) VILLANVS *ad ann.* clↃCCCXXIX. ALBERTVS ARGENT. *p.* 124. In curia Francofurtana animo remisſiori eſt. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 291.

(x) TRITHEMIVS *ad ann.* clↃCCCXXIX. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 269. MVTIVS *pag.* 230.

principes Gibellini, parum imperii maiestate curata, suæ priuatim dominationi stabiliendæ vnicam exinde operam dederunt. (y)

XIIII. His factis multum detrimenti auctoritas Ludouici passa est in Germania. Totum se ab eo abalienauit *Johannes* rex, & in Italiam profectus multa partium aduersarum studii dedit specimina. (z) Maius odium concepit in Caesarem, cum iste, defuncto Henrico Carinthio, Carinthiam Austriacis daret, solamque Tirolensem terram *Margarethæ*, cui *Maultasthia* cognomen erat, coniugi *Johannis*, Johan-

In offensam & odium Ludouicus incurrit.

An. cIↄ CCC-XXXI.

(y) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 124. 125.

(z) ALBERTVS ARG. *l. cit.* H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCXXX. *Chron.* ELWANGENSE, TRITHEMIVS *ad ann.* XXXI. CORTVSIVS *lib. V. cap. I.* MVTIVS *pag.* 230. *sequ.* NAVCLERVS *pag.* 998. AVENTINVS *lib. VII. cap.* XIIX. *num.* I. Consensu Ludouici Iohannes rex in Italiam profectus spes illius, valde frustratus est.

hannis regis filii, relinqueret. (*a*) Cum Johanne rege Duces Inferioris Boioariæ contra Cæsarem, qui apud eos ob diuisam nuper Boioariam in magna offensa erat, senserunt, & apertum omnino bellum contra Austriacos & Cæsarem moliti sunt: quod bellum quidem mox pactis mutuis est compositum, sed non sublatum odium, licet parumper dissimulatum. (*b*) In Sueuia & ad Rhenum sitis regionibus nouis legibus eodem tempore publica pax confirmata est. (*c*)

An. cIↄ CCC-XXXII. *Pax Sueuica & ad Rhenum.*

XV.

(a) ALBERTVS ARG. *pag.* 125. AVENTINVS *l. c. num. V.* MVTIVS *lib.* XXIV. *pag.* 232.

(b) ALBERTVS ARG. *l. cit.* ANDREAS PRESB. *pag.* 32. H. REBDORFF, TRITHEMIVS, *ad ann.* cIↄCCCXXXI. AVENTINVS *lib. VII. cap.* XVII. *num.* XX. *cap.* XVIII. *num.* 1. 2. 5. 6. 7. 8.

(c) Formulam exhibent DATTIVS *Germ. Rer. lib.* I. *cap. V.* LEHMANNVS *Chr. Spir. lib.* VII. *cap.* XXX. XXXI. Spirensis conuentus pro P. P. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCXXXIII.

XV. Quod de reliquo erat Ludouici ingenium, vt cœperat, multum porro remisit inuictum robur animi, quo antea claruerat. Semel & iterum irato Papæ obtulit pacem, & durissimas in se recepit conditiones. (*d*) Frustra surdo narrata fabula, ponere aut in *Henricum* Bauarum transferre imperium decreuerat. (*e*) Nouum Papam *Benedictum XII.* rursus aliquoties per clarissimos legatos deprecatus est, ne *Philippi* Gallorum, *Roberti*que, Apulorum, regis, gratia turbaret imperium. (*f*) Verum hoc etiam, licet non alieno a Cæsaris

Remittit Ludouicus virtutem, & Papam amicum cupit.

An. cIↃ CCC-XXXIII.

cIↃ CCC-XXXV.

VI.

cIↃ CCC-XXXVII.

(d) H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXXXII. Mandatum legatis datum & litteræ Papales vid. ap. HERWARTVM *ad ann.* cIↃCCCXXXI. *Conf.* NICOL. BVRGVNDVS *lib.* III. *pag.* 140.

(e) H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXXXIII. NICOL. BVRGVNDVS *pag.* 141. *sequ.* Eo respicit AVENTINVS *loc. cit. num.* VI.

(f) ALBERTVS ARG. *pag.* 125. 126. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXXXV. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 270. Singularia narrat MVTIVS *pag* 233.

ris fauore, impedito a Cardinalibus, quo minus improbum interdictum solueret; (*g*) læsa demum Cæsaris & Germaniæ principum patientia in summam virtutem versa fortissime furores Papæ excepit & profligauit. (*h*)

Egregia imperii leges contra Papam. An. cIɔ CCC-XXXVIII.

XVI. Conuenerunt frequentes principes & electores Rensam, & Cæsaris consilio publicam legem sanxere: vti irrita sint vanaque habeantur omnia Johannis Papæ contra imperatorem decreta; vti habeatur imperator, quem electores elegerint, siue Papa eum probauerit, nec ne; vti reus sit maiestatis hostisque imperii, qui contra senserit aut statuerit. (*i*) Eadem sanctio

(g) ALBERTVS ARG. *pag.* 126. H. REBDORFF *ad ann.* cIɔCCCXXXVII. MVTIVS *pag.* 233.

(h) Ex Spirensibus Comitiis missi a principibus ad P. pro Cæs. legati. ALBERTVS ARG. *pag.* 127. MVTIVS *pag.* 233. *Paral. ad.* CONR. VRSP. *pag.* 070. læsa principum patientia. NICOL. BVRGVNDVS *pag.* 155.

(i) ALBERTVS ARG. *pag.* 129. H. REBDORFF *ad ann.* cIɔCCCXXXIX. A-

ctio in Francofurtanis comitiis magno consensu confirmata, & publice renunciatum Papæ, vt tandem facesseret ab iniuriis. (*k*) Hic quidem magis furere, & infestissimis edictis imperii leges proscindere. Præterquam vero, quod nouis rogationibus Papæ in Germania auctoritas minueretur, parum bruta tunc potuere fulmina. (*l*) An. cIↄ CCCXXXIX.

F 5 XVII.

VENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIIX. *num.* XIII. XIV. *sequ.* Decretum Rensense exhibet GOLDASTVS *Const. Imp. Tom.* III. *pag.* 409. & AVENTINVS *l. cit.*

(k) ALBERTVS ARGENT. *l. cit. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 271. Decretum Francofurtanum simul exhibent H. REBDORFF *l. cit.* AVENTINVS *l. c. num.* XXI. MVTIVS *pag.* 236. *sequ.* GOLDASTVS *Tom.* III. *pag.* 410 ill. LEIBNITIVS *Cod Dipl. T.* I. *pag.* 148. ALBERICVS DE ROSATE *in L.* III. *Cod. de Quadr. Præscr.* Litteras ad Papam habent GOLDASTVS *T.* I. *pag.* 335. LEIBNITIVS *l. c. pag.* 149. Male illud decretum taxat TRITHEMIVS *ad an.* cIↄCCCXXXVIII. *pag.* 183. 184. Singularia narrat *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad h. a.*

(l) H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCXXXIX. MVTIVS *pag.* 238. TRITHEMIVS *ad ann.* XXXVII. XXXVIII. ordine præ-

Varius Ludouicus in pactis Anglicis & Gallicanis.

XVII. Eo tempore rediit Ludouicus cum Philippo rege in gratiam, miraque animi inconstantia ab hoc, vt reconciliaret Papam, pactus est. Nuper fortissime *Philippum* exagitauerat, cum, *Eduardi*, Angliæ regis, probata causa, vicarium huic in Germania contra Gallos credidisset imperium, &, vt suarum iste in Gallia potiretur rerum, auxilia valida spopondisset. (*m*) Jam a se ipse post exiguum tempus defecerat, & irritis esse iussis Anglicanis pactis Philippi amicitiam ipse expetierat: (*n*) qui quidem amplissima quæuis pollicitus parum tamen aut nihilum siue apud Papam effecit, siue ipse præstitit. (*o*)

XVIII.

postero. AVENTINVS *l. c. num.* XXVII. Acta comitiorum Francofurtensium nouorum *vid. ap.* GOLDASTVM *Tom.* III. *pag.* 411.

(m) ALBERTVS ARG. *pag.* 127. 128. HENR. REBDORFF *l. c.* AVENTINVS *l. c. num.* XIX. XX.

(n) ALBERTVS ARG. *pag.* 128. H. REBDORFF *l. cit.* NAVCLERVS *Vol.* II. *Gener.* XLV. *pag.* 1001. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 270. 271.

(o) ALBERTVS ARG. *pag.* 128. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 270. 271. MVTIVS *pag.* 239.

XVIII. Vt ista Cæsaris mutabilitas non sine offensione a principibus accipi poterat: ita magis in odium incurrit, quod paulo deinde incusata *Johannis*, *Johannis* regis filii, impotentia, solueret eius matrimonium cum *Margaretha* dudum initum, huicque nubendi *Ludouico* Brandenburgico potestatem faceret. (*p*) Res visa cum omnibus, tum maxime Johanni regi, indignissima; præcipueque in causa deinceps fuit, vt teneret vota nouus Papa *Clemens VI.* magnaque pars principum contra fas & æquum cum illo contra Cæsarem faceret. (*q*)

Abalienantur a Ludouico aliquot principes. An. cIↃ CCCXLI.

XVIIII.

(p) ALBERTVS ARG. *pag.* 129. 130. 151. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXLI. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIX. *n.* I. II. *Gesta Balduini lib.* III. *cap.* VIII. Tabulæ publicæ habentur apud ill. LEIBNITIVM *Cod. Dipl. T.* I. *num.* LXXXII. LXXXIII. *pag.* 154. 156. Excusant hoc diuortium HERWARTVS *ad ann.* cIↃ CCCXL. ADLZREITERVS. *P.* II. *lib.* IV. *num.* XII.

(q) H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXLIV. ALBERTVS ARG. *pag.* 130.

An. cIↄ CCC-XLIII.

Clementis Papæ ausus.

XVIIII. Scilicet vix Clemens Papa creatus erat, cum iterum diris deuoueret Cæſarem. (*r*) Hic iam prope fracto animo & ipſe & per Galliæ regem nouas iniurias a Papa, vltra quam par erat demiſſe, deprecatus, nil æqui reſponſi tulit. (*s*) Jam ante Cæſar turpiter ſe multis iniquiſſimis conditionibus a Papa propoſitis dederat: nouas modo, easque & longe turpiores, & certius imperii dedecus laturas, præſcriptas conditiones accepit, quibus rediret in gratiam. (*t*) Has ſtatim principes, qui eius rei gratia Coloniæ con-

Principum præclara ſtudia contra Papam.

(r) ALBERTVS ARG. *pag.* 132. 133. Dolos Papæ & Philippi Regis enarrat. Paral. ad CONR. VRSP. *pag.* 271. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCXLIII. MVTIVS *lib.* XXIV. *pag.* 239.

(s) ALBERTVS ARG. *pag.* 133. TRITHEMIVS *ad a. cit.* MVTIVS *pag.* 239. 240.

(t) ALBERTVS ARG. *pag.* 133. H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCXLIV. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 271. MVTIVS *pag.* 240. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIX. *num.* VI. X. Formulam ſubmiſſionis exhibet BALVZIVS *Miſcell. T. II. pag.* 272.

conuenerant, damnarunt, & quo minus iis ſtaretur, Cæſarem prohibuerunt. (v) Francofurti etiam & Renſæ in comitiis, de depellenda Romani Pontificis tyrannide, ſerio conſultatum; & nouæ minacesque litteræ in hac cauſa publice ad Papam datæ. (x)

An. cIↄ CCC-XLIV.

XX. Conſcius vero ſibi Papa initæ in Germania ab aliquot principibus contra Ludouicum conſpirationis, extremam nunc vehementiſſimamque vim Cæſari intentauit. Poſt diriſſimas in Cæſarem exſecrationes monuit electores, vt nouum eligerent imperatorem. (y) Proſcripto

Nouam electionem procurat Papa.

cIↄ CCC-XLVI.

(v) ALBERTVS ARG. *pag.* 133. 134. AVENTINVS *l. cit. num.* X.

(x) ALBERTVS ARG. *pag.* 134. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCXLIV. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 271. 272. MVTIVS *pag.* 240. AVENTINVS *l. cit.*

(y) ALBERTVS ARG. *pag.* 134. 135. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLV. *pag.* 1005. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCC-XLVI. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 272. MVTIVS *lib.* XXIV. *pag.* 241. 242.

pto *Henrico* Moguntino, *Gerlacum* Naſſouium ſurrogare auſus, (z) ab hoc impetrauit, vt Renſam conuocatis *Balduino* Treuirenſi, *Waldemaro* Colonienſi, *Johanne* Bohœmo, & *Rudolpho* Saxone, electoribus, diu vacans ab imperatore renunciaretur imperium, & *CAROLVS*, Morauiæ Marchio, *Johannis* filius, imperator eligeretur. Continuo iſte a Papa probatus, & Bonnæ a Colonienſi inauguratus eſt. (*a*)

Ludouicus tuetur ſuam dignitatem; XXI. Spiram conuocati a Ludouico reliqui principes acriter deteſtati ſunt malam electorum fidem; nec quicquam morati Papæ auſus contra Carolum, per contumeliam *Clericorum Cæſarem* dictum, & contra infidos principes, quæuis auxilia ſunt

(z) ALBERTVS ARG. *pag.* 135. TRITHEMIVS, *Paralip. ad* CONR. VRSP. *l. cit.*

(a) ALBERTVS ARG. *pag.* 135. 138. *Geſta Balduini lib. III. cap. VIII.* H. REBDORFF, TRITHEMIVS, *ad ann.* cIↄCCCXLVI. MVTIVS *lib.* XXIV. *pag.* 242. NAVCLERVS *l. cit. pag.* 1006. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 296. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 270. 272. AVENTINVS *l. cit. num.* XV.

ſunt polliciti. (*b*) Bellum inde breue geſtum. Verum omnes occaſiones vitante Carolo, vix bellandi copia Ludouico facta. (*c*) Hic interea in honore & imperiali dignitate conſtanter egit, & proxime ante obitum Batauiæ Comitatum, nuper apertum imperio, ex tribunali *Margarethæ* coniugi, extremi Comitis *Wilhelmi* ſorori, adiudicauit. (*d*) Cum denique validiorem expeditionem in Boiohœmum cogitaret, (*e*) Furſtenfeldii moratus, dubium quo caſu, num ex latenti morbo, an ex ve-

An. cIↃ CCC-XLVII.

& *obit.*

(b) ALBERTVS ARG. *pag.* 139. H. REBDORFF, TRITHEMIVS *l. cit. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 272. MVTIVS *pag.* 243.

(c) ALBERTVS ARG. *pag.* 138. 139. 140. 141. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCC-XLVII. MVTIVS *l. c.* Prorſus nulla fortuna Carolum eſſe vſum ſcribit AVENTINVS *l. c. num.* XXIII. XXIV.

(d) ALBERTVS ARG. *pag.* 135. 136. 139. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 303. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXLV. H. REBDORFF *ad ann.* XLVII. AVENTINVS *loc. cit. num.* XII.

(e) NIC. BVRGVNDVS *lib. III. pag.* 179.

veneno? in venatione festinata improuisaque morte infinitis turbis ærumnisque anno imperii XXXIIII. est subtractus. (*f*) Ex filiis LVDOVICVS Brandenburgicus elector fuit; STEPHANVS felix suæ gentis propagator, & WILHELMVS, Hollandiæ Comes ob matrem exstitit. Wilhelmum mente captum ALBERTVS frater in Hollandiæ administratione excepit. LVDOVICVS *Romanus*, & OTTO, post Ludouicum Brandenburgicas rexere prouincias. (*g*)

Eius filii.

CAPVT

(f) ALBERTVS ARG. *pag.* 141. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXLVII. CORTVSIVS *lib.* IX. *cap.* XI. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 337. NAVCLERVS *vol.* II. *Gener.* XLV. *pag.* 1008. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIX. *num.* XXVI. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 273. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 292. Veneni Ludouico B. propinati meminerunt ANDREAS PRESB. *pag.* 36. MVTIVS *lib.* XXV. *pag.* 244. TRITHEMIVS *ad. ann.* XLVII. P. LANGIVS *Chr. Citic. ad h. a. pag.* 837. 838.

(g) ANDREAS PRESB. *pag.* 36. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXIV.

CAPVT VII.

JVRA PVBLICA.

§. I.

Minuerant admodum regiam auctoritatem longa interregni tempora: eademque plerisque principibus commodam dederant occasionem *superioritatem*, quam moris est adpellare, *territorialem* plene occupandi. (*b*) Post interregnum rex statutus, qui generalia imperii negotia principum consensu transigeret. Iste facile, & fere ex pacto, omnia occupata iura, quorum iniustitia non erat manifesta, lege publica confirmauit. (*i*) Ita iam porro non officii vltra sed territoriorum intuitu principes omnibus imperii rebus interuenere. Regi soli iura ea relicta sunt, quorum administratio & maxime ornaret imperatoriam maiestatem, & necessario

Ratio status Germaniae post interregnum.

G vnius

(b) Conf. *Tom.* I. *Lib.* VI. *Cap.* IX. *n.* IV. X.
(i) Vid. *supra Cap.* II. *n.* 4. 5. 6.

vnius curam poſceret. Ceterum docet hiſtoria Adolphi, futurum facile fuiſſe, vt omnia regia iura de Imperatoria dignitate detraherentur; niſi ipſis principibus indignum inconſultumque eſſet viſum, ſummam imperatoris maieſtatem omni poteſtate prorſus ſpoliaſſe.

Romanum & Italiæ imperium Germaniæ adhuc proprium.

II. IMPERATORIS ROMANI dignitas nomenque, *Italiæ* ſimul complexum *imperium*, noſtros reges conſtanter manſit. Multa quidem moliti Papæ; ipſaque Roma & Italia non raro conata, obtenta plene occupatæ in interregno libertatis, ab officiis priſcis recedere. At perpetuo interceſſere noui noſtri reges, & edictis, & oſtentatis quandoque armis, ne vnquam dimiſſa vetus clientela cenſeri potuerit. Quæ Rudolphus iura Italis vendidit, non ſummum ea imperii ius eleuarunt. (*k*) Sane antiquo iure Henricus & poſt eum Ludouicus magiſtratus præfecere ciuitatibus, dixere leges, irrogarunt pœnas. Iidem aſpere contra

(k) Vid. *Ibid.* n. m.

tra Papæ auſus dixerunt: & ne Romani nomen imperii quicquam videretur Romano Pontifici debere, Ludouicus ſe *Diuina duntaxat clementia imperatorem* nominare iusſit. (*l*)

III. Ipſum quidem IMPERIVM nomine ROMANVM, re ipſa fuit TEVTONICVM. Adminiſtratum eſt in Germania ab imperatore & imperii cunctis ordinibus: vt maieſtatis ergo illius nomen & iusſum, horumque non ſolum conſultatio, ſed etiam decretum, communis boni cauſa interueniret.(*m*) Ad Germanicorum iurium conſortionem Slauici etiam aliquot principes territoriorum intuitu admiſſi, ple- *Jus regni in Germania.*

G 2

(l) Diploma cum ea inſcriptione exhibet AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIIX. *n.* XXI. Iura imperii egregie adſerta in alio diplomate LVDOVICI ap. AVENTINVM *cap.* XVII. *num.* IX. *ſequ.*

(m) ALBERTVS ARG. *pag.* 116. H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCXXXIX. AVENTINVS *lib.* VII *cap.* XVI. *num.* XXII. Vid. Diploma *Alberti ap.* LEIBNITIVM *Cod. Diplom.* T. I. *num.* XXII. *pag.* 40.

pleneque adeo Germanica ciuitate donati. Ex Burgundico regno principes, qui magis Germanis, quam Gallis, cuperent, non minus suffragandi in nostris comitiis ius habuere. (*n*) Quas vero illustres præter Italos clientelas, vt Hungaros, Polonos, Danos, nostrum quondam habuerat imperium; eas vsque a Friderici II. tempore prorsus dimissas esse constat. (*o*)

Dimissæ clientelæ.

Jura regia.

IV. REGIA POTESTAS tantum decrescere visa, quantum crescere ordinum potentia. Cum ordinibus

(n) De Slauis vid. THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 255. De Sabaudiæ comitibus videtur id constare ex Diplomatibus *SIGISMVNDI* apud *Ill.* LEIBNITIVM *Cod. Dipl.* T. I. *num.* CXXIV. *pag.* 306. *n.* CXXVI. *pag.* 310. 311.

(o) Seruata tamen prisca Romani Imperii elogia, quasi ceteris gentibus imperaret, in Diplom. *LVDOVICI* & Electorum apud AVENTINVM *lib.* VII. *Cap.* XIIX. *num.* XIV. XXI. *sequ.* in Diplom. *SIGISMVNDI* apud LEIBNITIVM *Tom. I. num.* CXXIV. *pag.* 305. in Epistola *PII* II. ad Frid. III. *ibid. num.* CLXXX.

bus re decreta poterant imperatores omnia. Et ſumma erat maieſtatis, poſſe decreta ſupremo iure peragere, & ſuo nomine adminiſtrare, quod omnes decreuerint. Erant vero quædam ſoli Cæſaris poteſtati reſeruata: vt, inquam, conuocaret comitia, & deliberanda proponeret; vt principes crearet, & in comitiis daret locum; vt iudicia curaret, nouaque paſſim conſtitueret; vt illuſtres lites & controuerſias audiret; vt concederet petentibus priuilegia; (*p*) & quæ ſunt eiusmodi alia, paſſim deinde nouis pactionibus circumſcripta. *Reſeruata.*

V. ELECTIO REGVM a ſolis *Archiofficialibus* nunc fieri ſolita. In Henrici electione prima lege ius ſu- *Electio regis.*

(p) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 101. *Hiſtoria Landgr. Thuringiæ. Cap.* LXXVI. Vid. Diplomata *LVDOVICI* ap. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom.* I. *num.* LXI. LXII. LXIII. LXIV. *pag.* 126. *ſequ. num.* LXXVIII. LXXXII. LXXXIII. *pag.* 151. 154. 156. *CAROLI IV. Ibidem num.* XLIV. *pag.* 207.

um firmarunt electores. (*q*) Iterum Ludouico imperante publica imperii sanctione, nemine principum contradicente, electorum ius confirmatum, & de eo sancte seruando Papæ renunciatum est. (*r*) Reliquæ lites de votis electorum, & cui, dum plures essent ex gente vna, ius eligendi deberetur, tardius sunt compositæ. Jus conuocandi electores, indicendi interregnum, proponendi electionem, ex antiqua consuetudine Moguntino iam debitum. (*s*) Francofurti etiam fieri solitam electionem, iam ante legem docet historia. (*t*)

VI.

(q) Decretum Electionis habet LEIBNITIVS *Mant. Tom.* II. *num.* XLIX. *pag.* 252. *sequ.*

(r) Decretum hoc imperii cum epistola Electorum ad Papam habet LEIBNITIVS *Cod. Diplom. T.* I. *num.* LXXVI. LXXVII. *pag* 148. *sequ.* Conf. Epistola Electorum *ibid. num.* XXXVI. *pag.* 66.

(s) Vid. Epistola Electorum modo citata *pag.* 67. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 100.

(t) Vid. rursus Epistola Cit. *pag.* 67.

VI. CORONAM Imperatoriam Aquisgrani, Italicam siue Modoetiæ siue Mediolani, & Romanam Romæ, Imperatores accipere consueuerunt. (v) Ex temporis superstitione acceptum, quod ab imperatorio nomine abstinerent, *REGES*que *ROMANORVM* tantum adpellarentur, qui a Papa non essent inaugurati. (x) *CÆSARIS AVGVSTI* nomen primus fertur Ludouicus Bauarus gessisse; (y) qui etiam primus *Aquilam* imperii constans in- *Coronatio.*

G 4 signe

(v) CONRADVS VECERIVS *Hist. Henr.* VII. *pag.* 67. 68. 71. ALBERT. MVSSATVS *lib.* I. *rubr.* XII.

(x) Vid. Diplomata *ALBERTI* Imp. ap. LEIBNITIVM *Tom.* I. *num.* XXII. XXIII. XXIV. *pag.* 39. *sequ.* addito Titulo *Semper Augustus*; Diploma *Caroli IV. ibid. num.* LXXXVIII. *pag.* 189. *WENCESLAVS* statim Imperatoris gessit titulum teste eius Diplom. *Ibid. num.* CIX. *pag.* 257.

(y) Vid. Diplomata hunc titulum præferentia apud AVENTINVM *lib.* VII. *cap.* XVII. *num.* IX. *cap.* XVIII. *num.* XXI.

ſigne eſſe iuſſerit. (*z*) Dum coronatus eſſet imperator, continuo ſacramenta dixere principes, & clientelam profeſsi ſunt. (*a*) Quæ vero cum recens electo imperatore Electores & ſuo & imperii nomine pasſim pacti eſſe videntur, nulli memoriæ ſatis ſunt prodita.

Bona imperii diſſipata.

VII. Propria IMPERII & imperatorum BONA iam dudum diſperſa & disſipata. Multa quidem iniuſte occupata Rudolphus reuocauit ad imperium & reſtituit. (*b*) Verum ea abalienandi non defuerunt poſtera ætate plures occaſiones. Decimas metallifodinarum in principum territoriis iure imperatorio poſtulaſſe Albertus legitur: ſed contra nitente Boiohœmi rege. (*c*) Vt circumirent imperatores

(z) Forma Sigilli deſcripta apud LEIBNITIVM *Tom.* I. *num.* LXXXI. *pag.* 153.

(a) H. STERO *ad ann.* cIɔCCLXXIV. ALBERTVS ARG. *pag.* 109.

(b) H. STERO, EBERHARDVS, *ad ann.* cIɔCCLXXVII.

(c) DVBRAVIVS *Hiſt. Boh. lib.* XVIII. *pag.* 488.

res prouincias, parum iam consuetum. Potestas principum territorialis non videbatur alium dominum in territoriis passura. Ergo Ludouicus primus constanter in sua ditione & vrbe egit: (*d*) quod exemplum sequuti sunt imperatores reliqui. Ipsa comitia non nisi in imperialibus ciuitatibus habere moris fuit. (*e*)

VIIII. COMITIA, vt olim, saepe habita, & plurimae causae, quae praecipue ad principes pertinuere, in iis pertractatae. Distincta *tria collegia*, vt electorum, principum, & ciuitatum, iam in hac aetate nonnulli quaerunt: (*f*) vt malint tamen alii sentire diuersum. LEGES in comitiis praeclare latas historia modo enarrauit. Quo minus vero *Comitia.*

G 5 *Pax*

(d) H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXLIV. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIX. *num.* XXX.

(e) Comitiorum historia omnis testis rei.

(f) ALBERTVS ARGENTIN. *pag.* 116. 134. *Principes Electores, & alii principes, & ciuitatum nuncii.*

Leges solennes. *Pax Publica*, toties ſancita & decreta, firma eſſe ſtabiliſque potuerit, impedimento perpetuo diſturbatus prouinciarum ſtatus fuit, & quod iudicium imperii generale nullum eſſet. Inde Pacis Publicæ formulis maxime in iis prouinciis opus fuiſſe, in quibus plurimi eſſent minores ordines, cernimus. (*g*) Vbi eſſent contra potentiores principes pauciores, nulla fere publica auctoritate ad ſeruandam pacem opus erat. (*h*)

De Rudolphi quadam lege. IX. Solent in Rudolphi legibus paſſim quidam cenſere mandatum, vt *Germanicæ linguæ publicus* in imperii actis *vſus* foret. (*i*) At, quam commode id imperatum foret, legem nullam ſancitam eſſe contraria exempla docent; cum plurima diplo-

(g) ALBERTVS ARG. *pag.* 152. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCXCIII. *pag.* 61.

(h) Exemplo Miſniæ Marchionis Friderici, quod vide in *Hiſtoria Landgr. Thuring. cap.* LXXXIII. *pag.* 934.

(i) AVENTINVS *lib. VII. cap. IX. num. IV.*

plomata semper postea latinæ linguæ vsum seruauerint. Ad *consuetudines & vetustam iuris obseruantiam* iam tum sæpe prouocatum: (*k*) licet historiæ inscitia meliorumque doctrinarum defectus maximam publicorum iurium ignorantiam pepererint. Huic dato, quod contra electores ad Papam querelas Albertus detulit; (*l*) quod in odium filiorum posse imperiale feudum numerato reddi domino Adolphus iudicauit, (*m*) & quæ huius generis alia monstrauit historia.

Consuetudines & iuris uetus obseruantia.

X. ORDINES IMPERII *Electores*, *Principes*que, cum *Ecclesiastici*, tum *Seculares*, qui vocabantur vna cum *imperialibus ciuitatibus* fuerunt. (*n*) Harum in comitiis ius

Ordines imperii.

(k) Vid. in Epistola Electorum ad Papam de Electione Ludouici Bau. ap. LEIBNITIVM *Tom. I. num. XXXVI. pag.* 67.

(l) *Chron.* COLMAR. *P. II. pag.* 61.

(m) *Historia Landgraf. Thuringiæ. Cap.* LXXVIII. *pag.* 932.

(n) ALBERTVS ARG. *pag.* 116. 134.

ius suffragandi certius præsens o-
Ciuitates imperii. stendit ætas. (*o*) Quarundam ciuitatum multis priuilegiis partam & auctam potentiam ipsi imperatores inique tulerunt. Noluit Henricus *Dominos Argentinenses* ad conspectum admittere; sed *ciuium* nomen præ se ferentes nuncios clementer audiuit. (*p*) Impotentiores ciuitates abalienare ab imperio passim tunc moris. (*q*) Quo iure? dubium.

Electores. XI. Qui ELECTORES fuerint? dudum acceptum. Singularia pacta nonnunquam sanxere: quæ *VNIONIS ELECTORALIS*, quam adpellant, censenda sunt initia. (*r*) Omnia eorum præcipua iura, sola hucusque obseruantia con-

(o) ALBERTVS ARG. *pag.* 134.

(p) IDEM *pag.* 115.

(q) ALBERTVS ARG. *pag.* 122. *Historia Landgr. Thur. cap. LXXXIII. pag.* 934. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXX. *pag.* 259.

(r) SIFFRIDVS *Presbyter pag.* 701. ALBERTVS ARG. *pag.* 134.

consuetudinum constantia, (*s*) Carolum perpetua lege firmasse, mox accipietur. In PRINCIPIBVS habiti *Episcopi*, *Abbates*, *Duces*, *Landgraffii*, *Marggraffii*, *Principes* alii, & denique *Comites*. Præter quod Principes anteponerentur Comitibus, & Secularibus Clerici; nulla adhuc ordinis maior in comitiis visa ambitio. (*t*) *Principes.*

XII. IVRA PRINCIPVM, summa superiores ætates iam monstrarunt. Non summa tantum eorum fuit in comitiis auctoritas; sed etiam suprema in territoriis potestas & fere maiestas. Vt quidem minores principes, præsertim Clerici, multa adhuc Cæsarum priuilegiis *Iura principum.*

(*s*) Vid. Epistola Electorum sæpe citata ap. LEIBNITIVM *Tom. I. pag.* 67.

(*t*) Testimonio promiscua subscriptio Diplomatum. Vid. apud LEIBNITIVM *num. LXIV. LXV. pag.* 129. 132. Ipsi electores promiscue adhuc locati in Epistola Electorum ad Papam. *Ibid. num.* LXXVII *pag.* 149.

giis debuerint: (*v*) ſaltem maiores principes, præcipue electores, nullam propemodum ſupremæ poteſtatis partem non habuerunt. Bella libere geſſerunt; ſanxerunt leges in territoriis; edixerunt pacem; fœdera cum vicinis fecere; de ipſis territoriis multa pacti ſunt: in qua tamen poſtrema cauſa plerumque ſecuritatis ergo Cæſaris auctoritatem voluerunt interuenire. (*x*) Non vltra igitur officium principum adpellare iuuat; dum ſua quodammodo poteſtate gerere pleraque viderentur, nec imperio deberent niſi clientelam, & comem communium iurium

(v) NIC. SCHATENIVS *in Annal. Paderbornenſibus* profert Epiſcopi epiſtolam, vt liceat caſtellum exſtruere, petentis. Duci Geldriæ ius monetæ aureæ concedit *LVDOVICVS* in Diplom. apud LEIBNITIVM *Tom. I. num.* LXXVIII. *pag.* 152.

(x) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 111. 112. 115. *Hiſtoria Landgraf. Thuringiæ cap.* LXXXIII. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCLXX. *pag.* 258. Vid. Diplomata varia ap. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. I. num. I. pag.* 1. *n. XXI. pag.* 36. *n. XXII. pag.* 39. *n. CIII. pag.* 239.

iurium & communis boni obseruantiam. (y)

XIII. Ceterum, qui COMITES in maiorum principum erant territoriis, rari ab imperii cura non abstracti sunt. Si qui ius suffragandi in comitiis seruarunt, saltem ditiones in clientelam potentiorum principum dare variis rationibus sunt coacti. (z) Reliqui *Comites prouinciales*, æque ac nobiles, quos Landsassios vocant, ducum atque principum legibus paruerunt: vt ipsis tamen ius suffragandi in prouincialibus conuentibus plerumque adsignaretur. (a) *Allodia*, quæ nun-

Comitum prouincialium & nobilium Landsassiorum status.

(y) Vid. Diploma CAROLI IV. quo Luzelburgicus Comitatus Ducatus esse iubetur apud EVNDEM *Tom. I. num. XCIV. pag.* 207. Conf. ALBERTVS ARG. *pag.* 115.

(z) *Historia Landgr. Thur. cap. XCVI. pag.* 939. 940. *cap. CVIII. pag.* 942. AVENTINVS *lib. VII. cap. X. n. XV. cap. XI. num. XXI. XXII. XXIII.* JOHANNES LINTVRIVS *Append. ad Rolewinckium pag.* 107.

(a) *Historia Landgr. Thur. cap.* LXXXVII. *pag.* 934. AVENTINVS *lib. VII. cap. XVIII. num.* XXXIV. XXXV.

nuncupant, iam vsque a Philippi temporibus clientelæ dari, adeoque *feudorum* naturam induere cœpiſſe; iam ſupra monendum fuerat. (*b*)

Judicia imperii. XIV. JVDICIA imperii tria noua in Sueuia & Franconia condidiſſe Albertus fertur. (*c*) *Jus Romanum* modo ſenſim pedetentimque inuaſit in fora, cum iudices plerique in Italicis academiis operam ſtudiis dederint. *Feudales* vero *conſuetudines Germanicas* placuit in ſcripta redigere, ne prorſus peregrinis iuribus patria obrueretur. (*d*)

XV.

(b) Philippi Imperatoris exemplo conſtat de ea re. CONRADVS VRSPERG. *pag.* 237.

(c) Vid. GOLDASTVS *Conſtit. Imper. Tom. II. pag.* 27.

(d) Jus Romanum in Germaniæ foris modo inualuiſſe variis chartis atque diplomatis docet HERTIVS *in Diſſert. de Conſult. Legibus & Iudic. Special. Rom. Germ. Imperii. num. XIV.* A Seculo XIII. ſcriptæ feudales conſuetudines probante EODEM *ibid. num. XIII.* Nullus adhuc Longobardici iuris vſus.

XV. Quæ *COMMERCIIS* turbandis & impediendis in Rheno fluuio vectigalia partim noua instituta, partim aucta, fuerant consensione principum reformasse Albertum legimus. Frustra prouocatum ab electoribus ad antiquam possessionem, quæ male iniustis exactionibus videbatur patrocinari. (*e*) Nec magis tunc ad has defendendas Cæsaris cuiusdam consensus putatus sufficere; quam hodie, vt sine plena principum consensione vectigalia imponantur, vsquam in Germania permittitur.

Commerciorum cura.

(e) *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 61. Noua telonia concedenti Carolo restitere Argentoratenses impune; teste ALBERTO ARG. *pag.* 155. De Legibus vestiariis & sumtuariis Ludouici vid. AVENTINVS *lib. VII. cap. XIX. num. VIII.*

CAPVT VIII.

GERMANIÆ PRINCIPVM NOTITIA.

I.

Cura familiarum regnatricium.

DIsturbatis passim prouinciis plurimos principes comitesque surrexisse ex potentiorum quarundam domuum ruinis, alibi commemoratum. Transimus plerosque, nisi quando nouis dignitatibus auctas illustriores gentes deprehendimus. Nostram solertiorem curam manet summarum & regnatricium familiarum consideratio.

Boiobœmi Reges.
An. cIↃ CC-LXXVIII. cIↃ CCC-V. cIↃ CCC-VI.

II. *Boiobœmi* regnum post PRIMISLAVM OTTOCARVM, a Rudolpho aperto Marte cæsum, WENCESLAVS filius, & WENCESLAVS nepos, regnarunt. Hoc clam necato RVDOLPHVS, *Alberti* Austriaci filius, ex pactis regnum occupauit. Quo confestim ex-

exſtincto, (*f*) Cæſaris & Bohœmorum conſenſione *Eliſabetha*, Wenceslai filia, nupſit JOHANNI, *Henrici* Luzelburgici filio, ad regni faſtigium intuitu huius matrimonii producto. Graues ei lites cum *Henrico* Carinthio, qui regnum poſtulauit, fuerunt. Prudentiæ & fortitudinis ſpecimina dedit Sileſiæ principibus ad clientelam perductis; & Luſatia ex pactis cum Ludouico Cæſare vindicata. Paulo ante obitum Ludouici, cum quo poſt priorem amicitiam grauiſſimæ illi intercesſerant inimicitiæ, in Creſpiacenſi prælio cæſus, CAROLVM filium regni hæredem, eodem tempore oppoſitum Cæſari Ludouico Cæſarem, reliquit. (*g*) Memorant

An. cIↄ CCC. XI.

cIↄ CCC. XLVI.

H 2 Bo-

(f) ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Boh. cap.* XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. ALBERTVS ARG. *pag.* 102. 105. 111. 112.

(g) ALBERTVS ARG. *pag.* 115. 116. 124. 125. *pag.* 136. 137. Condidit Carolus Archiepiſcopatum Pragenſem *pag.* 135. ÆNEAS SYLVIVS *Boh. cap.* XXXI. XXXII. XXXIII.

Bohœmi, omni hac ætate ius eligendi reges sibi fuisse integerrimum.

Electores Palatini. III. *Palatinatus Rhenanus* Rudolphi Imperatoris æqualem & deinde generum LVDOVICVM, *Seuerum* cognomine, primum Electorem habuit. Supplicium *Mariæ* Brabantinæ, coniugi, ab eo seuere constitutum, (*b*) ius fuisse principibus docet, in familiæ delicta animaduertendi. An. cIↃ CC-XCIV. Senior filius RVDOLPHVS ob Adolphum Cæsarem, deinde in causa vectigalium, & demum ob impugnatum *Ludouicum* fratrem miris fatis exagitatus, & demum in exilium pulsus exsul obiit. (*i*) cIↃ CCC-XIX. Cum filiis *Adolpho*, *Rudolpho*, & *Ruperto*, Ticinensibus pactis Ludouicus contro-

(b) ALBERTVS ARG. *pag.* 100. ANDREAS *Presb. Chron. Bau. pag.* 30. AVENTINVS *lib. VII. cap. VII. num. VI.*

(i) ALBERTVS ARG. *pag.* 105. 112. 119. ANDREAS PRESB. *pag.* 34. AVENTINVS *lib. VII. cap. XII. num. XXVI. XXX. XXXIII. cap. XIII. num. VIII. IX. X. cap. XV. num. XI.*

trouerſiam de electionis iure tranſegit. Poſt ADOLPHVM, qui ſponte priuatam ſortem elegerat, frater RVDOLPHVS, & hoc mortuo, tertius RVPERTVS fuerunt electores. (*k*) Filius Adolphi RVPERTVS II. patruis demum exſtinctis, rerum potitus eſt. (*l*) Ex Boioariæ Inferioris ditionibus *Palatinatus*, qui modo *Superior* dicitur, Rudolpho II. electori obuenit. (*m*) An. cIↄ CCC-XC.

IV. *Boioariam* diuiſiſſe OTTONEM *Illuſtrem*, alibi acceptum. Superiorem Boioariam adiectam Rhenano Palatinatui *LVDOVICO*, Inferiorem *HENRICO*, dederat. Huius ſtirps cum *JOHANNE* Duce, Henrici abnepote, interiit. (*n*) Ludouicus iterum diuiſerat ditiones. *Boioariæ Duces.* cIↄ CC-LIII.

(k) ALBERTVS ARG. *pag.* 105. 109. 145. ANDREAS PR. *pag.* 34. 38. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XVII. *num.* XX.

(l) ANDREAS PRESB. *pag.* 37. 38.

(m) IDEM *pag.* 34. AVENTINVS *loc. cit.*

(n) ANDREAS PRESBYTER *pag.* 30. 31. 33. 34. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* VII *num.* III. *cap.* XIIX. *num.* XXXIV.

An. ↄIↃ CC-XCIV. *RVDOLPHO* Palatinatus, iuniori filio LVDOVICO Boioaria Superior, obtigerat. (*o*) Hic Ludouicus, postquam esset imperator factus, Ticini suæ genti ius electionis alternis vicibus administrandum pactus est: vt autem totum hoc pactum Carolus Imperator deinceps, frustra Bauaris contradicentibus, ↄIↃ CCC-XL. abrogauerit. (*p*) Johanne Duce exstincto Inferior Boioaria cum Superiori rursus iuncta est; Ludouico cum ius agnationis, tum testamentum Johannis, prætexente. (*q*) Ex pluribus filiis Ludouici solus STEPHANVS gentis suæ propagator exstitit. (*r*)

Electores Saxonici. ↄIↃ CCC-VIII. V. *Saxonici* Electores omni hac ætate duo fuerunt; ALBERTVS II. & RV-

(o) ANDREAS *Presb. pag.* 31. 32. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XII. *num.* I.

(p) ANDREAS *Presb. pag.* 34.

(q) AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIIX. *num.* XXXIV. XXXV. ANDREAS PRESB. *pag.* 34.

(r) AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XX. *num.* I. XIIX. XIX. XX.

& RVDOLPHVS I. alter gener Rudolphi Cæſaris, hic eius ex filia nepos. Beneficio huius Rudolphi Palatinatus Saxonicus, Alberto, & Comitatus Bremenſis cum Magdeburgico Burggraffiatu Rudolpho, obuenit. (*s*) De iure electionis perpetua lis vtrique fuit cum agnatis Lauenburgicis: quorum parens *JOHANNES* dubium, an natu maior, nec ne? Alberti I. filius, Albertique II. frater fuit: (*t*) Reſpectum vero publice videtur ad territorium, cui nunc Saxonici Electoratus nomen eſt, & quod noſtri poſſederunt. Fruſtra enim ceteris repugnantibus, noſtri iure electionis perpetuo gauiſi ſunt. (*v*)

(s) ALBINVS *Chron. Miſn. Tit.* XV. XVI. Rem narrat, ſed perſonam & tempus errat THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 255.

(t) Vid. Epiſtola Electorum de Elect. Henr. VII. apud *Ill.* LEIBNITIVM *Mant. T.* II. *Cod. Dipl. num.* XLIX. *pag.* 252. Lites in electione Ludouici vid. ſupra *Cap.* VI. *num.* III. Conf. ALBERTVS ARG. *pag.* 145. 150.

(v) Excluſi omnes agnati Electorum & ſingularis electionis confirmata iura vi

Misniæ Marchiones.

An. cIↄ CC-LXXXVII.

VI. In *Misnia & Thuringia* cui proximo seculo Electoratus Saxonici possessio data est, HENRICVS *Illustris* dictus, ditiones suas filiis ALBERTO & *THEODORICO* diuiserat. (*x*) *Albertus*, cognomine *Degener*, ex *Margaretha*, Friderici II. Imperatoris filia, FRIDERICVM, *Admorsum* cognominatum, & *DICEMANNVM* genuit. Mox immemor omnis pietatis & humanitatis, scelesto pellicis amore instigatus, cum optimæ coniugis vitæ insidias struxit, tum filios spoliare Thuringiæ possessione molitus est. (*y*) Hi

cIↄ CC-XC.

modo hæreditate patrui Theodorici auctiores, grauia bella cum patre, & impiæ eius causæ patronis, varia fortuna administrarunt. Captus demum Albertus pater; mox cæsus Dicemannus filius. Solus Fri-

cIↄ CCC-VI.

cIↄ CCC-VII.

Legis A. B. Tit. VII. num. II. Iam vero ante legem bene Rudolfus Saxo contra agnatos statuit, teste ALBERTO ARG. *pag.* 145.

(x) *Historia Landgr. Thur. cap. LXIII.*

(y) *Ibidem cap. LXIV. LXV. LXXI. LXXIII.*

Fridericus, fortiter prope Luccam rebus geſtis, pacatas poſt Alberti Imperatoris obitum regiones habuit, easque trium imperialium ciuitatum acceſſione bono imperatoris conſenſu auxit. (z) Filius FRIDERICVS, *Seuerus* nuncupatus, iniurias a Vinarienſi Comite illatas præclare vltus eſt, & hunc coegit, vt Orlamunda cederet, & reliquæ hæreditatis ſpem faceret. (*a*) Poſt Ludouici imperatoris mortem noſtro Friderico, illius genero, deſtinatum & oblatum imperium; ſed cauſa morbi perdifficilis ab eo declinatum & Carolo relictum. (*b*)

An. cIↄ CCC-XXV.

cIↄ CCC-XLVII.

VII. *Brandenburgici* Electores fuerunt primo hoc tempore JOHANNES II. OTTO IV. & vtroque fratrum nulla maſcula relicta prole fatis functo, tertius frater CONRADVS. Singuli bellica laude

Brandenburgici Electores.

cIↄ CC-XCVIII.

(z) *Ibid. cap. LXXII. LXXIV. LXXVIII. LXXXI. LXXXII. LXXXIII.* THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 265.

(a) *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. XC. XCI. XCVI.*

(b) ALBERTVS ARG. *pag.* 145. 146.

de insignes, nec infelices regionum suarum propagatores fuerunt.

An. cIↄ CCC-IIII.
Conradi filium JOHANNEM III. vix interiecto anno defunctum, excepit WALDEMARVS frater, cui

cIↄ CCC-V.
cognomen *Illustris* ex illustribus factis hæsit.

cIↄ CCC-XIX.
Item, eo sine hæredibus exstincto, tertii fratris Henrici filii WALDEMARVS II. & JO-

cIↄ CCC-XXII.
HANNES IV. perpaucos annos Brandenburgicas ditiones regnarunt, & tristi fato alter tres hebdomades post alterum, vterque nullis liberis relictis; obierunt. (*c*) Sic exstincta in hac ditione gente Ascania, agnati reliqui, Elector *Rudolphus*, Lauenburgici, & qui præcipuo titulo Ascanii Principes audiunt; Electoratum petiere a Ludouico Imperatore. Multa vero causatus Ludouicus, simulque frustratus *Johannem* Regem, LVDOVICVM, filium maiorem natu, Electorem Bran-

(c) ALBERTVS KRANTZIVS *Vandal. lib. VII. cap. XXXIX. XLVII. XLIX. lib. VIII. cap. III.*

Brandenburgicum renunciauit. (*d*) Ludouico maximum negotium facessiit nebulo quidam, qui *Waldemarum I.* dudum mortuum simulabat, & ab Ascaniis principibus ipsoque Carolo Imperatore iuuabatur. Sed hisce difficultatibus superatis, (*e*) sponte Ludouicus Electoratu cessit LVDOVICO fratri, *Romano* adpellato; & post decimum annum in Tirolensi Comitatu obiit. (*f*) An. cIↄ CCC-XLVIII.

Burggrafii Norimbergenses.

VIII. Cum Ascaniæ gentis Brandenburgicarum regionum regnatricis interitu, alia domus, vetustissima quidem, non adeo tamen vsque huc potens, rerum indies majorum cœpit potiri, & demum post seculum Brandenburgicum Electoratum obtinuit. Fuit FRIDERICVS,

(d) ALBERTVS ARG. *pag.* 121. NICOL. BVRGVNDVS *lib. II. pag.* 59.

(e) H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCC-XLVIII. ALBERTVS ARG. *pag.* 146. 147. *Historia Landgr. Thur. Cap.* CII. THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 270.

(f) H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCL. ALBERTVS ARG. *pag.* 156.

CVS, ab Hohenzollerana illustri gente oriundus, qui, cum ipsius maiores sæpe diuque Noribergensem Burggraffiatum administrassent. Aquisgrani summa principis dignitate ornatus est, & perpetuo iure Burggraffiatum regendum accepit. A cognato Rudolpho Cæsare, cuius electionem præcipue conciliasse, & quem in Bohœmico bello plurimum iuuisse, ille Fridericus fertur, plurimas inde dignitates & fortunæ accessiones tulit; ipseque cum filiis suas in Franconia possessiones multis modis auxit. (*g*) FRIDERICVS filius magnam ab *Alberto*, deinde ab *Henrico*, & maximam a *Ludouico*, Imperatoribus, gratiam iniit. In prælio Muhldorffensi '*Fridericum* Austriacum ceperunt' illius copiæ. Dimissi ab eo reliqui Austriaci equites

An. cIↄ CCC-LXXIII.

cIↄ CC-XCVIII.

(g) ALBERTVS ARG. *pag.* 100. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 258. Vid. litteræ inuestituræ apud WAGENSEILIVM *Comment. de Republ. Norib. lib. II. cap. I.* GERHARDVS A ROO *lib. I. pag.* 20. 23.

tes clientelam iurare iuſſi ſunt: (*h*) Filii JOHANNES & ALBERTVS in maxima in imperio dignatione habiti. Alter a Ludouico Cæſare omine præclaro Marchiæ Brandenburgicæ aliquando præfectus eſt. Albertum multi imperatorem deſtinauerant, cum contra Carolum quæreretur aduerſarius. (*i*) An. cIↄ CCC-XXXII. cIↄ CCC-XLVI.

IX. *Brunſuicenſis* sereniſſima Domus primum bipartito diuiſa eſt; ALBERTO & JOHANNE fratribus ſingulares gentes condentibus. Huius maſcula proles cum nepote *Wilhelmo* defecit. Alberti poſteritas beatior regiones quandoque coniunxit, verum etiam continuo plurifariam disiunxit. Sæpe cogitata remedia ad integras ſeruandas ditiones nullum optabilem exitum habuerunt. Ceterum multis bellis ex diuiſionibus ditionum nata occaſio; & non parum diminutum de po- *Brunſuicenſes duces.* cIↄ CC-LII.

(h) ALBERTVS ARG. *pag.* 122. AVENTINVS *lib. VII. cap. XV. num. XXXIII. XXXVIII. XLVII.*

(i) ALBERTVS ARG. *pag.* 141. 145. Reliqua fide recentiorum.

potentia domus, quæ alioquin multis acceſſionibus indies auctior eſſe cœperat. (*k*)

Auſtriaci Duces. X. *Auſtria* vna hac ætate tres imperatores, RVDOLPHVM nouæ ſatorem gentis, ALBERTVM filium, FRIDERICVM nepotem, dedit. *RVDOLPHVS*, Alberti frater, Dux Sueuiæ erat dictus; vt vero non integra ei Sueuia, verum exigua eius pars, concederetur: reliquis comitibus & ciuitatibus liberis eſſe ſolique imperio parere iuſſis. Rudolphi filio *JOHANNE* ob parricidium patratum proſcripto, Sueuiæ Ducis titulus Henrici Cæſaris beneficio *LEOPOLDO* obuenit, Friderici Cæſaris fratri. (*l*) Nec hic nec alter frater, ſuam propagarunt gentem: ſed ſolus ALBERTVS,

An. cIↃ CC-LXXXII.

cIↃ CCC-XIII.

Con-

(k) THEOD. ENGELHVSIVS *Chron.* *pag.* 245. 257. 258. 272.

(l) ALBERTVS ARGENT. *pag.* 105. 111. 114. 115. De Rudolpho Duce vid. IDEM *pag.* 102. Dictus ille Dux Alſatiæ. Annales COLMARIENSES *ad ann.* cIↃCCXC. Leopoldi titulum memorat ALBERTVS ARG. *pag.* 123.

Contractus nuncupatus, omnibus fratribus superstes & fortunatus serissimæ gentis parens exstitit. (*m*)

XI. Ex reliquis illustribus Germaniæ familiis Geldriæ Comites Duces dicti sunt a Ludouico Cæsare. Primus Dux RAINOLDVS fuit: idem iure inducendi Cæsarem regio vestitu, & diadema capiti imponendi, tunc donatus. (*n*) Eiusdem Cæsaris fauore Cliuensi Comiti Rhenanæ terræ & Westphaliæ Vicariatus demandatus est. Hennebergico Comiti Henricus Imperator principis dignitatem attribuit. (*o*) A Schlusselbergico Comite Wurtenbergicus Comes VLRICVS Grœningensem ditionem emit,

Varia decora illustrium Germaniæ familiarum.

An. cIↃ CCCXXXIX.

cIↃ CCCX.

cIↃ CCCXXXVI.

(m) ALBERTVS ARG. *pag.* 105. *m.*

(n) Diploma habet LEIBNITIVS *Tom. I. Cod. Dipl. num. LXXVIII. pag.* 151. Comitem Iuliacensem simul creatum esse Marchionem, TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXXXIX. Ducem, *Paralipomena ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 271. *memorant.*

(o) Diploma habet MEIBOMIVS *Tom. III. pag.* 208, 209.

emit, & cum ea ius imperiale vexillum gerendi a Cæſare impetrauit. (*p*)

CAPVT IX.

STATVS SACRARVM RERVM.

I.

Chriſtiana Germania ſub iugum Paparum miſſa.

Tota modo, quam erat longa lataque, Germania, doctrina Chriſti eadem imbuta erat. Verum iam tum doluere cordati veritatis teſtes, grauiſſimum ſeruitutis iugum Germanis ab iis maxime impoſitum eſſe, quos docuerat Chriſtianæ libertatis viam præcipue commendaſſe. (*q*) Abhorruerant ab illa ſeruitute perquam diu Slauicæ in Germania gentes; veraque

(p) De vexillo conflictus Schluſſelburgico vid. ALBERTVS ARG. *pag.* 121.

(q) ALBERTVS ARG. *pag.* 143. 156. Diploma *LVDOVICI* apud AVENTINVM *lib. VII. cap. XVI. n. XIII. ſequ.*

quæ hæc cauſa fuerat, vt prorſus dedignarentur veriorem DEI cultum. Vi demum armisque, vt intrarent in Chriſti ouile, coactis reliquum nil fuit, quam vt paſtorum ſæuitiam patienti animo aliquamdiu cum Germanis ipſis tolerarent.

Tyrannis Papalis Clericos, ſed maxime Laicos, opprimere conatur.

II. Scilicet Romanus Pontifex Maximus dudum *ſacrorum directionem* ſupremam mille dolis modisque de manibus extorſerat noſtris imperatoribus. *Curam ſacrorum*, quæ eſſe debuit, continuo vertit in *imperium.* Ita nec ipſa ampliſſima ſacerdotiorum in Germania collegia ab eius tyrannide fuerunt immunia. Multo vero magis vim omnem intentauit Laicis, quos adpellarunt; omnique ſtudio elaborauit, vt a ſua voluntate decreta Eccleſiæ, & ab his omnes penderent in vniuerſum. (*r*) Mirum,

I quam

(r) ALBERTVS ARG. *pag.* 111. 135. 142. THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 240. 259. 261. 267. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 261. 262. 270.

quam attonita patientia nefarios illos ausus Germania passim sustinuerit.

Papale ius publicum veram prudentiam iurium publicorum obruit & obscurat.

III. Dignum est observatu, cum plerarumque optimarum doctrinarum oppressione, exspirasse praecipue sub illo sacrae seruitutis iugo publicorum iurium veram prudentiam, & *PAPALE JVS PVBLICVM* effloruisse. Jus istud paucis docet illud Papae effatum, quod in huius aetatis effigie Papae & Caesaris, quorum hic locatus cernitur sub altero, ita scriptum est, vt Papa loqui, Caesar probare videatur oraculum.

REX EGO SVM REGVM, LEX EST
MEA MAXIMA LEGVM.
TE FACIO REGEM, TV RECTAM
DILIGE LEGEM. (*s*)

Superstitiosi maiores nostri diu hoc publici iuris simulachro decepti & quodammodo fascinati sunt. Communu-

(s) Habetur haec effigies in Codice MS. Gratiani ex Sec. XIII. in prima littera H. Decreti, in Bibliotheca Regia Berolinensi.

munis iudex visus Papa; modo a Cæsare imploratus, vt coerceret principes, modo ab his contra Imperatorem sollicitatus, & generatim ab impotentioribus quibusuis adpellatus, vt potentiam inimicam frangeret. Commode vsi occasionibus Papæ supremæ potestatis facile potiti sunt. (*t*)

IV. Dum vero nimium læditur Germanorum patientia, iam hac exeunte ætate verti cœpit in virtutem. Post Gallorum Regem *Philippum*, qui præclare superbiam *Bonifacii* Papæ castigauerat; (*v*) non minus egregie *Ludouicus* Cæsar suas & communes iniurias vltus visus. Ventum ad saniorem publicorum iurium cognitionem, & nequicquam furente Papa contra eius decreta a multis

Impugnari cœptum Papale ius publicum.

I 2 cor-

(t) *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 57. 61. 62. AVENTINVS *Ann. Boi. lib. VII. cap. XIIX. num. XIII. Prouerbium Romanensium* fuisse ait, *sibi maxime vtile esse, Germanos esse quam stolidissimos.*

(v) THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 262. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCI. *pag.* 84.

cordatis viris fortiter & ingenue dictum. (x) Sed dum crassa publicorum iurium Papæ fraudibus inducta ignorantia dispelli aliquantum incipit; multum quidem in publicis caussis imminuitur de auctoritate Summi Pontificis: in sacris rebus autem tantum abfuit, vt poni potuerit durum ceruicibus impositum iugum, vt per inolitam diu superstitionem nequidem in reliquis plene exui ponique potuerit. (y)

Onerata Germania portentis doctrinarum.

V. *Doctrinarum portenta* non nostram hic curam manent. Inclamarunt ea hac etiam ætate non pauci veritatis amantes viri. In *Synodis*, quæ passim habitæ sunt, non actum de emendandis peruersis doctrinis; sed de iis confirmandis, & de coercendis omnibus, qui vel hiscere contra eas ausi fuerint, consultatum.

(x) ALBERTVS ARG. *pag.* 134. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 271. Decreta *LVDOVICI* varia apud AVENTINVM *lib. VII. cap. XVI. XVII. XVIII.*

(y) THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 259.

tatum. (z) *Vita Cleri* perditiſſima præeuntia habuit Paparum exempla. Tamen nihilominus putatum, quam Cæſarem parum obedientem diris deuouere liceret Papæ; tam fas æquumque eſſe, vt ſacris interdictis Epiſcopi principes, minoresque ſacerdotes reliquos Laicos, terrere poſſent, atque in officio continere. (*a*)

Ipſe Germaniæ Clerus a Papa oppreſſus.

VI. Ne Clerum quidem Germanicum a *tyrannide Pontificia* fuiſſe immunem, quod paulo ante monuimus, ſatis docet noſtræ ætatis hiſtoria. Interdictum eſt Clericis litterarum ſtudiis, niſi qui ſpeciatim veniam impetrauerint. Si qui Epiſcopi auſi contra Papam ſentire, eos exauctorauit, & de dignitate deiicere continuo conatus eſt. (*b*)

(z) GOBELINVS PERSONA *Cosmodrom. Æt. VI. Cap. LXVII.*

(a) *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 255. 256. 272. 276.

(b) ALBERTVS ARG. *pag.* 135.

Templariorum Ordinis crudelem exstirpationem a Clemente Papa mandatam, nisi summæ prorsus iniustitiæ, saltem sæuitiæ magnæ, recte scriptores insimularunt. (*c*) Romana etiam auaritia tanta erat, vt, quam diuites essent Germaniæ sacerdotes, tam tamen parum explendæ Paparum auiditati sufficerent. (*d*)

Iura cleri Germaniæ.

VII. Ceterum ex recensione iurium huius ætatis publicorum constitit, Episcopos Abbatesque Germaniæ semper in Ordinibus imperii nostri fuisse. Potentiores *Territorialis Superioritatis* iura pleraque simul cum principibus reliquis occupauerant. Verum minus potentes multa iura ex Cæsarum priuile-

(c) Vid. late TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCVII. GVILH. DE NANGIACO *ad h. a.* & cIↃCCCVIII. THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 267. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 263.

(d) ALBERTVS ARG. *pag.* 133. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 276. 277.

uilegiis impetrarunt, quæ alii Territorialis Superioritatis eſſe partes non incommode cenſuerunt. (e) Ex ampliſſimo *SACRORVM JVRE*, quod quondam Imperatorum fuerat proprium, reliquum fuiſſe hac ætate vix quicquam cernitur, niſi quod *precibus primariis* clientibus proſpicere integrum eſſet imperatoribus. (f) Henricus & Ludouicus Imperatores bene conati vetera iura vindicare: alter Papam exauctorauit, alter ſeuere increpauit, & de Epiſcoporum officio præclaras leges ſanxit: optima autem conſilia infelicem exitum habuiſſe vidimus. (g)

Reliquiæ iuris Imperatorii circa ſacra.

VIII. *LITTERARVM STVDIA* in magno odio apud Papas fuiſſe, illud docet interdictum Papæ, cuius modo mentio facta eſt. Multi tamen ni-

Studia litterarum.

(e) *Chron.* COLMARIENSE *P. II. pag.* 38. 39. 61. *&* 113.

(f) Vid. formula harum precum Rudolphi Cæſ. in *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 259.

(g) Vid. ſupra *Cap. VI. & V. paſſim*, & ibi allegati auctores.

nihilominus operam dedere quibusdam ſtudiis: & mirum ex iis tantum nonnullos profeciſſe, vt ſtrenue ſe contra ſuperſtitionis communis curſum opponere potuerint. (*b*) Poſtquam vero ſemel impugnari cœpit Papæ auctoritas, magis efflореſcere in ipſa Germania ſtudiorum amor. Rupertus Palatinus & Carolus Bohœmiæ Rex eodem fere tempore *Heidelbergenſem* & *Pragenſem* academiam condiderunt: (*i*) Hæc vero ante illam inaugurata eſt.

LIBER

(b) AVENTINVS *lib. VII. cap. XIIX. n. XX. cap. XIX. num. XI. XVII. XVIII. XIX. cap. XVI. num. IX. X. XXV.*

(i) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCXXX. *pag.* 172. *ad ann.* cIↄCCCLX. *pag.* 242. *ad ann.* cIↄCCCGX, *pag.* 331.

LIBER II.

RES GERMANIAE SUB BOHOEMICIS IMPERATORIBUS ET RUPERTO PALATINO.

CAPUT I.

FINES ET REGIONES GERMANIAE.

I.

NIhil mutatum in Germaniæ nostræ *finibus*, quoquo illi loco præcedente ætate visi. Galliam quidem auctam nonnulli putant Caroli Imperatoris donatione; adeoque perdito Arelatensi regno adprime ex hoc latere coangusta- *Fines Germaniæ nihil mutati.*

tam esse Germaniam. (*a*) Verum contra fictam illam donationem clarissime mox ostendetur, perpetuo iure Burgundicas ditiones etiam nunc fuisse nostras, priscosque adhuc semper versus Gallias seruatos limites.

Burgundiæ rationes. II. In ipsis prouinciis & regionibus parum, in nominibus Germaniæ generalibus prorsus nihil, quod ad mutationem spectet, obseruare licebit. Ex BVRGVNDICO regno *PROVINCIAE* Comitatus Andegauensibus Comitibus, qui Apuliam regio nomine possederunt, dudum obuenerat. *DELPHINATVS* ab Humberto Comite Philippo Galliæ regi nunc traditus. (*b*) Nondum autem

(a) THEODORICVS DE NIEM *de Schismate Lib. II. cap.* XXV. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXI. *n.* XIIX. THEODORICVS ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 271.

(b) Vid. *hoc Tomo Lib. I. cap. I. n. VI. litt. b.* Conf. Tabulæ translationis Delphinatus apud *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. I. n.* LXXXIV. *pag.* 158. ALBERTVS ARG. *pag.* 153. Auenionem ven-

autem vllo adhuc modo poſuiſſe has ditiones priſcam clientelam, nec amiſſum derelictumue ius noſtrum eſſe, plures actus tractatusque docent, quibus noui poſſeſſores imperio ſatisfecerunt. (*c*) *MINOR BVRGVNDIA*, ob matrimonium Johannæ cum Eudone, Burgundiæ Duce, cum Ducatu hoc tempore coniuncta eſt. *HELVETIA*, primo trium pagorum fœdere mox quinque nouorum pagorum acceſſione aucto,

didit Papæ Johanna Regina cum Imperatoris conſenſu. ALBERTVS ARG. *pag.* 147. Tabulæ confirmationis Imperatoriæ habentur apud BZOVIVM *Ann. Eccl. ad ann.* cIↃCCC.XLVIII.

(c) ALBERTVS ARG. *pag.* 153. CHRISTINA PISANA *in Vita Caroli V. MS. apud* CHIFFLETIVM *Vind. Hiſp. Cap. XIII. pag.* 122. *Geſta Balduini lib. III. cap. IX.* Tabulæ *RVPERTINÆ*, quibus Vicariatus Arelatenſis regni Ludouico conceditur *ap.* LEIBNITIVM *Cod. Diplom. T. I. n.* CXIII. *pag.* 263.

aucto, (*d*) ſenſim ſe pedetentimque ab hoc tempore ab imperii cura ſubtraxit, donec ſerius multis incrementis facta potentior aperte renunciare auderet Germaniæ.

Lotharingia.

III. LOTHARINGIA frequentes lites de finibus regionis cum Treuirenſibus & Metenſibus Epiſcopis conteſtata eſt. Sæpe armis diſceptatæ cauſæ. Licet vero publice conſtans in Germanica clientela eſſet Lotharingia; non raro tamen priuatim cum propinqua Gallia feciſſe legitur. (*e*) Inferiores ad Rhenum, Moſam, Scaldimque, quas ſimul quondam *Lotharingiæ* nomen eſt complexum, prouincias fere omnes variis matrimoniis

Belgica prouinciæ.

(d) Burgundiæ Comitatus a Gallis pro Imperii Feudo declaratus in Diplomate *ap.* LEIBNITIVM *T. I. n.* XXXIII. *pag.* 60. 61. Nouæ amplioris Heluetici foederis Tabulæ ſunt *ap.* EVNDEM *T. I. n. LXXI. pag.* 141. *num.* LXXXIX. *pag.* 189. *n.* XCII. *pag.* 195. *n.* CVIII. *pag.* 255. Vt ſe geſſerint modo Heluetii erga imperium, declarat ALBERTVS ARG. *pag.* 162.

(e) ALBERTVS ARG. *pag.* 158. 161.

niis hac ætate iunctas copulatasque reperimus. Burgundiæ Ducibus ea fortuna obtigit, vt ſimul demum laudatiſſimarum regionum potirentur. Juncta primum *FLANDRIA*, *ARTESIA*, *BRABANTIA*, *LIMBVRGVM*, *ANTWERPIA*, *MECHLINENSIS* ditio. His deinde acceſſere *HOLLANDIA*, *ZEELANDIA*, *HANNONIA*, atque *FRISIA*. Emtionis iure porro additi *LVXENBVRGICVS* Ducatus & *NAMVRCENSIS* Comitatus. Proxima ætate adiecta *GELDRIA* & *ZVTPHANIA*. Ita quas prouincias ſolum modo nomen vnum olim, & ægre quidem, comprehenderat; mira fortuna ſine vllo bello gens vna nunc ſua dominatione complexa eſt. (*f*)

IV. FRANCONIA atque SVEVIA, vt dudum disiectæ erant prouinciæ, territoria varia modo aucta, modo diuiſa, modo iuncta, viderunt. *WVRTENBERGICVS* Comitatus *Teccenſem* ditionem occupauit. In

Franconia & Suevia.

(f) *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 331. 332. 360. *vsque* 365. 367. 372. 375.

In Franconia *BVRGGRAFFIORVM NORIBERGENSIVM* bona adeo nunc aucta, vt potentis Principatus formam facile induerent. (*g*)

Pleræque ditiones plurifariam diuisa heredibus.

V. Quam de reliquo perniciosum diuidendi territoria studium multis bonis principibus semper imposuit; tam præcipue nunc plerasque regiones reliquas, filiis nepotibusque a parentibus principibus, magno potentiæ dispendio, distributas & in partes diuisas deprehendimus.

Palatinatus Rhenanus.

PALATINATVM RHENANVM Rupertus Imperator quadrifariam filiis distribuit. (*h*)

Boioaria.

BOIOARIA a filiis Stephani trifariam distin-

(g) Occasio auctarum vtrarumque ditionum. ALBERTVS ARG. *pag.* 141. 145. Consolidatur Wurtenbergicus Ducatus. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCLXXXII. *pag.* 512.

(h) Tabulæ diuisionis Palatinæ sunt apud SCHILTERVM *Instit. I. P. Tom. II. pag.* 312. & TOLNERVM *Cod. Diplom. num.* CCV. De Sponheimensis Comitatus diuisione *vid.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXI. & cIↃCCCCXXXVII. *pag.* 332, 396.

distincta. (i) Vtraque prouincia, licet vna alteraque parte interitu familiarum proximis agnatis reddita, diu dissipata perstitit.

VI. AVSTRIA primum bifariam, deinde trifariam diuisa est. (k) In SAXONIA *BRVNSVICENSES* ditiones plus simplici vice sunt disiunctæ. *ASCANII* principes diuisorum territoriorum damna fere primi senserunt: cum, exstinctis Electoribus huius gentis Brandenburgicis & Saxonicis, nulla reliquorum territoriorum principibus agnatis in auulsas quondam regiones concederetur successio. Sola nunc *MISNIA* atque *THVRINGIA* post breuis moræ partitionem aliquandiu coniuncta fuit. (l)

Austria.

Brunsuicensis ditio.

Ascania terra.

Misnia & Thuringia coniuncta manserunt.

VII.

(i) ANDREAS *Presb. Ratisbonensis Chr. Bauar. pag.* 47. TRITHEMIVS *Chr. Hirsaug. ad ann.* cIↄCCCXCII. *pag.* 295.

(k) GERHARDVS A ROO *Hist. Austr. lib. III. pag.* 105.

(l) ALBERTVS KRANTZIVS *Saxon. lib. X. cap.* XXVIII. P. LANGIVS *Chron. Citic. ad ann.* cIↄCCCLIV. *pag.* 839. *Historia Landgr. Thur. cap.* CXXII.

A Brandenburgico electoratu auulsa Franconica ditiones.

VII. BRANDENBVRGICVS Electoratus mansit integer: Sed *Franconicæ* ditiones a primo nouæ gentis Electore iunioribus filiis concessæ, adeoque ab electoratu auulsæ sunt. (*m*) *MEGAPOLITANAS* regiones & *POMERANIAM* plerumque diuisas habuerunt principes: vnde maior vicinis Brandenburgicis Electoribus erat opportunitas, non fines modo ex hoc latere propagandi, verum etiam clientelam impotentibus principibus quandoque imperandi. (*n*)

Pomerania & Megapolit. regiones diuisæ.

Boiobœmum.

VIII. A BOHOEMICO regno *MORAVIA* aliquandiu seiuncta, & principi diuerso tradita est. *LVSATIA* vero nuper Boiohœmo iuncta; & illustris *SILESIA* clientela nuper ad Boiohœmos traducta, per-

(m) TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad ann.* cIↃCCCCXVII. *pag.* 356.

(n) ALBERTVS KRANTZIVS *Vandal. lib. VIII. cap. XXIII. XXVI. lib. IX. cap. XXV. lib. X. cap. VII. X. XXX. lib. XI. cap. IV. V. VIII. XXXIX.. lib. XII. cap. XXXII. lib. XIII. cap. II. VI.*

perpetuo fœdere permanſerunt connexæ. Ipſum regnum Boiohœmicum, quantum potuit, Carolus nouis finibus vsquequaque auxit & locupletauit. (*o*)

IX. Tranſimus ſilentio ampliſſimas *Epiſcoporum* Germaniæ ditiones, quarum rationes prorſus a territoriis principum diuerſæ, adeoque diuiſionibus haud facile obnoxiæ fuerunt. (*p*) Quibus autem incrementis paſſim eæ ditatæ fuerint; curioſiori Germanicarum rerum peruestigationi enumerandum a nobis porro relinquitur.

Epiſcoporum Germaniæ ditiones.

(o) ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Boh. cap.* XXXII. XXXIII. Vid. CAROLI IV. conſtitutio de incorporatione ducatuum Sileſiæ & Luſatiæ cum Bohœmia *apud* GOLDASTVM *Tom.* I. *pag.* 345.

(p) Indiuiduæ eccleſiaſticorum bonorum naturæ inprimis in interregno Papa proſpexit. H. STERO *ad ann.* cIↄ-CCLXXVII.

CAPVT II.

RES CAROLI BOHOEMI ET GVNTHERI SCHWARTZBVRGICI IMPERATORVM.

I.

Caroli natales & ingenium: CAROLVS, cui primum *WENCESLAI* nomen fuerat, *JOHANNIS* Regis fuit filius, *HENRICI* Imperatoris nepos; princeps in Gallia educatus, & ad virtutes omnes inſtitutus & egregie imbutus. (*q*) Prudentia eius inſignis, clementiaque, iuſtitia, & præcipue eruditio incomparabilis, memoratur. Minus autem fortem, ſæpe ſubdolum, nec parum fuiſſe auarum; adhæc plus

(q) ALBERTVS ARG. *pag.* 125. 141. CAROLVS *in Vita pag.* 88. ÆNEAS SYLVIVS *H. B. cap* XXXIII. Ipſum Carolum cum imperio mutaſſe nomen perhibet ALB. KRANTZIVS *Metrop. lib.* IX. *cap.* XXIX.

plus Bohœmici regni, quam nostri imperii siue amantem, siue studiosum, ferunt: vnde Boiohœmum quidem eo imperante præcipue floruit, non partim autem eius negligentia & calamitatum & damnorum Germania passa est. (*r*)

II. Morauiæ Marchio a patre creatus laudabiliter multa peregit; sed iam tum ostendit, se magis patrium curare regnum, quam Germaniæ aut salutem aut maiestatem. Tur- *Studium Papæ improbum;*

K 2 pius

(r) CAROLVS *in sua Vita pag.* 89. 94. IOHANNES *Archiep. Pragensis in Orat. funebri ap. Freberum in Bohoem. pag.* 110. BENEVENVTVS DE RAMBALDIS *in Libro Augustali.* AVENTINVS *lib. VII. cap.* XXI. *n.* XVII. Cum laudibus eius non dissimulant vituperia ÆNEAS SYLVIVS *l. c.* AVENTINVS *l. c. n.* XVIII. XIX. PAVLVS LANGIVS *Chr. Citic. ad ann.* cIↄCCCXLVII. *pag.* 838. Acerbe autem eum reprehendunt THEODORICVS DE NIEM *Nem. Vnion. Tract. VI. pag.* 488. CVSPINIANVS *pag.* 388. SPIGELIVS *in Notis ad Guntheri Ligur. lib. V. pag.* 347. ALB. KRANTZIVS *Sax. lib.* X. *cap.* III. IV.

pius autem se postremum dedit, cum contra sacras imperii leges aperte studeret Papæ; nec eius nefarios ausus modo probaret, verum etiam diligentissimum furorum eius ministrum aut patronum ageret. (*s*) Papæ suasu a corruptis quibusdam Electoribus Rensæ electus imperator, parum adfectatum imperium potuit defendere, donec Ludouicus viueret. Spiræ proscriptus, cum irrisione multorum vndique pulsus atque fugatus est. (*t*)

Electio iniqua. An. cIↄ CCC-XLVI.

III. Fatis suis functo Ludouico Cæsare, quasi iam de imperio securus cœpit Germaniam circumire Carolus, & clientelam multarum ciuitatum & aliquot principum varia

cIↄ CCC-XLVII. *Contraria Caroli & Electorum quorundam studia.*

(s) CAROLVS *in Vita sua pag.* 94. ALBERTVS ARG. *pag.* 135. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XIX. *num.* XI. XV.

(t) Testes electionis laudati supra *Lib. I. cap.* VI. *fin.* Parum prospera priora eius acta. ALBERTVS ARG. *pag.* 139. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 272. *Chronicon* MAGDEBVRGICVM *pag.* 341.

ria & quandoque coacta liberalitate ad se traducere. Verum passim sperni contemnique eius maiestas, & ipsi infimæ plebi cum nouus Imperator, tum præsertim Papæ interdictum, haberi ludibrio. (*v*) Interea *Henricus* Moguntinus *Ruperto* Palatino, *Ludouico* Brandenburgico, & *Erico* Saxone, qui ius electionis sibi postulauit, in consilium vocatis, imperium decreuere vacans nouo imperatori committendum esse; cum Caroli electio improba, & repugnantibus patriæ legibus prorsus nulla sit. (*x*)

An. cIↃ CCC-XLVIII.

(v) ALBERTVS ARG. *pag.* 141. *sequ.* H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXLVII. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 273. 274. AVENTINVS *Ann. Boi. lib.* VII. *cap.* XX. *num.* VI. VII. VIII. MVTIVS *lib. XXV. pag.* 245.

(x) ALBERTVS ARG. *pag.* 144. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXLVII. *pag.* 203. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 273. MVTIVS *Chron. lib.* XXV. *pag.* 246.

Noua electio pluries tentata;

IV. Carolus rerum nouarum acceptis nuntiis, ad ſolitam conuerſus calliditatem, occaſionibus omnibus probe intentus fuit. Primum ab Electoribus in caſtro Lohenſteinenſi *EDVARDVS*, rex Angliæ, electus eſt: haud dubie, vt per ipſum & Gallorum frangeretur potentia, & Papæ refutarentur auſus nefarii. Eo tamen recuſante dignitatem imperatoriam, ſtatim poſtea *FRIDERICO*, Miſniæ Marchioni, oblatum imperium. Hic æger erat atque morbidus, facileque adeo a Carolo multis numis placatus conditionem renunciauit Electoribus. (*y*) Igitur prope Francofurtum tertium conuentum Electores egere, & certi de conſenſu *GVNTHERI*, Schwartzburgici Comitis, fortiſſimi atque prudentiſſimi viri, elegere hunc

An. cIↃ CCC-XLIX. *et demum Guntherus dictus Cæſar:*

(y) ALBERTVS ARG. *pag.* 144. 145. 146. TRITHEMIVS, MVTIVS, *l. cit. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 270. 275. AVENTINVS *l. c. num.* VIII. JAC. KOENIGSHOFEN *Chron. Alſat. cap.* II. *pag.* 133.

hunc imperatorem votis concordibus. Guntherus continuo ductis copiis venit Francofurtum, & post moram sex hebdomadum regio adparatu ibi susceptus est. (z) Carolus modo in Saxonia, modo in Rhenanis prouinciis, moratus modis multis validiores suas partes publice priuatimque fecerat. (a)

(z) ALBERTVS ARG. *pag.* 150. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCXLVIII. *Gesta* BALDVINI *lib.* III. *cap.* IX. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 273. JAC. DE KOENIGSHOFEN *l. cit.* GOBELINVS PERSONA *Æt.* VI. *cap.* LXIX. SCHIPHOWER *Chron. Oldenburg. pag.* 157. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 341. AVENTINVS *l. cit. Num.* XI. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXLVII. *pag.* 204. MVTIVS *lib.* XXV. *pag.* 247. NAVCLERVS *Vol. II. Chronogr. Gener.* XLVI. *pag.* 1011. In Contentione electos *CAROLVM* & *GVNTHERVM* scribunt THEODORICVS ENGELHVSIVS *Chr. pag.* 270. *Historia Landgr. Thur. cap.* CIII. *pag.* 941.

(a) ALBERTVS ARG. *pag.* 151. 146.

qui mox callidis Caroli consiliis euertitur;

V. Jam res videbantur ſpectare ad graue bellum, cum & Carolus & Guntherus copias cogerent. Sed mox litem fortuna diremit, pacemque Germaniæ reddidit. *RVPERTVM*, Palatinum, ducta eius filia vxore, primum a Gunthero commode abalienauit Carolus. Mox idem cum *LVDOVICO*, Brandenburgico, in gratiam rediit, & per hunc tandem ipſi *Gunthero* perſuaſit, vt multam pactus pecuniam imperatoria dignitate cederet. (*b*) Quippe hic, cum magno animo impugnare Carolum cœpiſſet, incerto caſu dubioque tanti ſceleris auctore Francofurti loco medicamenti venenum hauſerat, totoque corpore debilitatus non vltra imperio gerendo erat aptus. Vnde nunc ægrotus ceſſit imperio, & mox ceſſit e vi-

& imperio & ex vita cedit.

(b) ALBERTVS ARG. *pag.* 151. 152. H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCXLIX. TRITHEMIVS *ad h. a. pag.* 212. *Historia Landgr. Thur. cap.* CIII. *pag.* 941 AVENTINVS *l.* VII. *c.* XX. *n.* XII. XIII. XIV. MVTIVS *lib.* XXV. *pag.* 247.

e vita, qui alioquin nunquam occupatum deserturus erat imperium. (*c*)

VI. Carolus tutus ab æmulis omnes principes & ciuitates in fidem accipit. Quod vero metueretur, vt eius prior inauguratio Bonnensis improbaretur a pluribus, Aquasgrani cum coniuge profectus maxima ibi principum celebritate vice altera a Coloniensi Pontifice coronatur. (*d*) Magnam ibi litem cum Brandenburgico Electore sceptrum re- *Noua coronatio Caroli.*

(c) ALBERTVS ARG. *pag.* 152. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃ CCC XLIX. TRITHEMIVS *ad h. a. pag.* 212. 213. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 273. *Historia Landgr. Thur.* & MVTIVS *l. c.* Prorsus veneni nullius meminit AVENTINVS *l. cit.* Sed veneno ab ipso Carolo peremtum memorant THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 270. SCHIPHOWER *Chr. Oldenb. pag.* 157. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXIX.* KRANTZIVS *Metrop. lib. IX. cap. XXIX.*

(d) THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 270. 271. ALBERTVS ARG. *p.* 152. LEVOLDVS A NORTHOF *ad ann.* cIↃCCCXLIX. *p.* 405. H. REBDORFF

regium postulante Juliacensis Marchio contestatus est: vt principum tamen sententia Brandenburgici probaret causam. (e) Aquisgrano redux Pragæ in Comitiis *ALBERTUM* & *JOHANNEM* Megapolitanos in Germaniæ principum ordinem cooptauit. (f) In Francofurtano conuentu omnium principum fauorem sibi conciliaturus nihil non, quod peteretur, petentibus concessit

Varia comitia.

An. cIↄ CCC-LI.

ad h. a. TRITHEMIVS *ad h. a. p.* 214. 215. AVENTINVS *l. cit. n. XIII. XIV.* Bonnensem coronationem memorant *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 273. MVTIVS *p.* 247. nec abludere videtur ipse ALBERTVS ARG. *l. cit.*

(e) H. REBDORFF *ad ann.* cIↄ CCCC-XLIX. AVENTINVS *lib. VII. c. XX. num. XIV.*

(f) *Chron.* SCLAVICVM *Lindenbrogianum ad ann.* cIↄ CCC XLIX. *pag.* 208. CHRONICON HOLSATIÆ *c. XXII. XXIII. pag.* 52. 53. 57. *HENRICVM* primum Ducem perperam vocat. *Conf.* KRANTZIVS *Vand. lib. VIII. cap. XXIII. Saxon. lib. IX. c. XXVII. Paraleip. ad* CONR. VRSP. *ad ann.* cIↄ CCC LVI. *p.* 275.

ſit. Cum vero ipſam facultatem & augendi & imponendi vectigalia Rhenana principibus quibusdam dediſſet; graues inde coorti motus & fecere, vt fruſtra eſſent principes, qui nouas exactiones erant moliti, & vt ipſe imperator in non leue odium offenſionemque populi incurreret. (*g*) Wormatiæ inde conventum, & multæ turbæ, quibus diu conflictata erat Germania, felici ſucceſſu compoſitæ. Actum etiam de reformanda Eccleſia, & imperii vindicanda maieſtate. (*h*) An. cIↃ CCC-LII.

VII. Proximis annis ſatis multus fuit Carolus in cura & propagatione publicæ pacis in Sueuia & vicinis Rheno regionibus. Hæ prouinciæ in plurima diuiſæ territoria, facillime exuere pacem & turbari ſoli- *Crebræ pacis formulæ in Sueuia & Rhenanis prouinciis promulgatæ.*

(g) ALBERTVS ARG. *p.* 152. 155. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 275. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLI. *p.* 218.

(h) MVTIVS *Chron. lib. XXV. p.* 248. Non adiecto loci nomine huc videtur reſpicere THEODORICVS ENGELHVSIVS *pag.* 271.

solitæ; quod maxime priuilegiis concessis magnam æmulationem subinde Cæsar excitaret, & quandoque abalienare ciuitates quasdam inuitas conaretur ab imperio. Igitur primum Spiræ pax publica decreta & promulgata, constitutis IX. iudicibus, qui fractæ pacis causas agerent. Tum etiam ductum ab imperatore contra *Rupertum*, Bauarum, isque coactus ab omni vi abstinere. (*i*) Postea in Boiohœmum profectus Carolus, mox Moguntiam rediit, & rebus ibi dispositis Vlmam venit. Vlmæ generalis pax in Sueuia sancita & edicta: ipseque *Eberhardus* Wurtenbergicus coactus dictis sacramentis eam pacem confirmare. (*k*) Constantiæ

An. cIↃ CCC-LIII.

cIↃ CCC-LIV.

(i) ALBERTVS ARG. *pag.* 152. Pacis Tabulas exhibet LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap.* XLVII.

(k) Moguntina negotia. ALBERTVS ARG. *pag.* 160. 161. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCLIII Generalis pax Moguntina TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLIV. *pag.* 223. Pax Vlmensis. ALBERTVS ARG. *p.* 169.

tiæ Tigurinorum & Helueticorum pagorum bellum cum *Alberto*, Austriaco, decisis litibus terminatur; & pagi, visis priuilegiis multorum imperatorum, soli parere iussi imperio. (*l*) Ita tum leuiter restituta hac clientela Hagenouiam itum, vbi rursus formula pacis exscripta, & XV. iudices dati, qui per triennium omnes publicas curarent causas. (*m*)

VIII. Transactis hisce rebus clam & occulte in Italiam mouit Imperator, & demum Mantua datis ad principes litteris de expeditione decreta eos docuit, auxiliaque expetiit, & *RVPERTVM* Palatinum vicarium *Italica expeditio I.*

(l) ALBERTVS ARG. *p.* 160. 158. 159. 162. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCLII. Nunc Heluecticum fœdus his bellis acuitur & inualescit. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCC LII. LIII. *p.* 120. 121. *seq.*

(m) ALBERTVS ARG. *p.* 160. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCC LIII.

rium generalem renunciauit. (*n*) Parum hac expeditione consultum maiestati imperatoriæ, licet eam ab initio satis venerari multæ ciuitates viderentur. Mediolani quidem honorifice susceptus, & Longobardico diademate redimitus Carolus. Veneti etiam & variæ ciuitates missis legationibus pacem rogarunt, & in gratiam cum imperatore redierunt. (*o*) At liberaliter profusis cuiuscunque generis priuilegiis, dissipatisque nunc porro reliquis imperatorum iuribus, facile, sed magno Germaniæ dispendio, impetrauit imperator, vt dum securi essent Itali de libertate & immunitate ab ex-

An. cIↃ CCC-LV.

(n) ALBERTVS ARG. *pag.* 103. Indictam Romanam expeditionem Moguntiæ in comitiis memorat TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCC LIV. *pag.* 223.

(o) ALBERTVS ARG. *l. cit.* H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCLIV. LV. CORTVSIVS *lib. XI. c. I. II.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLV. *p.* 228. ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap.* XXXIII. MVTIVS *lib. XXV. p.* 248.

exactionibus, nomine tenus nonnulli ſponderent clientelam. Nec prorſus autem abfuere plerique Italorum animi a contemtione & irriſione Caroli, precario repetentis priſca obſequia, quæ cogere & imperare quondam imperatores conſueuerant. Ita Romam profectus Carolus ab Hoſtienſi Cardinali in Petrina æde coronatus eſt; ſed ſalſa etiam oratione ab vrbis ſenatore quodammodo taxatus, & eodem die Roma iuſſus abire, quo coronatus erat. (*p*) Piſis tumultu coorto vix ſaluus euaſit ex vulgi manibus. Quædam vrbes aditum aut omni-

Parum curata Caroli in Italia maieſtas.

(p) ALBERTVS ARG. *pag.* 163. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCLV. TRITHEMIVS *ad h. a.* ÆN. SYLVIVS *c. XXXIII.* CORTVSIVS *lib. IX. c. IV.* AVENTINVS *lib. VII. c.* XXI. *num.* XIIX. JAC. DE KOENIGSHOFEN *c. II. pag.* 134. THEODORICVS ENGELHVSIVS *pag.* 271. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 341. *Chron.* M. BELGICVM *p.* 305. GOBELINVS PERSONA *Æt.* VI. *c.* LXIX. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 275. MVTIVS *lib.* XXV. *p.* 248. PAVLVS LANGIVS *Chr. Citic. pag.* 839.

omnino denegarunt Cæſari, aut certas cum eo pacti ſunt conditiones. Hoc itaque modo parum egregie ſuis rebus geſtis, nondum anno exacto, ex Italia in Germaniam rediit. (*q*)

Leges publicæ Noribergæ & Metis rogatæ.

An. cIↃ CCC-LVI.

IX. Proximis Noribergenſibus comitiis præclarius Germaniæ maieſtati a Carolo conſultum. Grauiſſimas ſæpe turbas diſcordes imperatorum electiones dederant. Poſtularunt adhuc ius eligendi Bauari contra Palatinos, & Lauenburgici contra Saxones. Igitur ſcripta lege iura Electorum & electionis definire imperatori nunc viſum. Primum ſingulari decreto Palatini ius adſertum, & *Stephani*, Boioariæ ducis, poſtulatio confutata. (*r*) Statim

(q) H. HEBDORFF, TRITHEMIVS, *l. cit.* CORTVSIVS *lib.* XI. *cap. V. VI.* MVTIVS *pag.* 249. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 275. *Chron.* M. BELGICVM *pag.* 305.

(r) Duplex Conſtitutio *CAROLINA* de Iure Palatino habetur apud GOLDASTVM *Conſtit. Imper. Tom. I. pag.* 345. & 351.

tim, deinde promulgata ſolennis ſanctio imperii, quæ ex adpenſa *Aurea Bulla* præcipuum nomen habet. Sed cum vno loco atque tempore tota ſanctio non potuerit promulgari, anno finiente Metis reliqua legis pars edicta eſt; & ita magno Germaniæ bono, & maxima principum, præſertim Electorum, qui miniſteria ſua ritu ſolenniſſimo præſtitere, frequentia & celebritate peracta hæc rogatio. (*s*)

X. Conqueſti Boioariæ duces illatas iniurias primum odiis mox & armis cum imperatore ſunt commiſſi: vt bellum tamen, redeuntibus ad officia ducibus, in initiis op- *Bauaricum bellum.* An. cIↃ CCC-LVII.

L pri-

(*s*) Sanctio A. B. partim Noribergæ partim Metis publicata; teſte A. B. *in Prologo & Tit. XXIV. init.* Meminere vtriusque curiæ & latæ legis H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCLVI. *M. Chronicon* BELGICVM *pag.* 306. ſolius Metenſis curiæ; ALBERTVS ARG. *pag.* 164. LEVOLDVS A NORTHOF *pag.* 406. *ad ann.* cIↃCCCLVI. TRITHEMIVS *ad h. a. p.* 229. 230. generatim legis, AVENTINVS *lib. VII. cap. XXI. num. XVII.*

primeretur. (*t*) Poſtea aliquanto bene de Germania meritus Carolus, cum legatum Papæ ad Moguntina miſſum comitia, vt pecunias a Clero poſceret, ſeuere moneret, vti abſiſteret a conatibus, & intentus foret magis corrigendis Cleri moribus, quam colligendis numis. (v) Delati deinde Wurtenbergici Comites, *Vlricus* & *Eberhardus*, de fracta pace auctisque vectigalibus. Vocati ad Noribergenſem curiam fractæ pacis damnati, & arma contra eos ſumta. Verum cum facerent imperata, & Sueuiæ ciuitatibus

An. cIↃ CCC-LIX.

Papæ auſus refutati.

cIↃ CCC-LX.

Wurtenbergicum bellum.

(t) Non interfuere comitiis Boioariæ Duces. H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCLVI. Bellum cum eis. IDEM *ad ann.* LVII. ANDREAS *Presb. pag.* 36. 37.

(v) Late & optime TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLIX. *p.* 235. 236. 237. Conf. MVTIVS *lib.* XXV. *p.* 253. 254. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *p.* 276. NAVCLERVS *Vol. II. Generat.* XLVI. Rurſus iſtiusmodi exactionem tentans Papa ab ipſo Clero repellitur. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXXVII. *p.* 269.

bus, nuper auſpiciis Imperatoris arctiori fœdere coniunctis, ſatisfacerent, facile cum Carolo ſunt reconciliati. (x)

XI. Ex hoc tempore parum vltra Germaniam curaſſe viſus Carolus, ſemper fere in Boiohœmo moratus eſt, patriique regni auxit potentiam. Per legatos compellatus, vt munere imperatoris præſens in Germania fungeretur, nolle ſe, oſtendit, Bohœmicis numis imperatorem alere in Germania. Interim præſto erat omnibus liberalitas Cæſaris, cum modo aliquis principum vellet conceſſa priuilegia. Verum Germania, quaſi viduata imperatore, paſſim vbique magis turbari & pacem ponere. (y)

Negligit Carolus Germaniæ res.

L 2 Sumta

(x) H. REBDORFF *ad ann.* cIↃCCCLX. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLVI. *p.* 1015. MVTIVS *p.* 252. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 275. Late TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLX. *pag.* 241. 242.

(y) DVBRAVIVS *Hiſt. Boh. lib.* XXII. *pag.* 588. 589. 590. 591. 592.

vnde fœderibus turbarum compositio passim tentatur.

Sumta quidem ſunt priuata fœdera, & conſociatione minorum ordinum coniunctis viribus pro pace contra potentiores propugnatum. Sic in Weſtfalia, in Sueuia, in Rhenanis prouinciis, vbi facillime res ſolitæ turbari, coitum in fœdera. (z) At comitiis nullis aut raris celebratis parum contra publicam vim priuata potuere ſtudia.

XII. Ita neglecta Germaniæ ſalute non magis cetera imperii iura a Carolo curata eſſe multi cupiunt. Arelatenſe regnum nunc Gallis ceſſum, Italicamque clientelam prorſus dimiſſam, perhibent. (a) Sed cum excuſari nequeat ſupina Germanicarum rerum neglectio, male tamen cetera conſtat argui.

Caro-

(z) ALBERTVS ARG. *p.* 165. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCLXVI. *p.* 252. THEODORICVS ENGELHVSIVS *pag.* 275. GOBELINVS PERSONA *cap.* LXXII. *pag.* 291 Facile Weſtfalia pacem exuit, teſte LEVOLDO A NORTHOF *Chron. Marcano pag.* 406.

(a) THEOD. A NIEM, THEOD. ENGELHVSIVS, AVENTINVS, *citati hoc libro Cap. I. init. litt. a.*

Carolus, cui *Humbertus* Delphinatus princeps prouincia cesserat, ritu solenni fidem imperatori & imperio iurauit. *Balduinus* Treuirensis Pontifex, non modo Archicancellarius Arelatensis regni, sed etiam eiusdem rector vicarius & tutor renunciatus est. Auenionis emtionem ipse Papa a Carolo confirmatam voluit. (*b*) Quin etiam postquam Aquisgrani, Mediolani, & Romæ, coronatus esset Carolus; certo constanter seruati iuris argumento iterum Arelati, insolito diu exemplo, rex inauguratus est. (*c*) Quod denique, cum extremum in Galliam proficisceretur, Carolum Delphinum vicarium gubernato-

Burgundica clientela nondum dimissa.

An. cIↃ CCC-LXV.

L 3 rem

(b) ALBERTVS ARG. *pag.* 153. 147. *Gesta* BALDVINI *lib. III. cap. IX.* Adde auctores citatos *hoc L. cap. I. lit. b. c.*

(c) BENNESIVS, *Canonicus Pragensis, ad ann.* cIↃCCCLXV. CHRISTOPHORVS MARCELLVS *Ceremonialis Rom. Eccl. Lib. I. Sect. V. c. de triplici Imperat. corona.* ALB. KRANTZIVS *lib.* IX. *Saxon. cap.* XXXIII.

rem Arelatensis regni constitueret: id rursus minime illud esse desertum aut Gallis traditum comprobat. (*d*)

An. clɔ CCC-LXVII. VIII. *Italicæ expeditiones duæ.*

XIII. Quantum ad Italiam pertinet, præterquam quod primam egerat expeditionem, bis deinde denuo in eam duxit. *Barnabas*, Vicecomes Mediolanensis, cum aliis ciuitatum gubernatoribus læserant Papam, prætereaque parum imperatoris iussa obseruauerant. Excitatus a Papa Cæsar bellum sumsit in Insubres. Verum vno alteroque anno ductis in Italiam copiis nihil prope rei est gestum. Accepta ab Insubribus, Venetis, Florentinis, pecunia amplissimis priuilegiis petentes donauit. Sic quidem male res suas Imperator in Italia gessit: vnde etiam iratus Papa eius exauctorationem decreuisse fertur: at nihilominus commode Italos docuit, nunquam Germaniæ reges

(d) CHRISTINA PISANA *in Vita Caroli V. apud* CHIFFLETIVM *Vind. Hispan. cap.* XIII. *pag.* 122.

ges priscam prorsus dimissuros clientelam. (e)

XIV. Post Italicas expeditiones, suo vsus ingenio imperator, non magis Germanicas res curauit, quam antea. Flagrabat bellum in Luneburgicis terris; & Saxone *ALBERTO* & *MAGNO* Brunsuicensi eas post *Wilhelmi* obitum vi trahentibus. Probauit demum ius Alberti Imperator: nec his vero, nec aliis multis turbis valde intercessit. (f) Quod quidem eo tempore Papa Germanis nouam contra Saracenos in Asiam expeditionem persuadere vellet,

Turbatæ Germaniæ res negligentia Caroli.

An. cIↃ CCCLXXIV.

Proposita a Papa cruciata expeditio reprobatur.

(e) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXV. LXIX. *pag.* 251. 256. 257. THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 271. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 277. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXIX. MVTIVS *lib.* XXV. *pag.* 254. 255. LVDOVICVS CAVITELLIVS *Ann. Cremon. ad ann.* cIↃCCCLXVII. LXVIII. JOS. RIPAMONTIVS *Mediolan. Histor. lib. III. pag.* 365.

(f) KRANTZIVS *Saxon. lib.* IX. *cap.* XXXVI. XXXVIII. Carptim quædam *Chronicon* SCHAVMBVRGICVM *ad ann.* cIↃCCCLXI. *pag.* 517. 519.

vellet, ſapienter id & bene deprecatus eſt: certa vndique damna futura declarans, nulla aut exigua commoda. (g)

Electio Wenceslai: An. cIↄ CCC-LXXVI.

XV. Biennio ante, quam obiret, ſtudio omni laborauit, ut imperii auguſtum decus perſtaret porro in gente Bohœmica. Perſuaſit demum Electoribus profuſa liberalitate, qua reliquæ Imperatorum opes prorſus ſunt diſſipatæ, vt poſt Renſenſem conſultationem Francofurti in comitiis concordibus votis *WENCESLAVM* regem futurumque ſucceſſorem in paternam dignitatem eligerent. Nouus rex Aquisgrani inauguratus. (*h*) Carolus in Sueuiam

turbas nouas mouet;

(g) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCC-LXXIII. *pag.* 262.

(h) Papæ Conſenſus rogatus & impetratus, teſtibus litteris publicis, apud *Ill.* LEIBNIZIVM *Mantiſſa T. II. Cod. Diplom. pag.* 262. *ſeq.* Electionis peractæ teſtes ALBERTVS Arg. *pag.* 166. *Chr.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348, ERDMANNI *Chron. Osnabrugenſe pag.* 237. *Chron.* M. BELGICVM *pag.* 326. vbi etiam de lite inter Saxonem & Luzelburgicum Ducem; ÆNEAS SYLVIVS

am contendit, vt fœdus Sueuicarum ciuitatum solueret. Hæ nunc coiuerant in societatem, prohibituræ, quo minus ciuitates oppignerare aut abalienare ab imperio Cæsar porro, quod modo tentauerat, auderet. (*i*) Verum Vlmæ obsidione minus prospere cedente, dies dictus fœderatis ciuitatibus, & Noribergæ in comitiis causa eorum disceptata. Compositum ibidem bellum, quod cum Wurtenbergico Comite a Sueuicis ciuitatibus erat administratum: & *FRIDERICVS* Palatinus Sueuiæ *Prouincialis Aduocatus* esse iussus est. (*k*)

An. cIↃ CCC-LXXVIII.

compositas in Norib. comitiis.

L 5 XVI.

cap. XXXIII. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXX. *Historia Landgr. Thur. cap.* CXXIII. *pag.* 946. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 277. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXX. *pag.* 258. 259. MVTIVS *lib.* XXV. *pag.* 255. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLVI. *pag.* 1018.

(i) *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* cIↃCCCLXXIV. LXXVI. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 277. 278. CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. V. parte III. pag.* 288.

(k) Bellum graue Wurtenbergici Ducis cum Reutlinga. ALBERTVS ARG.

Obitus Caroli & familia. XVI. Hisce factis in Boiohœmum reuersus Imperator Pragæ fatis functus est[k], filiumque nuper electum regem habuit successorem. Ex vxoribus quatuor, præter WENCESLAVM, SIGISMVNDVM & JOHANNEM filios, multasque filias, præcipuis regibus atque principibus nuptas, sustulit. (*l*)

CAPVT III.

RES VVENCESLAI IMPERATORIS.

I.

Ratio status Germ. sub Wenceslao. ADsueuerant Germaniæ principes & ipsæ ciuitates, in Boiohœmo plerumque agente Carolo, res

pag. 166. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* cIↃCCCLXXVII. TRITHEMIVS *ad h. a. pag.* 270. 271. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 277. MVTIVS *lib.* XXV. *pag.* 257. Compositæ turbæ in Noribergensibus comitiis. Vid. DATTIVS *Vol. rer. Germ. lib. I. cap. VI. num.* XXVI.

(l) Obitus *CAROLI.* JOHANNIS *laudatio funebris Caroli pag.* III. ALBERTVS

res ſuas, haud propemodum vltra conſulto aut conſcio imperatore, ex arbitrio tranſigere. Fœderibus ſancitis infirmiores ordines proſpicere ſuæ paci, & propugnare pro ſuis iuribus: reliqui potentiores omnes ſua curare commoda, nec quidquam habere penſi, an Germaniæ vniuerſitas feliciter ageret, nec ne. (*m*) Idem rerum ſtatus adhuc magis ſub Wenceslao perpetuatus, vt paſſim inde

ARG. *pag.* 166. THEODOR. ENGELHVSIVS *pag.* 271. 272. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXXVIII. *pag.* 273. *Chron.* ELWANGENSE *ad h. a. Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348. JAC. DE KOENIGSHOFEN *Chron. Alſat. pag.* 141. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXI. *n.* XVII. NAVCLERVS *Vol. II. Gener.* XLVI. *pag.* 1021. Perperam MVTIVS *lib.* XXV. *pag.* 258. annum LXXVII. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 326. ann. LXXIX. & *Chron.* SCLAVICVM. *pag.* 209. annum LXXX. proferunt. Coniuges & liberi. TRITHEMIVS *Chr. Hirſaug. ad ann.* cIↃCCCXLIX. *pag.* 215. CVSPINIANVS *pag.* 385. 386.

(m) ALBERTVS ARG. *pag.* 159. 166. THEODOR. ENGELHVSIVS *pag.* 274.

inde ruentibus ad peiora rebus forti atque prudenti Imperatore omnino opus esset, qui deserta diu communia iura atque bona Germaniæ sagaci mente restauraret & moderaretur.

Wenceslai ingenium disputatum.

II. WENCESLAVS Caroli patris filius fuit dissimillimus: nisi quod Germaniæ salutis nec magis amans, nec studiosus magis, ac pater, fuerit. Arguunt eum passim plerique auctores maximi stuporis, libidinis, luxuriæ, crudelitatis, auaritiæ, impietatis: vt fere dubitent, quale ex his vitium reliquis antecelluerit. (*n*) Quod

(n) *WENCESLAI* natiuitas. H. REBDORFF *ad ann.* cIↄCCCLXI. Mala omina. CVSPINIANVS *pag.* 388. DVBRAVIVS *lib.* XXII. *fin.* XXIII. *init.* Vituperia; ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap.* XXXIV. *Chronicon M.* BELGICVM *pag.* 326. 327. JACOBVS KOENIGSHOFEN *cap.* II. *pag.* 241. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXII. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 281. 282. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCLXXVIII. *pag.* 273. GOBELINVS PERSONA *Æt.* VI. *cap.* LXX. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348. PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 843. Criminationes acerbissimæ. CVSPINIANVS *pag.*

Quod omnino tamen videtur, vt quidem laudari valde nequeat, falſas in eum plurimas criminationes ſummum Cleri odium dedit: & non leuia prudentiæ, moderationis, pietatisque, veſtigia in ipſis eius vituperationibus quandoque licet interuiſere. (*o*) Putant nonnulli, ex propinato veneno ſitim continuam, ex ſiti ebrietatem non raro, & ex ea plerumque turpiſſima vitia, emerſiſſe: ſatis alioquin probum & prudentem principem fuiſſe Wenceſlaum. (*p*)

III. Sane primis adminiſtrare cœpti imperii annis publicæ ſaluti haud leuiter, & pene magis, quam ipſe pater, proſpexiſſe viſus. In Francofurtenſibus comitiis cauſam auctorum a Carolo patre Rhenanorum

Res bene in Germ. geſtæ.

An. clɔ CCC-LXXIX.

389. MVNSTERVS *Coſmogr. lib.* III. *cap.* XIX. DVBRAVIVS *lib.* XXIII.

(o) Non hæc diſſimulat *Chron. M.* BELGICVM ex EMVNDO *pag.* 326, 327. 328. *&* AVENTINVS *l. cit Num.* I.

(p) Hæc EMVNDVS *in Chron. M, Belgico pag.* 326, 327.

norum vectigalium præclare iudicauit; & priuilegia *Wilhelmo*, Montensi, atque *Engelberto*, Marcano, eorum gratia concessa abrogauit. (*q*) In eadem curia, & deinde Aquisgrani, cum duo essent Pontifices Maximi, alter a Romanis, alter a Gallis, electi: *Vrbanum* a Romanis creatum Papam consilio principum adprobauit, *Clementem* reprobauit. Qua quidem causa, quod huic plurimi fauerent, in primum odium apud Clerum incurrerit. (*r*)

An. cIↃ CCC-LXXX.

Cura publicæ pacis per fœdera conseruandæ. cIↃ CCC-LXXXI.

IV. Nec porro incallide Wenceslaus magnis simultatibus, quas cum ciuitatibus principes dudum habuerant, & quæ modo ad bellum spe-

(q) Ex actis publicis NICOLAVS SCHATENIVS *Annal. Paderborn. lib. XIV. pag.* 406.

(r) GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXXV.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXXVIII. *pag.* 272. MVTIVS *lib. XXVI. pag.* 258. 260. NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLVI. pag.* 1022. ex actis NIC. SCHATENIVS *l. cit.* Magis in Cleri odium incurrit, cum Anno cIↃCCCXCVIII. nefarium schisma cum Rege Galliæ curare vellet; teste EMVNDO *in Chron. M. Belgico pag.* 328.

ſpectare videbantur, vſus eſt. Infirmiores ciuitatum partes amplexus, vt quosdam coerceret ſuperbiores principes, fœdus ſanciri, eiusque & auctor & patronus eſſe voluit. Cum iſto fœdere publicam pacem firmari impenſius quam latis legibus iudicaret; repetitis aliquoties vicibus illud Conſtantiæ, Spiræ, & alibi paſſim, renouatum, & imperatoria auctoritate multi principes inuitati, vt eidem nomina manusque darent. (*s*) Et hactenus quidem res non male a Wenceslao adminiſtratæ.

An. cIↃ CCC-LXXXII. cIↃ CCC-LXXXIV.

Turbarum initia & cauſa. cIↃ CCC-LXXXV.

V. Verum ſecedente eo in Boiohœmum, ſiue tædio imperii capto, ſiue veneno paulum corrupto, longe omnia, ac ſperata erant, ſecius. Poſita a Cæſare imperii cura, & paſſim omnis pax exui. Principes variis modis ciuitates exagitant atque

(*s*) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXXX. *pag.* 274. AVENTINVS *lib. VII. cap. XXII. num. V.* Tabulas fœderum habent LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap. LXVI. Celeb.* DATTIVS *lib. I. cap. VI. VII. VIII.*

que vexant. Hæ contra vim se armaturæ prisca fœdera firmant, & Moguntiæ, Spiræ, Constantiæ, in arctiores societates coeunt: inde militem conscribunt, vim vi repellere promtæ nunc & paratæ. (*t*)

An. cIↄ CCC-LXXXVII.

Quas ingruentes turbas prorsus dissimulante Cæsare, Mergenthemi, optimo, sed parum valido consilio, Electores & Principes cum Ciuitatibus conuenere, & Publicæ Pacis formulam edixere, grauibus statutis pœnis bella & vim omnem proscribentes. (*v*)

Bellum principum cum ciuitatibus. cIↄ CCC-LXXXIIX.

VI. Modo autem publica securitas erat in comitiis decreta, cum continuo ad arma concurreretur, & vtrinque acrior vis pararetur. Wurtenbergici Comites, & cum Palatinis Comitibus Bauarici Duces, præcipue fœderatis ciuitatibus infensi, nonnullas acerbissime impugnauerant. Igitur eis publice a ciui-

(t) LEHMANNVS *lib. VII. cap. LXVII.* ex Spirensi Archiuo.

(v) Mergentheimensia acta habet LEHMANNVS *lib. VII. cap. LXVIII.*

ciuitatibus bellum indictum eſt, nec parum ab initiis proſpere geſtum. Ipſe Wenceslaus primum ciuitatibus fauit, & ſuo nomine Bauaris bellum denunciauit. Sed victis ciuitatum copiis a Wurtenbergicis & deinde a Palatino Comite; omnis vrbium fortuna retrorſum verſa, & ad earum exitium a plerisque principibus conclamatum. (*x*) Tandem quaſi excitatus ex veterno Wenceslaus, poſt maximas vrbium calamitates, Egram comitia indicit, & ipſe principum adprobata cauſa ciuitatum fœdera damnat, nouamque ſancit pacem publicam, omnemque memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſet. Eadem pacis formula ſtatim deinde Francofurti in nouis comitiis pro-

An. cIↃ CCC-LXXXIX.

Pax Egræ reſtituta.

M mul-

(x) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCC-LXXXVIII. *pag.* 289. 290. *Hiſtoria Landgr. Thuringiæ cap.* CXXX. MVTIVS *lib. XXVI. pag.* 263. ANDREAS *Presb. pag.* 38. AVENTINVS *lib. VII. cap. XXII. num. VI. VII. VIII. IX.* ex actis publicis LEHMANNVS *Lib.* VII. *cap.* LXIX.

mulgata, & ita leuiter res turbatæ compositæ. (y)

Cura Germaniæ a Wenceslao posita.

VII. Vltima hac vice a Wenceslao curata Germania. Senio semper exinde indulsisse fertur, & inter ludicra quamplura sæpe crudelissime in Boiohœmo egisse. Germanicis principibus, missa legatione eum in Germaniam inuitantibus, parum æqui respondit. Si quibus vero opus esset priuilegiis, in iis decernendis semper nimius & tanquam prodigus exstitit. Non paucas nouas in Germania turbas largæ & profusæ multorum iurium donationes excitarunt. Sed harum incuriosus Wenceslaus, nomine imperatoris contentus, arbitrio principum sedandas componendasque, aut armis decidendas, cunctas fere lites, reliquit. Et hoc modo esse initum videbatur interregnum, licet

(y) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXXXVIII. *pag.* 291. AVENTINVS *l. cit. num.* XI. Egranas Tabulas exhibent DATTIVS *lib. I. cap. IX.* & LEHMANNVS *loc. cit.*

cet semper Wenceslaus nomine imperatorem ageret. (z)

VIII. In Boiohœmo pertæsum denique est leuitatis & crudelitatis Wenceslai, & de eo submouendo consultatum. Primum captus est a Pragensibus, & in publico carcere custodiæ datus. Germaniæ principes Francofurti vicario imperio *RVPERTO*, Palatino, credito, missa legatione monuerunt Bohœmos, vti dimitterent captiuum imperatorem. Verum paulo ante astu euaserat ex carcere Wenceslaus, & maiori crudelitate cœperat agere. (*a*) *Bohœmorum ausus contra Wenceslaum.* An. cIↃ CCC-XCIII.

M 2 Ite-

(z) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXCVII. *pag.* 303. 304. MVTIVS *lib. XXVI. pag.* 265. DVBRAVIVS *lib. XXIII. pag.* 604. *sequ.*

(a) Varie hanc captiuitatem describunt ÆNEAS SYLVIVS *cap. XXXIV.* GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXX. M. Chron.* BELGICVM *pag.* 326. NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLVII. pag.* 1032. *Historia Landgraf. Thuringiæ cap.* CXXXVI. *pag.* 949. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCXCIV. *pag.* 298. late DVBRAVIVS *lib.* XXIII. *pag.* 607. 608. Litteras Electorum ad Bohœmos exhibet TOLNERVS *Cod. Diplom. Num.* CLXXXVII.

An. cIↄ CCC-XCIV. Iterum itaque captus, & Sigismundi fratris, & Jodoci patrui, consilio in Austriam Viennam abductus, custodiæque arctiori traditus est. Rursus inde liberatus, & regno potitus, adeo aspere vltus est suas iniurias, vt non auderent vltra Bohœmi quidquam tentare. (*b*)

cIↄ CCC-C. *Germani principes deserunt Wenceslaum; cur!* IX. Vertente seculo Germani etiam ponere obsequia, & alium imperatorem, qui curaret patriam salutem, optare: Nuper Wenceslaus Mediolanensem Vicecomitem *Johannem Galeacium* Ducem creauerat (*c*) Iniquissime hoc & multa

(b) ÆNEAS SYLVIVS *cap. XXXIV.* *Chron.* SCLAVICVM *ad ann.* cIↄCCC-XCIII. THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 281. DVBRAVIVS *lib. XXIII. pag.* 610. *sequ.* In serius æuum nouam captiuitatem reiiciunt GOBELINVS PERSONA *l. cit. Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 343.

(c) Litteras inaugur. habet LEIBNITIVS *Cod. Diplom. T. I. p.* 257. *n. CIX.* Factum testantur JACOBVS DE KOENIGSHOFEN *cap. II. p.* 141. *Chron.* SCLAVICVM *ad ann.* cIↄCCCXCVIII. *pag.* 210. *Chron.* MAGDEBVRGICVM

ta alia improbe a Wenceslao patrata ferentes Electores Francofurti comitia habuerunt, & cum principibus de nouo eligendo rege consultarunt. Wenceslaus quidem protinus nouis rebus intercessit, & Noribergam indixit comitia. (*d*) Verum paucis principibus ei fauentibus dies ipsi dictus, & non comparens in Lohensteinensi castro indictis causis ab Electoribus consentiente Papa exauctoratus est. (*e*)

p. 351. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 327. NAVCLERVS *Vol. II. Gener. XLVII. pag.* 1028. P. IOVIVS *Hist. Vice - Comitum pag.* 321. Hæc causa abdicationis profertur ab Electoribus teste formula apud VRSTISIVM *T. II. pag.* 180. & teste TRITHEMIO *ad ann.* cIↃCCCC. *pag.* 308.

(d) Vid. in actis apud VLRICVM OBRECHTVM *Appar. I. P. pag.* 9. 11. *seqq.*

(e) JAC. DE KOENIGSHOFEN *cap. II. pag.* 142. EMVNDVS *in Chron. M. Belgico p.* 328. 342. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 284. THEODOR. ENGELHVSIVS *pag.* 281. 287. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXX.* ÆNEAS SYLVIVS *cap. XXXIV.* AN-

Acta Wenceslai post abrogatum ipsi imperium.

X. Hoc pacto abdicatus Wenceslaus; quam recte iusteque? non disputo: Boiohoemicum regnum XVIII. annos satis quiete rexit. Hussiticis, quae tum natae sunt, turbis tam callide vsus, vt, stuporem animi ei passim esse exprobratum, mirari liceat. Verum eo magis in odium Papae Clerique venit, quo minus crudeliter cum Husso ex voto Papae ageret. (*f*) Vt de reliquo igno-

DREAS *Presb. pag.* 40. LERBECKE *Chron. Schaumb. pag.* 520. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348. AVENTINVS *lib. VII. Annal. cap. XXIII. num. III.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLVII. pag.* 1032. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCC. P. LANGIVS *ad h. a. pag.* 846. *Historia Landgr. Thur. cap.* CXLII. MVTIVS *lib.* XXVI. *pag.* 265. Tabulae exauctorationis sunt apud VRSTISIVM *T. II. pag.* 180. & *Acta depositionis* copiosa exhibet VLR. OBRECHTVS *in Apparatu I. P.*

(f) ÆNEAS SYLVIVS *cap.* XXXV. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 328. 330. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXV. *pag.* 338. DVBRAVIVS *lib.* XXIII. *pag.* 613. *sequ.*

ignominiam a Germanis acceptam tulerit, anceps ſcriptorum fert ſententia. Perhibent quidam, non male eum habuiſſe electorum conſilium, ſed ipſum illud laudaſſe atque probaſſe. (g) Contra placet aliis, acerba quæuis Electoribus Wenceslaum denunciaſſe, bellumque paraſſe contra *Rupertum*, nouum electum imperatorem. (h) Sane, rei quidquid eſt, Brandenburgicus ac Saxo Electores cum aliquot principibus & ciuitatibus parum Electorum ceterorum probarunt cauſam: nec niſi cum ipſe deſeruiſſe imperium Wenceslaus viſus eſſet, ab eius fide receſſerunt. Nomen etiam Regis Romanorum conſtanter Wenceslaus geſſit, eoque nomine & diu poſtea edicta promulgauit, & priuilegia conceſſit:

Non omnibus placet abdicatio Wenceslai.

(g) EMVNDVS *in Chron. Belgico M. pag.* 328. NAVCLERVS *l. cit. pag* 1032. MVTIVS *lib. XXVI. pag.* 265.

(h) Vid. OBRECHTVS *Appar. I. P. pag.* 31. GOBEL. PERSONA *Æt. VI cap. LXX. pag.* 288.

An. cIↄ CCCC. XVIII. sit: quæ prorsus tamen nihil in Germania sunt curata. (*i*) Obiit Pragæ ex apoplexia, quam terror repentinus, cum tumultus aliquis esset coortus, dederat; (*k*) nulla vnquam prole ex *JOHANNA* & *SOPHIA* coniugibus beatus. (*l*)

CAPVT IV.

RES RVPERTI IMPERATORIS.

I.

Designatio Friderici Brunsui-

Neglectæ aut potius pessundatæ Germanicæ salutis causa de dese-

(i) EMVNDVS *in Chron. M. Belgico pag.* 328. 330. GOBELINVS *Æt. VI. cap. LXX.* JACOBVS DE KOENIGSHOFEN *pag.* 143. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCC. *pag.* 310.

(k) DVBRAVIVS *lib.* XXIII. *fin.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLVIII. *pag.* 1049. ANDREAS *Presb. Chron. Bauar. pag.* 42. ENGELHVSIVS *pag.* 299. *Chron.* SCLAVICVM *pag.* 212.

(l) ANDREAS *Presb. pag.* 42. CVSPINIANVS *pag.* 390.

deſerendo Wenceslao, fortique & prudenti Imperatore eligendo, in comitiis Francofurtenſibus actum erat. Deſignatus ibi & deſtinatus ad proximam electionem *FRIDERICVS*, *Magni Torquati* filius, Dux Brunſuicenſis: (*m*) princeps dignisſimus imperio viſus, & publicæ reſtituendæ ſaluti aptisſimus æque ac promtiſſimus. (*n*) Dum hic tamen in itinere, cuius conſilio & artibus ? dubium eſt, a Waldeccio Comite cæderetur; deſtinata eius electio exitum non habuit, adeoque ſpe ſua præclara Germania vice hac excidit. (*o*) Dubitauerim etiam

cenſis Ducis ad proximam electionem.

M 5

(m) CVSPINIANVS *pag.* 399. *Apographum Tabulæ vernac. in Baſilica S. Blaſii Brunsuic. ſuſpenſa in* LEIBNITII *Script. Brunsuic. T. III. pag.* 148. BOTHONIS *Chron. Pictur. Brunsuicenſe pag.* 393.

(n) CVSPINIANVS *l. c. Chron.* SCLAVICVM *ad ann.* cIↃCCCC. BOTHO *l. c.*

(o) GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXX. THEODORICVS ENGELHVSIVS *pag.* 288. 289. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap.* CXLIII. *pag.* 951. *Chron.*

iam, an recte nondum electus, nedum inauguratus, Fridericus in imperatoribus adnumeretur? (p) At semel ab Electoribus tentata patriæ salutis instauratio isto casu non sublata, sed modo retardata est.

An. cIↃCCCC. *Electio Ruperti.* II. Conuentum scilicet continuo, & Wenceslao abrogatum imperium. Inde Boppaudiam itum, nouaque electione *RVPERTO*, Palatino Electori, imperium, nuper vacuum a curatore declaratum, demandatum est. *Pacta electorum cum eo.* Pacti sunt electores cum nouo principe, vt confirmaret iura electorum & principum omnia; vt recuperaret & instauraret imperii admodum pessundatam maiestatem; vt demum sacrorum gereret curam, & sum-

SCLAVIGVM *ad ann.* cIↃCCCC. Excusauit Moguntinum vulgo cædis insimulatum Waldeccius Comes publicis litteris, quas habet SERRARIVS *Mogunt. Rer. lib. V. pag.* 869. *vid. Apparatus I. P. pag.* 52. *sequ.*

(p) LAMBECII *in Addit. ad itiner. Cellense pag.* 286. & MEIBOMII *de Friderici in Imperatorem electione pag.* 420. argumenta nondum probandæ rei sufficiunt. Facio cum LEHMANNO *in Chron. Spir. lib.* VII. *cap.* LXXII.

& ſummorum Romæ, qui iam plures eſſe cœperant, Pontificum lites & ſimultates componeret. (*q*) Inde, poſtquam Francofurti, quam vrbem ex more priſco ſex hebdomadas & tres dies obſedit, pleraſque ciuitates, multoſque principes, accepiſſet in fidem; ductus eſt nouus imperator, quem Aquisgranenſes noluerant recipere, Coloniam,& ibi ſolenni An. clɔ CCCCI.

(q) GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXX. JACOBVS DE KOENIGSHOFEN *cap.* II. *pag.*143. ANDREAS *Presb. pag.* 40. THEODORICVS ENGELHVSIVS *pag.* 287. 288. HERMANNVS DE LERBECKE *Chron. Schaumburg. pag.* 520. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 328. 330. 342. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.*284. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXIIII. *num.* III. *Chronicon* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap.* CXLII. *pag.* 951. TRITHEMIVS *ad ann.* clɔCCCC. *pag.* 310. P. LANGIVS *pag.* 846. MVTIVS *lib.* XXVI. *p.* 265. Acta publica præſertim pacta Ruperti cum Electoribus, habet OBRECHTVS *in Appar. I. P. pag.*71. *ſequ.* Conf. LEHMANNVS *Chr. Spir. lib.* VII. *cap.* LXXII. & LXXIV.

ni ritu a Coloniensi Pontifice inauguratus. (*r*)

Ruperti natales & ingenium. III. RVPERTVS hic *RVPERTI* filius, princeps fuit patriæ amantissimus, prudens, fortis, clemens, iustus: quæ animi virtutes egregiæ insignes ipsi titulos *Clementis*, *Iustiniani*, & *Rigorosi*, peperere; & quæ spem fecere principibus, fore, vt hic florentissimam & maximam rempublicam ex minima atque tenuissima redderet. Fecere eædem eius

(r) Aquisgranensem inaugurationem perperam memorant *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 284. KRANTZIVS *lib.* X. *Vand. cap.* I. *lib.* X. *Saxon. cap.* XIX. Coloniæ coronatus *RVPERTVS* testibus GOBELINO, THEODOR. ENGELHVSIO, TRITHEMIO, LERBECKE, KOENIGSHOFENIO, MVTIO, LANGIO, *Chron.* BELGICO, & *Historia Landgr. Thur. locis citatis. vid.* OBRECHTI *Appar.* I. *P. pag.* 90. 91. Aquisgranenses proscripti & post quinquennium reconciliati cum Rege. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 342. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCI. VI. *pag.* 312. 324. GOBELINVS PERSONA, HERM. DE LERBECKE, *l. cit.* Sententia Banni in OBRECHTI *Appar. I. P. pag.* 104.

eius laudes, vt Saxo atque Brandenburgicus Electores facile probarent Rupertum, postquam deseruisse imperium Wenceslaus visus esset. At præter spem minima Rupertus fortuna vsus parum votis, bene patriæ cupientium satisfecit: adhæc non prorsus auaritiæ, quam fortassis numerosa proles dedit, notam effugit. (s)

IV. Prima eius cura paci Germaniæ publicæ prospexit; quam sanctionibus aliquot insignibus in primo Francofurtano conuentu firmauit. Deinde bellum parasse contra *Wenceslaum* perhibetur. Saltem, nisi etiam dubia est parati belli fides, non gessit bellum, sed imperio contentus nomen imperatoris Wenceslao non vltra inuidit. (t) *Pacis publica formula.*

Sum-

(s) ANDREAS PRESB. *p.* 40. HERM. DE LERBECKE, *Chron. M. Belgicum. l. cit.* THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 288. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCC. *pag.* 310.

(t) Pax publice sancita. THEODOR. ENGELHVSIVS *p.* 292. MVTIVS *lib.* XXVI. *p.* 265. ex actis publicis

Sumsit potius arma in Insubres, & indicta Augustæ in comitiis causa vicarium imperium *LVDOVICO* filio credidit, & maiestatem imperii ex pacto in Italia restiturus eo animose duxit. (*v*)

Bellum in Insubria infelix. An. cIↄ CCC-CII.

V. *Johannes Galeacius* Insubriæ dux, cui per fecialem denunciatum erat bellum, nisi protinus restituisset veteres Germaniæ clientelas; ad Italiæ aditum Ruperto præstolatus arma periclitari quam cedere dominatione occupata maluit. Res hoc loco male gesta a Ruperto; isque adeo, cum *Leopoldus*, Austriacus, & *Fridericus*, Coloniensis, cum copiis domum reuerterentur, coactus infecto negotio in Germaniam reducere. (*x*) Ne nihil vero egisse vide-

LEHMANNVS *Chr. Spir. lib.* VII. *cap.* LXXIV. *p.* 773. Belli cum Wenceslao meminere GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXX. *p.* 288. & ANDREAS *Presb. p.* 38.

(v) Diploma habet LEIBNITIVS *Cod. Diplom. I. G. Num.* CXIII. *p.* 363. idque Augustana probat comitia.

(x) GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. c.* LXX. *p.* 288. ANDREAS *Presb. p.* 40.

videretur, Patauii dominum Vicarium suum in Italia renunciauit. Ceterum, optimo instituto male cedente, vt Veneti Genuenses & Florentini plures ad se vrbes terrasque, prorsus incuriosi Germanicæ maiestatis, rapere auderent, effecit. (y).

VI. Quid præterea gesserit in Germania, vt fere reliqua huius imperatoris acta latent, parum scitur. Gessit haud dubie constanter solertem multamque publicæ rei & pacis

Pleraque Ruperti acta ignorata.

JACOBVS DE KOENIGSHOFEN *c. II. p.* 143. ÆN. SYLVIVS *in Addit. ad Beneuenuti de Rambaldis August. librum p.* 14. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 348. *Chron.* M. BELGICVM *p.* 343. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC. II. *p.* 310. 314. *Historia Landgr. Thur. c.* CXLII. *p.* 951. AVENTINVS *lib. VII. c.* XXIII. *n. III.* MVTIVS *p.* 266. 267. LVDOVICUS CAVITELLIVS *Ann. Cremon. ad ann.* cIↄCCCC. *p.* 1394.

(y) GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXX. *pag.* 288. THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 290. 291. MVTIVS *lib.* XXVI. *pag.* 266. 267. CVSPINIANVS *pag.* 393.

pacis curam, cum omnes impense eius laudent imperium, nec quicquam turbarum eius ætate Germaniam valde adflictauerit: licet, quid contigerit præcipui, tacente historia obliterauerit obliuio. (z)

Francofurtana comitia. An. cIↃCCCC. IX.

VII. Extrema Francofurtana comitia fuere celebriora, quam quorum memoria prorsus potuerit perire. Pisis in synodo duobus Romæ Papis pontificatum abrogaturi sacri patres, miserant in Germaniam, qui Cæsaris consensionem impetrarent. Magna pars principum in comitiis fauit causæ synodi: sed altera pars cum Cæsare ea deserta

Gre-

(z) Pacis varii tractatus habiti, de quibus LEHMANNVS *Chr. Spir. Lib. VII. cap.* LXXIV. LXXV. Conuentus Constantiensis memoratur a TRITHEMIO *ad anno* cIↃCCCCVIII. *pag.* 327. Varia minora bella describunt THEODOR. ENGELHVSIVS *pag.* 289. 291. LERBECKE *Chr. Schaumb. pag.* 520. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. LXX. pag.* 288. 289. Ipse Rupertus cum Marchione Badensi bellauit. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCII. *pag.* 314.

Gregorium Papam constituit perpetuo obseruandum. (*a*) Puto, prudenter Rupertum aluisse Paparum simultates; stabiliendæ scilicet Imperatoriæ auctoritati adprime aptas atque proficuas: pie quidem deinceps, sed parum callide, Sigismundum componendis Paparum rixis operam dedisse, cum adeo vicinam ruinæ pontificiam dominationem, magno sui dispendio, maximo labore instaurauerit atque restituerit.

An prudenter schisma Papale curatum, nec ne?

VIII. Obiit paulo post illa comitia Rupertus Oppenhemii, insperatumque nec opinatum interregnum, adhuc

Obitus & familia Ruperti.

An. cIↄ CCCC X.

N

(a) Conuentus Francofurtanus. THEODORICVS DE NIEM *de Schismate lib. III. cap.* XXXIX. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXXXIX. *p.* 327. ANDREAS *Presb. p.* 40. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 346. Pisana Synodus. THEODORICVS ENGELHVSIVS *p.* 292. *Chronicon* MAGDEBVRGICVM *p.* 352. P. LANGIVS *p.* 849. MVTIVS *p.* 268. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 282. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCIX. *pag.* 328. Acta Concilii huius apud LVCAM DACHERIVM *Spicil. Tom. VI.*

adhuc viuente, ſed nunc prorſus res Germaniæ diſſimulante Wenceslao, Germaniæ dedit. (*b*) Cum ex duabus coniugibus, prima ignota, altera *ELISABETHA*, *Friderici*, Burggrafii Noribergenſis, filia, ſex filios filiasque tres genuiſſet: quatuor reliquis, duo enim *Rupertus* & *Fridericus* præmortui, *LVDOVICO*, *JOHANNI*, *STEPHANO*, & *OTTONI*, ſeptem arbitros familiæ herciſcundæ ipſe conſtituit. (*c*)

CAPVT

(b) GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* XL. *p.* 330. *M. Chron.* BELGICVM *p.* 351. *Chron* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348. ÆNEÆ SYLVII *Addit. ad Beneuenuti de Ramb. librum Auguſt. p.* 14. KOENIGSHOFEN *cap.* II. *p.* 144. ANDREAS PRESB. *p.* 40. AVENTINVS *lib. VII. cap. XXIII. n.* XIII. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCX. *p.* 331. P. LANGIVS *ad h. a. p.* 849. *Chron.* SCLAVICVM *ad ann.* cIↃCCCCXIII. *p.* 212. MVTIVS *p.* 270. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVIII. *pag.* 1042. CVSPINIANVS *pag.* 393.

(c) ANDREAS PRESB. *pag.* 40. CVSPINIANVS *pag.* 394. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXXXV. *pag.* 393. 394. Tabulas diuiſionis exhibet TOLNERVS *Cod. Diplom. Num.* CCV.

CAPVT V.

RES SIGISMVNDI IMPERATORIS.

I.

Non fefellerant communem Germaniæ ſpem inſignes Ruperti Cæſaris virtutes. Verum infregerat ſpem fortuna & præmaturus optimi imperatoris obitus. Nunc præter cauſam, ſed ex temporis illius ſuperſtitione, principibus periculoſius viſum *ſchiſma*, quod nuncupant, in Romano pontificatu natum. Ne quid adeo damni ex interregno longiori reſpublica caperet, & vt propediem noui imperatoris cura tollerentur turbæ, feſtinandam electionem Electores conſtituerunt. *Breue interregnum.*

II. Conuentum Francofurti, & de imperatore gerendis rebus porroque ſtabiliendæ publicæ ſaluti idoneo ſtatuendo conſultatum. *Electio diſcors;*

N 2 Abe-

An. cIↄ CCCC X. Aberat Bohœmus & Saxo Electores. *Johannes*, Moguntinus, & *Fridericus*, Coloniensis, *JODOCVM*, Morauiæ Marchionem, Imperatorem renunciarunt. Contra *Wernerus*, Treuirensis, *Ludouicus*, Palatinus, & *Fridericus*, Noribergensis Burggrafius, cui Brandenburgicæ partes mandatæ erant, ante occupata *prævalente Sigismundi causa.* electione *SIGISMVNDVM*, dignissimum imperio esse decreuerunt, eumque crearunt imperatorem. Quem, mox fatis functo Jodoco, ipsi deinceps reliqui, & ipse omnino eius frater Wenceslaus, probarunt, factamque rite & ex lege electionem ratam habuerunt. (*d*) Errant, qui

(d) Hoc ordine memorant electionem GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* XC. ENGELHVSIVS *in Chron. pag.* 293. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 356. AVENTINVS *lib. VII. Annal. Boi. cap. XXIII. num.* XIV XVI THEODOR. DE NIEM *in Vita Joh. XXIII. pag.* 20. ANDREAS *Presb. pag.* 42. nec dissentit epistola Electorum ad Spirensem ciuitatem apud LEHMANNVM *lib. VII. cap.* LXXXI. *IODOCI* electionem vtpote breui

qui sibi ipsi Sigismundum præsentem dicta fauisse sententia perhibent. (*e*)

III. Fuit SIGISMVNDVS *Caroli* IV. Imperatoris filius, patriarum æmulus virtutum, imo eius non paucas laudes egregie supergressus. Princeps laudis cupidissimus, fortis, prudens, animo manuque promtus, benignus, liberalis, præclare doctus, &, quod præstitit, Germanicæ salutis

Sigismundi ingenium;

duraturam prorsus silent ÆNEAS SYLVIUS *Addit. ad Beneuenutum pag.* 14. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCX. *pag.* 331. qui Sigismundum a Papa impense commendatum memorat; *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 285. P. LANGIVS *pag.* 850. ROLEWINCK *Fascic. Temp. Æt. VI. pag.* 87. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 271. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVIII *pag.* 1042. Ex his tamen MVTIVS, NAVCLERVS, alii, perperam, *IODOCVM* cum *RVPERTO* discordi electione imperatorem creatum, narrarunt.

(e) DVBRAVIVS *lib.* XXIII. *pag.* 621. & cum eo recentiorum multi.

lutis amantissimus; (*f*) bene, sed infeliciter, ante acceptum imperium rexerat Hungariæ regnum, socero *Ludouico* rege mortuo ipsi oblatum: (*g*) ipsam Brandenburgicam ditionem, a patre dudum concessam, eo nomine pignori dederat, vt Hungaricum regnum defenderet. (*h*) Quod tamen eius infortunium, cuius veræ causæ turbulenta Hungaricorum procerum erant ingenia, minime insignem Sigismundi

Hungariæ regnum.

(f) ÆNEAS SYLVIVS *Addit. ad Beneu. pag.* 14. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 348. *Paral. ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 285. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 356. P. LANGIVS *&* MVTIVS, *l. cit.* WIMPFELINGIVS *Epit. rer. Germ. cap.* XLVIII.

(g) GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* LXXXI. *pag.* 309. ÆNEAS SYLVIVS *Addit. ad Beneu. pag.* 14. MVTIVS *lib.* XXVI. *pag.* 260. *sequ.* BONFINIVS *Hung. Rer. Dec.* III. *Lib.* I. II. JAC. WIMPFELINGIVS *l. c. pag.* 190.

(h) *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 352. DVBRAVIVS *lib. XXV. init.*

mundi virtutum famam Germanicos potuit celare principes. (*i*)

IV. Quamprimum ad Germanicum imperium tractandum accessit, nihil in votis magis habuit Sigismundus, quam vt communibus votis satisfaceret. Inaugurationem solennem in quartum annum distulit; gnarus satis, electioni soli se debere imperium. Statim autem publicam pacem iustitiamque curauit impensius, &, quod inprimis decere putabatur imperatoriam maiestatem, ad tollendum nefarium schisma se accinxit. (*k*) *Prima eius in Germania cura.*

(i) Nicopolitana clades & subsequens *SIGISMVNDI* captiuitas præcipuum infortunium. MVTIVS *lib.* XXVI. *pag.* 264. 265. 267. JAC. DE KOENIGSHOFEN *cap.* II. *pag.* 146. *sequ.* NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVII. *p.* 1027. *sequ.*

(k) Ipse de instituto suo in litteris ad Spirenses testatur apud LEHMANNVM *Chron. Spir. lib.* VII. *cap.* LXXXII. Adde MVTIVM *lib.* XXVII. *pag.* 271.

Cura schismatis & proximarum turbarum.

V. Tres iam Papæ alter alterum acerbissime insectando turbabant orbem: praetereaque *Johannes, Hussus* dictus, satis aspere in Boiohœmo dicere contra Papam cœperat; vnde noui motus metuebantur.

An. cIↃ CCCC XII.

Itala expeditio.

Sigismundus duxit in Italiam, eaque occasione iura imperii vindicaturus Venetos, qui multas ditiones male occupauerant, bello petiit:

cIↃ CCCC XIII.

quo cito composito vicarium imperium in Sabaudicis terris *Ludouico*, Comiti, demandauit; &, quod maxime moliebatur, *Johanni*, Papæ, Laudæ persuasit, vt secum Constantiæ generale concilium proximo anno habendum publice ediceret. (*l*)

Variæ itinera.

Eiusdem rei causa ipse in-

(l) GOBELINVS PERSONA *Æt.* VI. *Cap.* XC. THEODORICVS A NIEM *in Vita Joh. pag.* 23. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXIII. *n. XXV. cap. XXIV. n.* I. MVTIVS *pag.* 271. 272. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gener.* XLVIII. *pag.* 1043. JOH. BAPT. VILLANOVANVS *in Historia Laudis Pompeiæ. lib.* III. *pag.* 916. Diploma Vicariatus habet LEIBNITIVS *Cod. Diplom. T.* I. *num.* CXXIV. *pag.* 305.

incredibili ſtudio Gallos, Hiſpanos, Batauosque, adiit, & vt omnes hæ nationes ad communia conſpirarent conſilia, auctoritate ſua effecit. (*m*)

VI. Concilium iisdem diebus, quibus Aquisgrani inauguratus eſt Sigismundus, (*n*) Conſtantiæ maxima principum & ſacerdotum celebritate atque frequentia haberi cœpit. Præſens Johannes Papa fuit. Præſens Sigismundus cum præſentibus plerisque Electoribus & principibus plurimas cauſas, tanquam in perpetuis comitiis, tractauit, transegit. In quinque nationes, poſtquam Hiſpani reliquis acceſſiſſent, diuiſi omnes, Germanicæ nationi detulerunt primas, & gene-

Conſtantienſe concilium habitum;
An. cIↃCCCC XIV.

 nera-

(m) *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 182. CVSPINIANVS *pag.* 395. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXVI. XVII. *pag.* 345. 346.

(n) GOBELINVS PERSONA *Æt.* VI. *cap.* XCIV. *pag.* 339. ERDWINVS ERDMANN *in Chron. Osnabr. pag.* 243. *Paral. ad* CONR. VRSP. *ad ann.* cIↃCCCCXV. *pag.* 285. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 339. 356.

neralem concilii patronum & defensorem Cæsarem habuerunt. (*o*)

bene Papalem dominationem circumscribit,

VII. Quam prudenter autem ab initio egisset Sigismundus, si commode vsus Paparum simultatibus Germaniæ singularem Papam statuisset, nec vltra eum dominum, sed præsidem & custodem sacrorum, ha-

(o) Edicto Imperatorio omnes inuitati ad Concilium. *Celeb.* HARDTIVS *in Actis Conc. Const.* T. VI. *P.* I. *pag.* 5. Concilii celebritas, solennia, acta, generatim. HARDTIVS *in Actis huius Concilii.* THEODORICVS DE VRIE *de consolatione Ecclesiæ ad Sigismundum in Actorum* T. I. THEODORICVS A NIEM *in Vita Job. p.* 24. *sequ.* GOBEL. PERSONA *Æt.* VI. *cap.* XCIV. XCV. XCVI. THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. p.* 294. *sequ.* ROLEWINCK *Æt.* VI *p.* 87. 88. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 285. *sequ. M. Chron.* BELG. *p.* 352. *sequ.* P. LANGIVS *Chron. Citic. p.* 850. *sequ. Historia Landgr. Thur. cap.* CLVIII. *pag.* 954. ERDMANNI *Chron. Osnabr. p.* 243. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 353. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXIV *pag.* 336. *sequ.* AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXIV. *num.* II. JAC. WIMPFELINGIVS *cap.* XLVIII. NAVCLERVS *pag.* 1043. *sequ.* MVTIVS *lib.* XXVII. *p.* 272.

habuiſſet; tam deinde tamen aliquandiu bene actum, cum papali dominationi poneretur in ipſo concilio modus, ſynodique auctoritas ſuperior papali dignitate decerneretur. (*p*) Verum, poſtquam tribus papis abrogata eſſet poteſtas, & impio deinceps conſenſu, nil publica curata fide, *Johannes* cum *Hieronymo*, egregii veritatis teſtes, ad flammas damnati eſſent, (*q*) facile porro redierunt ad ingenium ſacerdotes; nec ſiue de vita ſacerdotum, ſiue de doctrina, emendanda vltra decernere aliquid ſunt conati, donec

mox ſpem communem turpiter fruſtratur.

(p) Varia JOH. GERSONIS, PETRI de ALLIACO, aliorum ad reformationem Eccleſiæ ſpectantia ſcripta exhibet HARDTIVS *Tomo* I. Strictim præcipuorum decretorum meminere *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 285. GOBELINVS PERSONA *cap. XCIV. pag.* 339. ROLEWINCK *Faſcic. Temp. pag.* 88.

(q) THEODOR. A NIEM *in Vita Joh. XXIII. pag.* 30. *ſequ. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 285. *ſequ.* ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Boh. cap. XXXV. XXXVI.* AVENTINVS *lib. VII. cap. XXIV. num. IV.* cum plerisque ceteris auctoribus.

donec nouus Papa *Martinus* creatus foret. Hic redditam Papæ dominationem vix ſenſerat, cum nequicquam intercedente Cæſare ſolueret conuentum, & ſpem omnium bonorum turpiſſime fruſtraretur. (*r*)

Politicæ cauſæ Conſtantiæ pertractatæ.

VIII. Interea, dum mille artibus & conſiliis in ſynodo ſacerdotes ſudarent; intenti ita vt diximus ad proximam Eccleſiæ pacem atque inſtaurationem Cæſar cum principibus reliquas ſuas cauſas eodem in loco transegerunt. Præter publicam curatam pacem placuit, vt ſedulo Germanica iura in priuatis cauſis obſeruarentur: vtque linguæ Germanicæ amplior in publicis negotiis vſus foret. Reddita monita imperatori a principibus, quibus vellent

(r) Acta reformationis exhibet laudatus HARDTIVS *Tomo IV.* Vid. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 290. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔCCCCXVII. XVIII. præſertim GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap. XCVI. pag.* 344. 345. *&* THEODOR. ENGELHVSIVS *pag.* 298.

vellent ſacris cauſis præcipue conſulerent patres conſcripti in concilio. Conſultatum a principibus de nimia Paparum poteſtate circumſcribenda: & fertur adhæc deliberatum ab imperatore, quomodo in priſcum ſtatum reformatis Epiſcopis & Abbatibus liceret nouum imperio patrimonium conſtituere: quod vltimum vero conſilium frementibus ſacerdotibus facile caruit effectu (s)

An. cIↃCCCC XV. *Brandenburgicus*

IX. Viſum eodem loco & tempore Sigismundo principum conſenſu Brandenburgicas ditiones, quas

(s) De animo ſuo teſtatus Cæſar apud GOBELINVM PERSONAM & ENGELHVSIVM *modo. cit. loc.* Ordines *auiſamenta* exhibuerunt Cæſari reformationem molienti: quæ vid. apud. HARDTIVM *Tom. I.* & GOLDASTVM *Stat. & Reſcr. Imp. P. I. pag.* 149. 155. 170. *Stat. Germ. P.* II. *pag.* 110. Germ. linguæ & iurium obſervatio mandata apud GOLDASTVM *Stat. Germ. P. II. pag.* 98. De aliis conſiliis Cæſaris vid. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXVI. *p.* 344. 345. ALB. KRANTZIVS *Vand. lib. XI. cap. XXXV. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 303. quæ iſta conſilia Curiæ Francofurtanæ adſcribunt.

Electoratus Noribergensi Burggrafio Friderico datus.

quas nuper repignerauerat, *FRIDERICO*, Burggrafio Noribergensi, qui illas alieno nomine aliquandiu gubernauerat, plene tradere. Additæ conditiones haud adeo gratæ, per summam fortunam serenissimæ domus, in quam modo noua Electoralis dignitas est illata, nullum habuerunt exitum. (*t*) Iisdem diebus, quibus Fridericus Elector renunciatus est, *Fridericus*, Austriacus, quod contra datam fidem *Johannis* Papæ fugam adiuuisset, proscriptus, & ab Heluetiis, qui iam graues erant Austriacæ domus inimici

(t) Acta publ. habet. *Celeb.* HARDTIVS *T. IV. pag.* 1222. *T. V. pag.* 183. Vid. ÆNEAS SYLVIVS *de Statu Europæ sub Frid. III. cap. I. p.* 38. *Historia fundationum Coenobiorum Bauariæ p.* 89. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC. XVII *pag.* 355. 356. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVIII. *pag.* 1048. 1064. P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 850 851. Conditio a THEODORICO ENGELHVSIO *pag.* 295. adiecta falsa est. Diu ante *FRIDERICO*, quippe *Procuratori Marchiæ* iuratum erat. GOBELINVS PERSONA *Æt. VI. cap.* XC. *pag.* 330. 331. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 352.

mici, consentiente imperatore plerisque ditionibus exutus est. Semel deprecante pro eo *Ludouico*, Palatino, in gratiam rediit cum imperatore: sed rursus inquietior iterum proscriptus, nec nisi durioribus deinde conditionibus placare potuit imperatorem. (v)

An. cIↃCCCCXVII.

Hussiticarum turbarum initia. cIↃCCCCXVIII.

X. Finitum modo erat concilium, cum inter orientes Hussiticas turbas *Wenceslaus*, ex imperatore Boiohœmi rex, obiret, fratrique Sigismundo regni eximiam hæreditatem relinqueret. (x) Iste expedi-

(v) Acta publ. exhibet HARDTIVS *Tomo IV.* Conf. THEODORICVS DE NIEM *Vita Joh. p.* 27. *sequ.* THEOD. ENGELHVSIVS *p.* 296. GOBEL. PERSONA *cap.* XCIV. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXIV. *n.* III. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXV. *pag.* 340. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 275. 276. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLVIII. *pag.* 1047.

(x) ÆNEAS SYLVIVS *cap.* XXXVII. ANDREAS *Presb. p.* 42. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XIIX. *pag.* 359. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 353. P. LANGIVS *pag.* 852. Vid. reliqui auctores supra *Cap. III. fin. litt. K.*

peditionem contra Turcos acturus ſat habuit mittere, qui Bohœmos in fidem acciperent. Parum autem re in Hungaria acta, adhæc rebus indies in Boiohœmo turbatoribus, ipſe in eam duxit. Brunnæ habito conuentu omnia ad pacem ſpectabant. (*y*) Quum autem Sigismundus Vratislauiæ duriores pœnas a rebellibus quibusdam ciuibus ſumſiſſet, ſtatim Pragæ ingens fit ſeditio, & per Huſſitas, quorum *Ziſca* dux erat, ſperata regni poſſeſſione Sigismundus excluditur. (*z*)

XI.

laudati. Statim a Wenceslai obitu Ziſca duce grauisſima ſeditio coorta. ÆNEAS SYLVIVS *cap.* XXXVIII. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXIX. *pag.* 362. 363.

(y) ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Boh. cap.* XXXVIII. XXXIX. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 293. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 278. late DVBRAVIVS *lib.* XXIV. *pag* 630. *ſequ.*

(z) ÆN. SYLVIVS *cap* XXXIX. ZACH. THEOBALDVS *de bello Husſit. cap.* XXXII. *ſequ. Chron.* MAGDEBVRG. *p.* 353. MVTIVS *lib.* XXVII. *p.* 278. 279. NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLVIII. pag.* 1082. DVBRAVIVS *lib.* XXIV. *p.* 630. *ſequ.*

XI. Sumtis igitur armis cogendi visi, qui fidem pacemque posuerant. Et prima expeditione, licet cladem haud exiguam accepisset, perrupit tamen Cæsar, & occupata Pragensi arce in præcipua æde Rex Boiohœmi coronatus est. (*a*) Mox autem Pragæ obsidione dimissa, maiori manu rem tentaturus, semel, iterum, & mox tertia vice, a Zisca fugatus, & castris exutus est. Aliquandiu deinceps solis actum est excursionibus, quibus vicinæ Boiohœmo regiones plurimum sunt vastatæ. (*b*) Inter eas turbas visum imperatori,

Hussiticum calamitosum bellum.

An. cIↄCCCCXX.

cIↄCCCCXXI.

cIↄCCCCXXII.

cIↄCCCCXXIV.

O impe-

(a) ÆN. SYLVIVS *cap.* XL XLII. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 353. DVBRAVIVS *lib.* XXIV. *pag.* 640. *seq.*

(b) ÆNEAS SYLVIVS *cap.* XLII. XLIV TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCXX. XXI. XXII. *pag.* 365. 366. 368. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 353. *Historia Landgr. Thur. cap.* CLIX. P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 853. THEOD. ENGELHVSIVS *p.* 299 MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 279. DVBRAVIVS *lib.* XXVI. *pag.* 673. *sequ.* Ziscæ fides a Cæsare sollicitata. ÆN. SYLVIVS *cap.* XLV.

imperii insignia, non adeo in Carlstadensi arce tuta, in Vicegradense castellum, & deinde Noribergam transferre; quæ vrbs florentissima hodieque ea seruat. (c)

Sæpiores clades Germanorum ab Hussitis acceptæ.

XII. Verum, vt demum latrociniis & excursionibus Hussitarum, quæ licet mortuo Zisca sub *Procopiis* ducibus ingrauescebant, iretur vi maiori obuiam, publice nunc, Francofurti & Noribergæ in comitiis a principibus consultatum. (*d*) Coactæ maximæ copiæ, & a ducibus fortissimis ductæ contra Hussitas.

An. cIↃCCCC XXVI.

Quasi vero mille modis nefaria Johannis & Hieronymi supplicia per Hussitas vlcisci fata decreuerint; ita prima vice maxima cæde Germanorum prostratus exercitus, & mox altero anno Panico terrore perculsus

cIↃCCCC XXVII.

(c) ANDREAS *Presb. pag.* 45. *ad ann.* cIↃ CCCC XXIV. *Chron.* ELWANGENSE *ad h. a.*

(d) Comitia Noribergensia, Ratisbonensia, Egrana *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 355. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXXI. XXII. *pag.* 366. 367. ANDREAS *Ratisbon. in Chron. Bau. pag.* 45.

ſus fugit, antequam hoſtem vidiſſet. (*e*) Licet etiam Egræ, & denuo Noribergæ, in comitiis de fortiori tutiorique expeditione conſultatum eſſet: qua occaſione *prima matricula* imperii ordinum conſignata eſt: (*f*) ſextus tamen exercitus, a Friderico Brandenburgico Electore ductus, quam magnus validusque, tam facile ſolo terrore in

An. cIↃCCCC XXX. cIↃCCCC XXXI.

O 2 fœ-

(e) ÆNEAS SYLVIVS *cap.* XLVII. XLVIII. THEOBALDVS *cap. LVII. ſequ. Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 355. 356. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap.* CLXI. *pag.* 955. P. LANGIVS *Chron. pag.* 853. ANDREAS *Rat. pag.* 43. *ad ann.* cIↃCCCCXXVII. XXVIII. *Continuatio II.* ENGELHVSII *ad h. a. pag.* 85. MVTIVS *lib. XXVII. pag.* 279. DVBRAVIVS *lib. XXVII. pag.* 702. *ſequ.*

(f) ÆNEAS SYLVIVS *cap. XLVIII.* ANDREAS *Presb. pag.* 49. 50. Receſſus horum comitiorum varios defectus corrigit apud GOLDASTVM *Conſt. Imp. T. I pag.* 146. *Stat. Germ. P. II. pag* 105. Vid. Acta Huſſiticæ Expeditionis & Matricula imperii prima apud SCHILTERVM *Inſtit. I. P. T. II. pag.* 3. DATTIVM *lib. I. cap. XXIV.* & Conf. LEHMANNVS *Chr. Spir. lib. VII. cap. LXXX.*

fœdam fugam actus. (*g*) Et hac ratione ad vndecimum annum infelicissime cum Hussitis bellum a Germanis administratum.

Saxonici Electoratus nouus possessor Fridericus Misnicus M.

An. cIↃ CCCC XXII. cIↃCCCC XXIII. IV.

XIII. Dum istud geritur, *Albertus III.* Saxo Elector, postremus Ascaniæ gentis, obiit. *Ericus*, Lauenburgicus Dux, agnatus proximus, prætereaque *Fridericus*, Brandenburgicus, & *Ludouicus*, Palatinus, Si petiere insignem prouinciam. Sigismundus Cæsar eam *FRIDERICO*, *Bellicoso* dicto, Misniæ Marchioni, tradit. Reliquis satisfactum, & eorum consensu Fridericus nouus Elector

(g) ÆN. SYLVIVS *cap. XLVIII.* ANDREAS *Ratisb. pag.* 49. 50. 51. THEOBALDVS *cap. LXXI. seq.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XXX. XXXI. *pag.* 379. 380. P. LANGIVS *pag.* 856. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 280. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLVIII. *pag.* 1053. DVBRAVIVS *lib.* XXVII. *pag.* 704. *sequ.* Strictim omnia *Chronicon* MAGDEBVRGICVM *pag.* 356. 357. AVENTINVS *lib.* VII. *cap. XXIV. n.* XII. XIII. XIV. *Contin. II.* THEODOR. ENGELHVSII *p.* 86.

lector renunciatus est. (*h*) Ericus multa causatus ad Basileense concilium prouocauit: sed, præterquam quod in magnum Cæsaris & principum odium, Dux incurrit, vetante Cæsare non conati sunt in concilio conscripti patres causæ cognitionem sibi sumere. (*i*)

XIV. Nouum hoc concilium curante Cæsare Basileæ conuocatum erat, vt præcipue Hussitarum, qui armis cogi non potuerant, postulatis satisfieret. Primum isti synodo manus *Eugenius* Papa dederat: mox re-

Basileense concilium. An. cIↃ CCCC XXXI.

(h) ANDREAS *Ratisb. pag.* 44. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 355. *Historia Landgr. Thur. cap.* CLX. *pag.* 955. P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 854. THEOD. ENGELHVSIVS *p.* 299. *Auctor Chron.* HOLSATIÆ *cap. X.* p. 16. Multa vitiose narrat TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XXIII. p. 369. Fuse omnia GEO. FABRICIVS *Orig. Saxon. lib. VII. p.* 696. Litteras inuestituræ habet P. ALBINVS *Chron. Misn. Tit.* XVI. *f.* 212. & alii.

(i) THEOD. ENGELHVSIVS *p.* 299. CL. MVLLERVS *in Comit. Theatro P V. cap. XIII.*

recedentem a sententia Sigismundus Romæ inuisere, & ea occasione Imperatoriam coronam sumere decreuit. (k) Duxit in Italiam non parua manu, gnarus fortiter vindicanda fore diu deserta iura imperii. Nec fefellit eum opinio, cum Mediolani Italiæ regno inauguratus Romam vltra tenderet, & Venetos atque Florentinos viam vi armata præclusuros acciperet. (l) Verum, hostibus prostratis, feliciter Romam peruenit; priscoque more Cæsareo dia-

Expeditio Italica secunda.

An. cIↃ CCCC XXXII.

(k) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC. XXXII. *pag.* 382. 383.

(l) Mediolani *SIGISMVNDVS* inauguratus. CÆSAR *in Rescr. ad Concil. Basil. ap.* GOLDASTVM *Const. Imp. Tom.* III. *pag.* 437. ANDREAS *Presb. pag.* 53. CVSPINIANVS *pag.* 398. LVDOV. CAVITELLIVS *Cremon. Ann. pag.* 1417. JOSEPHVS RIPAMONTIVS *Hist. Mediolan. lib. IV. pag.* 604. Conatus Venetorum & Florentinorum. TRITHEMIVS *d. a. pag.* 382. 383. NAVCLERVS *Gen.* XLVIII. *pag.* 1055. MVTIVS *lib. XXVII. pag.* 280. DVBRAVIVS *lib. XXV. pag.* 667.

diademate redimitus, (*m*) rebus vndique ex voto gestis, in Germaniam & Basileam ad concilium rediit: cuius patronum & defensorem *GVILIELMVM*, Bauarum, nuper ante abitum constituerat. (*n*) An. cIↃ CCCC XXXIII.

XV. Præter reliqua, quæ in synodo sunt definita, post crebras consultationes tandem Bohœmicis le- *Hussitæ in Basileensi synodo placantur.*

(m) ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap.* LII. *Addit. ad* BENEVENVTVM *pag.* 14. WERN. ROLEWINCK *Fascic. Temp. pag.* 87. B. ANDREAS *Ratisbon. pag.* 53. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 357. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 356. *Chron* SCLAVICVM *pag.* 215. P. LANGIVS *pag.* 857. 858. AVENTINVS *lib. VII. cap. XXV. n. I. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 290. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCC XXXII. XXXIII. *pag.* 384 387. vbi elegans eius ratio stipendia principibus imperandi describitur: CVSPINIANVS *pag.* 398. DVBRAVIVS *lib. XXV. pag.* 667. 668. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 280.

(n) *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 357. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-XXXIII. *pag.* 387. 389. vbi etiam Francofurtanorum comitiorum & Basileam conscriptorum ordinum mentio fit.

legatis est satisfactum, & vt *Communionem sub Vtraque*, qualem vocant, seruarent, permissum; ceterum post longam moram redirent ad communia sacra & communem pacem. (*o*) Inter hæc simultatibus ipsi Hussitæ commissi sunt, & ex rixis iurgiisque ad manus ventum est. Graui proelio a nobiliori parte pars altera prope Pragam, cæso vtroque *Procopio*, superata, & post cladem sæuitia maxima igne deleta est: vlciscente nunc quodammodo DEO grauia peccata peccatis & iniurias iniuriis. (*p*) Quibus rebus actis

(o) ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap. XLIX. L. LII.* THEOBALDVS *cap.* LXXIIII. *sequ.* MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 281. 282. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCXXXIV. *pag.* 390. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVIII. *p.* 1059. DVBRAVIVS *lib.* XXVII. *p.* 710.

(p) ÆNEAS SYLVIVS *cap. LI.* THEOBALDVS *cap.* LXXXI. LXXXII. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 357. DVBRAVIVS *lib.* XXVII. *pag.* 708. *sequ.* NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVIII. *p.* 1058 inconcinne TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCXXXIV. *pag.* 391.

actis ceteri pacis amantiores Sigismundum Ratisbonæ regem salutarunt, & in eius gratiam redierunt. (q)

XVI. Erat tum in eo, vt duceret in Hungariam: in qua rebus prospere compositis & Budæ & Albæ Regiæ Bohœmicas transegit causas, & inde in ipsam Boiohœmum duxit. (r) Iglauiæ plene omnia pertractata sunt: deinde itum Pragam, vbi maximo fastu Sigismundus vice altera Bohœmiæ regno est inauguratus. (s) Post aliquanto, dum Basileense concilium suas res perpetuo agit, Egræ in comitiis publi-

Boiohœmum a Sigismundo plene possidetur.

An. cIↄCCCCXXXVI.

(q) ÆNEAS SYLVIVS *cap. LII.* MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 282. NAVCLERVS *l. cit.*

(r) ÆNEAS SYLVIVS *cit. loco.*

(s) ÆN. SYLVIVS *cap. LII.* THEOBALDVS *cap.* LXXIX. LXXX. LXXXV. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 282. NAVCLERVS *l. c. pag.* 1059. DVBRAVIVS *lib.* XXVII. *pag.* 710. 711. Compactata cum Bohœmis & alia publica acta huc facientia exhibet *Ill.* LEIBNITIVS *Mant. Cod. I. G. Dipl. Tom.* II. *pag.* 138. *sequ.*

cæ pacis formulam solennem edicit; vt pacem nuper in Boiohœmo constitutam coleret etiam Germania. (t)

An. cIↃCCCC XXXVII. *Obitus Sigismundi,*

XVII. Interea confectus senio maximisque laboribus ægrotare incipit in Boiohœmo Sigismundus. Accipit *Barbaram* lasciuam vxorem, nouas iam meditari nuptias, generoque *ALBERTO* regnum prærepturam. It ergo Znoymam in Morauiam, coniugemque, quæ eum comitabatur, tradit custodiæ. Inde Albertum Austriacum generum, cum filium haberet nullum, coram Hungaricis & Bohœmicis proceribus vtriusque regni scribit hæredem, legatosque nominat, de voluntate post obitum apud ordines re-

& extrema regnorum cura.

(t) Conuocationem ad hæc comitia & varia acta publica exhibent LEHMANNVS *Chr. Spir. Lib. VII. cap.* XCII. *Celeb.* DATTIVS *lib. I. cap. XVI.* Ratisbonensia comitia & varia in iis acta hoc tempore memorat DVBRAVIVS *lib.* XXVII. *pag.* 715. *sequ.*

regnorum renunciaturos. (v) Quo facto obiit ſeptuagenarius, & ſi quisquam plurimis perfunctus maximisque negotiis. Corpus ex voluntate eius ductum in Hungariam Varadinum. (x) Coniux *BARBARA* poſt obitum ex cuſtodia dimiſſa libidinoſiſſime exegit vitam ; quam ſemper viuente marito, nec valde eius mores curante, cum ipſe adprime vagis delectaretur amoribus,

(v) ÆNEAS SYLVIVS *Bob. Hiſt. cap.* *LIII. Addit. ad* BENEVENVTVM *p.* 15. ANDREAS *Presb. pag.* 60. 61. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCCXXXVII. *pag.* 396. AVENTINVS *lib. VII. cap.* XXV. *n.* XV. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 303. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 282. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVIII. *p.* 1060. DVBRAVIVS *lib.* XXVII. *pag.* 717. *ſequ.*

(x) ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Bob. cap.* *LIII. LIV.* ANDREAS *Presb. p.* 60. *M. Chron.* BELGICVM *p.* 357. JAC. DE KOENIGSHOFEN *cap.* II. *p.* 148. 149. NAVCLERVS, TRITHEMIVS, *l. cit.* CVSPINIANVS *pag.* 399. MVTIVS *lib.* XXVII. *pag.* 283. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 303. DVBRAVIVS *lib.* XXVII. *p.* 719.

bus, libidinose & intemperanter egerat. (y)

CAPVT VI.

JVRIVM PVBLICORVM NOTITIA.

I.

Jus publicum Germaniae magis certum.

Quae dubia incertaque diu magnam partem fuerunt publica Germaniae nostrae iura, modo incipiunt fieri certiora & confirmatiora: cum depulsis aliquantum erroribus, quos diu attonita Paparum veneratio induxerat; tum conscriptis publico consensu sanctionibus, quibus dubia & controuersa iura definita sunt. Praecipua omnium eaque *Lex fundamentalis*, quam moris est adpellare, ab *AVREA BVLLA* denominata, in nostram inci-

(y) ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Frid.* III. *p.* 43. *Hist. Bob. cap.* LIII. DVBRAVIVS *lib.* XXV. *pag* 664. *lib.* XXVIII. *pag.* 739. 740.

incidit ætatem. (z) Hæc poſita inſtar fundamenti, ſequenti æuo pluribus occaſionem dedit ſanctionibus, quæ quaſi firmamenta reipublicæ tutiorem demum & ſecuriorem reddiderunt publicum Germaniæ noſtræ ſtatum.

II. Fuerunt Reges noſtri, vt ſemper, perpetuo iure ROMANI IMPERATORES ET ITALIÆ REGES. Vtrique dignitati proxime Sigismundus Mediolani & Romæ inauguratus eſt. Quantumvis etiam per Papæ fraudes temporisque iniuriam multo iam laxiora cœperint eſſe Italorum obſequia, ipſi tamen Itali teſtati clientelam: dum Mediolanenſis, Mantuanus, & alii principes, rogarent ab imperatoribus augmenta dignitatum & honorum: dumque ipſi vicariam profiterentur poteſtatem ſuam, & paſſim adhuc omnes acciperent leges, quas

Reges Germaniæ ſemper Romani Imperatores.

(z) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLVI. *pag.* 229. 230. Ceteri auctores citati *hoc libro cap. II. num. IX. litt. ſ.*

NoumImperii Insigne. quas nostri reges ferrent. (*a*) Quod nouum Romani Imperii insigne *Aquilæ bicipitis* effigiem Sigismundus constituit: id puto natum ex prisco errore, quasi nostrum imperium vetus Romanum perpetuauerit; iure adeoque certo complecti nunc cœperit Orientem, qui collabascente Græcorum potentia iam vndiquaque a Turcis occupetur. Non dubito errorem promouisse simul Papam, cuius intererat, cum antecellere dignitate ipso cœperit imperatore, potentissimum haberi & nominari imperatorem, dummodo ne eius potentia re ipsa sit formidabilis. (*b*)

Imperii Germanici forma. III. *TEVTONICVM* istud esse *IMPERIVM*, cui dignis olim rationibus Romani nomen obtigit, sæpe & sæpius monuisse non piget. Qui istud

(a) Vid. Diplomata *SIGISMVNDI* apud *Ill.* LEIBNITIVM *T. I. Cod. Dipl. Num.* CXXIV. CXXVI. CXXVII. *pag.* 205. 209. *sequ.*

(b) Quicquid alii iudicent, ægre id insigne antiquiori ætate reperitur.

istud administratum & administrandum sit, magis modo publicæ leges definiunt: Imperatoris nomine curata omnia, vt, paucis exceptis, interueniret tamen rebus omnibus ordinum deliberatio & consensio. (c) Erat vero Electorum proprium, vt præcipue cum Imperatore publicæ saluti prospicerent, & decernerent, si quæ causæ non possent communem exspectare consultationem. (d) Postulauit Sigismundus, vt publicorum horum iurium summa referretur curate in litteras, ne errore peccaretur aut ab Imperatore, aut ab Ordinibus. (e) Fecerunt autem causæ non simplices, vt illi non satisfieret postulationi.

IV.

(c) Vid. SIGISMVNDI *Epistola ad Spirenses apud* LEHMANNVM *Chr. Spir. lib. VII. cap. LXXXII. &* XCII.

(d) A. B. *Tit. XII.* GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. Æt. VI. cap. LXX.*

(e) *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 303. DVBRAVIVS *Boh. Hist. lib. XXVII. pag.* 715. 716.

Dimissæ illustres Germaniæ clientelæ.

IV. Ceterum illud multis olim illustribus *CLIENTELIS* ornatum nostrum imperium, passim eas & perdidisse & deseruisse alibi visum est. *Burgundia* quidem non tam in clientela, quam in complexione nostri fuit imperii: & ipsa tamen valde conuelli cœpta, & pars sensim pedetentimque abalienari a Germania. *Lotharingia* etiam vtraque, certa quondam Germaniæ prouincia, multum turbari & pars eximi ab imperii cura multis modis cœpit. (*f*) Sed minime ius dimisisse suum nostros imperatores, vel id testatur; quod noua sanctio rursus perpetuum *Archicancellarium per Galliam*, (puto Galliæ veteris partem Lotharingiam, adiunctam deinceps Germaniæ,) *&* *Arelatense regnum* Treuirensem Archiepiscopum constituit: quod honores nouos & petiere Burgundiæ & Lotharingiæ principes ab imperatoribus, & obtinuerunt: quod demum leges & priuilegia Lotharingis

Burgundia & Lotharingia pleno iure adhuc a Germania seruata.

(f) Conf. *supra hoc Libro cap. I. num. II.*

ringis & Burgundionibus dedere, & vtrorumque cauſas ſupremo iure noſtri reges iudicarunt. (*g*)

V. In *REGIIS JVRIBVS* mutatum reperio prorſus nihil: paciſci quædam cum Ruperto Electores cœperunt: quæ leuia ſunt initia præſcriptarum inde Imperatoribus *Capitulationum*. (*h*) Negatum modo Imperatoribus, vt imperii bona diſſiparent, aut abalienarent; omnino, vt pignori darent. Factu vero id opus fuerat, cum integra adhuc illa bona eſſent. Sera etiam hic in fundo erat parſimonia. Prohibiti imperatores, quo minus promiſcue concederent petentibus priuilegia; ſi maxime ea cederent aliorum damno *Jura regia, paſſim circumſcripta.*

P

(g) A. B. *Tit. I. Num. XII. Geſta* BALDVINI *lib. III. cap. IX. M. Chron.* BELGICVM *pag.* 305. Aurea Bulla Brabantinis conceſſa exhibetur a THVLEMARIO *De Aurea Bulla pag.* 131.

(h) Vid. *Rubrica, Capitulatio Ruperti Reg. Rom. &c. in* VLRICI OBRECHTI *Apparatu I. P. pag.* 71. Iſtiusmodi pacta cum Electoribus videtur præcipere A. B. *Tit. II. Num. IIX. IX.*

mnno atque incommodo. (*i*) Præter reliqua vero, ius Academias condendi, vrbes erigendi, & quæ ſunt eius generis iura alia, imperatorum hac ætate propria fuiſſe legimus. (*k*)

Electionis Regiæ iura & ſolennia ſtabili lege definita.

VI. *REGIÆ ELECTIONIS* quæuis ſolennia accurate illa ex Aurea Bulla denominata ſanctio definiuit. Sublatæ ita lites cunctæ, quæ olim moueri conſueuerant. Quem maior pars præſentium electorum renunciauerit imperatorem, is talis eſſe iuſſus. (*l*) Sancitum vt ex antiquiſſima conſuetudine *Francofurti* eligatur, *Aquisgrani* inauguretur, & *Noribergæ* prima comitia habeat neuus

(i) Data maximo vitio talia acta Wenceslao, teſte *Formula exauctorationis apud* VRSTISIVM *Tom.* II. *pag.* 180. *&* *in* VLR. OBRECHTI *Apparatu I. P. pag.* 55.

(k) Illuſtria exempla iuris ciuitatem dandi. BROWERVS *Ann. Treuir. Lib. XVI. pag.* 172. iuris Doctores & Equites creandi. ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Frid.* III. *pag.* 81.

(l) A. B. *Tit.* II.

nouus imperator. (*m*) Decretum, vt quoties initum fuerit interregnum, vicarium gerant imperium *Comes Palatinus* & *Saxo* Electores: alter in Sueuia, Franconia, & ad Rhenum, & vbicunque Franconicum ius valeat; alter, vbicunque Saxonicum ius obſeruetur. Porro definita *Archiofficiorum* adminiſtratio, & deſignati, qui pro Archiofficialibus fungerentur vicariis muniis. (*n*)

VII. COMITIORVM iura, quæ ſemper, nunc adhuc ſunt ſeruata. Diſtincta *tria* in comitiis *collegia*, Electorum, Principum, & Ciuitatum, in hac ætate videntur clarius ſpectari. (*o*) Cum in Huſſitico bello conſultaretur de præſtando pu- *Comitialia iura.*

P 2 blice

(m) A. B. *Tit.* I. *Num.* XIX. XXIV. *Tit.* II. *Num.* I. *Tit.* XXVIII. *Num.* V.

(n) A. B. *Tit.* IV. V. XXII. XXVI. XXVII.

(o) *Proceſſum Comitialem* ex publicis actis docet LEHMANNVS *Chron. Spir. lib.* VII. *cap.* LXXX.

blice milite & impensis in militiam faciendis, prima *Matricula* Imperii ordinum confecta est, indicatura, quid vellet possetque quilibet in commune conferre. (*p*) Callidiores quidam exemplum metuentes, minoris vires suas æstimarunt; maioris alii, futurorum incuriosi, præsentisque cupidiores gloriæ: quæ veræ sunt & primæ inæquabilis matriculæ rationes.

Matricula imperii.

Causæ comitiales.

VIII. *LEGES* semper in comitiis latas esse, nec alibi de præstando milite, de bello, de pace, consultatum esse; plurima nunc etiam exempla testata sunt. Deliberatum omnino in comitiis de abdicando Wenceslao, qui negligentius habuerat imperium. (*q*) Plurimæ

Pacis

(p) Exhibent primam hanc Matriculam SCHILTERVS *in Hussitica Exped. Actis T.* II. *l. R. pag.* 3. *sequ.* & DATTIVS *lib.* I. *cap. XXIV.*

(q) Variæ causæ comitiales. JAC. DE KOENIGSHOFEN *Als. Chron. cap.* II. *pag.* 142. GOBEL. PERSONA *Æt.* VI. *cap.* LXXXIX. ANDREAS *Ratisb. pag.* 49. 50.

Pacis publicæ formulæ in Rhenanis prouinciis, in Franconia, in Sueuia, promulgatæ: non cauſa alia, quam quod libera priuatorum ſimultatum & inimicitiarum perſecutio, *diffidationes* nuncuparunt, infeſtas frequenter redderent regiones. (*r*) Quum malo huic nondum parari potuerit idonea medicina, manſit hoc proximam ætatem, vt iuſto ordine diſtributis Germaniæ prouinciis iudiciisque ſalubribus conſtitutis dirimerentur deinceps lites legibus, armis hucusque dirimi ſolitæ.

IX. In imperii noſtri *ORDINES* hactenus imputati *Sabaudiæ Dux*, & vtriusque *Lotharingiæ Principes.* Quam vero hi nunc cœperint agere liberiores, & paſſim ſe abdicare cura imperii, modo dictum eſt. (*s*) Donati iam porro Germanica ciuitate & in principum imperii ordi- *Ordines imperii.*

(r) LEVOLDVS A NORTHOF *Chron. Marc. pag.* 406. *Diffidationes* non tollit ſed definit A. B. *Tit.* XVI.

(s) Vid. Diplomata apud LEIBNITIVM *T.* I. *Cod. Diplom. Num.* XCIV. *pag.* 207. *N.* CXXIV. CXXVI. *pag.* 305. 309.

nem cooptati *Megapolitani* sanguinis Slauici principes. (*t*) Cum Sigismundus vero Hungariæ regnum iunctum vellet Germaniæ, re in comitiis deliberata recusarunt principes imperatoris rogationem. *Liberarum* atque *imperialium vrbium* post territoria principum clausa non est auctus numerus. Quæ fuerunt vero in ciuitatum illarum ordine, non suffragandi solum ius in consultationibus habuerunt, sed etiam in decisionibus comitialibus. Distinctio *imperialium* & *liberarum* imperii ciuitatum non habet nulla in ætatis nostræ monimentis vestigia. (*v*)

Imperiales ciuitates.

Electorum iura lege firmata.

X. ELECTORVM iura eximia solis quondam consuetudinibus con-

(t) *Chron.* SCLAVICVM *pag.* 208.

(v) Vid. *Comitialia Acta apud* LEHMANNVM *Chr. Spir. lib. VII. cap. LXXX.* Distinctio inter liberas & imperiales ciuitates. JACOBVS DE KOENIGSHOFEN *Als. Chr. cap. II. n.* 202. *&* SCHILTERVS *ibi in Notis pag* 611. *Notabilis formula Constantiensis fœderis ciuitatum apud* LEHMANNVM *lib. VII. cap. LXVII.*

constantia lex Caroli noua plene stabiliuit. Electoratus indiuidui esse iussi, itaque clausi, vt nec euocare ciues ex eis liceat, nec quicquam iuris in eis statuere. Iussi electores esse non violabiles, & maiestatis damnati, quicunque contra eos quidpiam ausi fuerint. (*x*) Quod de reliquo iure monetas cudendi, Judæos recipiendi intra territoria, metallique fodinas aperiendi, Electores lege illa donantur: (*y*) satis est id ad probandum, nondum tunc promiscue reliquos principes hæc iura, quæ sane quidem spectabant ad plenam territorialem superioritatem, occupasse. Verum occuparunt demum vi illius superioritatis rectius exploratæ omnes etiam principes illa iura, quæ nonnulli ignari suorum iurium priuilegiis Cæsarum antehac debuerunt. (*z*) *Principum iura.*

P 4 XI.

(x) A. B. *Tit. VII. VIII. XI. XIII. XX. XXIV. XXV.*

(y) A. B. *Tit. IX. X.*

(z) Vid. Diplomata apud LEIBNITIVM *Num.* CXXIV. *pag* 305. *Num.* XCIV. *pag.* 207. GOLDASTVM *Constit. Im.*

Priuatum ius.

XI. *PRIVATVM JVS* reddi modo cœpiſſe ex *decretis Juſtiniani* cura collectis; hoc maxime ſuadet, quod monuit Sigismundus, ne peregrinis obrui ſe legibus principes paterentur. (*a*) Scilicet, qui in nouis Academiis profitebantur iura, docti Romanas in italia leges non poterant niſi eas commendare & inculcare. Sed iudices hiſce in ſcholis inſtituti, patriosque faſtidire adſueti mores, magiſtrorum doctrinam porro in ipſa intulere fora. *Longobardicas* etiam *feudales conſuetudines* Ruperto imperante vim legis in Germania habuiſſe, eius ſanctiones comprobant. (*b*)

CAPVT

per. T. I. pag. 330. SCHILTERVM *ad I. F. Alemannicum cap. XLII. p.* 244.

(a) *SIGISMVNDI decretum habet* GOLDASTVS *Statut. Imp. Germ. P. II. pag.* 98.

(b) Vſum I. Ciu. & Canon. nunc receptum probat multis Chartis & Diplomatis HERTIVS *Diſſert. de Conſultat. Legibus & Iudiciis in ſpecialibus Rom. Germ. Imperii Rebuspublicis. Num. XIV. Operum P. II. pag.* 423. *ſequ.* De Longob. Feud. Iuris vſu vid. IDEM *&* SCHILTERVS *ad Ius Feud. Alemannicum cap. XL. Num. IV.*

CAPVT VII.

GERMANIAE PRINCIPES.

I.

Regnatricium in Germania familiarum præcipua *Bohœmica* tres hac ætate Imperatores dedit. CAROLVS magis regni patrii quam imperii amans, dum hoc quodammodo deserit, & dissipatis eius bonis humilius reddit, illud extollit, & insignibus auget diuitiis. (c) WENCESLAVS vero filius non magis regnum, quam imperium tutum habuit. Bis captus custodiæque a Bohœmis datus crudeliter aspereque suas iniurias vltus est. *Husso* eiusque doctrinæ fauens in magnum Papæ & Clericorum odium incurrit: vnde passim pessime audit

Boiobœmi reges.

An. cIↄ CCC-LXXVIII.

P 2

(c) ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap. XXXIIII.*

An. cIↃCCCC IX. audit in hiſtoriis. *Pragenſis Academia* frequentiſſima Huſſi ſtudio, nec male cupiente Rege, a Germanis deſerta eſt. (*d*) Mox Huſſus fortius inſurgens Papæ ad Conſtantienſe demum concilium euocatus eſt: vbi contra ſancte datam fidem extremo adfectus ſupplicio, maximis Germanorum & diuturnis cædibus vindicatam per Huſſitas necem habuit. (*e*) cIↃCCCC XIIX. Cum orientibus hiſce turbis Wenceslao exſtincto, SIGISMVNDVS frater regni hæres in tutam regni poſſeſſionem non venit, donec poſt grauiſſima bella ſatisfactum Huſſitis eſſet. (*f*) *Hungariæ* ſimul *Rex*, quæ regna poſt impera-

(d) ÆNEAS SYLVIVS *cap.* XXXV. THEODOR. ENGELHVSIVS *pag.* 292. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCII. *pag.* 315. DVBRAVIVS *lib.* XXIII. *pag.* 614. 615.

(e) *Vid. hoc Libro Cap. V. Num.* XI. XIII. Conf. ÆNEAS SYLVIVS *Boh. Hiſt. cap.* XXXVI. XXXVIII. XL. XLII. XLVII. XLVIII.

(f) ÆN. SYLVIVS *cap.* LII.

peratorium nomen in titulo exprimere consueuit, (g) vtriusque regni eximiam hæreditatem, ALBERTO genero hærede scripto, optimo omine in Austriacam domum vice prima intulit. (h)

II. *Palatini* Electores nostra ætate *Ruperti Tres* fuere cum *Ludouico Barbato*, qui & Cœcus adpellatus est. RVPERTVS I. dignitate electorali soli Palatinæ domui contra Ticinensia pacta parta magnum in suam gentem decus intulit. (i) Eius ex *Adolpho*, seniore fratre, nepos RVPERTVS II. *Tenax* adpellatus, *Bipontini* Comitatus partem emit, & *Superiorem Palatinatum*, cuius pars

Palatini Electores.

An. clↄ CCC-LVI.

clↄ CCC-XC.

(g) Vid. *Diplomata* SIGISMVNDI *apud* LEIBNITIVM *Tom.* I. *Cod. Dipl.Num*, CXXIV. CXXV. CXXVI.

(h) ÆNEAS SYLVIUS *cap.* LIII.

(i) CAROLI *decretum* habet GOLDASTVS Constit. Imp. T. I. pag. 351. Vid. de RVPERTIS hisce ANDREAS *Ratisb. pag.* 37. 38. *Diploma apud* LEIBNITIVM *T. I. Num*, CIII. *pag.* 235.

pars plurima a Carolo Boiohœmi Rege nomine dotis coniugalis occupata fuerat, armis recuperauit.

An. cIↃ CCC-XCVIII. RVPERTVS III. filius egregie Palatinum patrimonium emta *Simerensi* ditione aliisque bonis acquisitis auxit. Imperatoria ornatus dignitate magis habuit, vnde ditaret prouinciam. (*k*)

cIↃ CCCC X. LVDOVICVS, filius, Sigismundi Cæsaris beneficio dignitatem nuper acquisitam magis confirmatam habuit. Vicarium gessit imperium patre in Italia agente, & rursus, postquam ille esset functus fatis. Egit præsidem Constantiensis synodi, & vt voluntati Cæsaris satisfaceret, iam senex latinæ linguæ dedit operam. (*l*) Fra-

(k) AVENTINVS *Ann. Boic. lib.* VII. *cap.* XXII. *n.* III. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCLXXXI. *pag.* 277. ANDREAS *Presb. pag.* 38 40. THEOD. ENGELHVSIVS. *pag.* 288.

(l) Vicariatus Diploma exhibet *Ill.* LEIBNITIVS *Cod. Dipl. T.* I. *Num.* CXIII. *pag.* 263. Nouis priuilegiis donatus, testibus Diplomatis apud GOLDASTVM *Tom.* I. *Const. Imp. pag.* 398. Præsidium Concilii gessit Ludouicus. THEODORICVS DE NIEM *in Vita Joh.* XXIII. *pag.* 31.

Frater *Stephanus* conditor Simmerensis familiæ fuit. *Johannis* & *Ottonis* fratrum cito defecit posteritas. (*m*)

III. *Boioariæ* ducum felix pater satorque STEPHANVS, cui Fibulati nomen est, vix obierat, cum contra Ludouici Cæsaris vota iussaque per nefarias diuisiones admodum Boioaria infirmaretur. Trifariam dispertierunt ditiones *Fridericus*, *Stephanus*, *Johannes*, fratres. (*n*) JOHANNIS posteri hodieque florent, ceterarumque gentium, quarum vna Ingolstadiensis dicta a Stephano oriunda in nepote, altera Landshutana in pronepote, exstincta est, prouincias cum suis coniunxerunt. Johannis filii ERNESTVS & *Wilhelmus* rursus bifariam diuiserant Monacensem regionem. Hoc autem mortuo solus Ernestus in filium ALBERTVM, *Probum* dictum,

Boioariæ Duces. An. cIↃ CCCLXXV.

cIↃ CCCXCVI.

cIↃ CCCCXXXIIX.

(m) ANDREAS *Presb. Chr. Bau. pag.* 40. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCCXXXV. *pag.* 393. 394.
(n) ANDREAS *Presb. pag.* 36. 39.

ctum, transtulit Monacensem hæreditatem. (o)

An. cIↃ CCCLVI. *Saxonici Electores.* IV. In *Saxonia* RVDOLPHVS I. Elector filium RVDOLPHVM II. eodem anno successorem habuit, quo publica sanctione Carolus Cæsar, rejecta *Erici* Lauenburgici petitione, dignitatem Electoralem eius genti confirmauit. (*p*) Verum cito illustris illa gens defloruit. Rudolphus sine relicta prole fatis functus WENCESLAVM fratrem, & iste non adeo diu administrata prouincia filium RVDOLPHVM III. hæredem reliquit. (*q*) Hic prudens sed parum fortunatus princeps optimæ spei duo filios *Sigismundum* & *Wenceslaum*, miro fato collapsæ cuius-

cIↃ CCCLXX.

cIↃ CCCLXXXIIX.

cIↃ CCCCVI.

(o) ANDREAS *Pr. pag.* 39. 45. 47. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXII. *num.* XXVIIII. Septem simul Boiorum Reguli Straubingæ. AVENTINVS *lib. cit. cap.* XXIV. *num.* XLIV.

(p) A. B. *Tit.* VII. *Num.* II. *Tit.* XXV. BOTHO *Chron. Brunsuic. Pictur. p.* 381

(q) BOTHO *l. cit. pag.* 381. 389.

cuiusdam turris ruinis ſimul oppreſſos vidit. Ipſum in bello Hus-ſitico veneno necatum ALBERTVS III. frater excepit, qui poſt alterum biennium ſubito terrore perculſus, vltimus Aſcaniæ in Saxonia gentis, inopinanter obiit. (*r*)

An. cIↃCCCC XIIX. cIↃCCCC XXII.

Electoratus Saxonicus nouæ genti cedit.

V. Tum multa contentione *Ericus* Lauenburgicus Saxonicum Electoratum, quippe erat proximus agnatus, popoſcit: prætereaque *Fridericus* Brandenburgicus, quod filius *Johannes* Barbaram Rudolphi III. filiam duxerit, Saxoniam petiit. At quod diu in odium Cæſarum Lauenburgici Duces incurrerant, Sigismundus cauſatus neglectionem ſimultaneæ, quam nuncupant, inueſtituræ, Erico repudiato, placatoque Friderico, FRIDERICVM *Bellicoſum*, Miſniæ Marchionem, Saxoniæ Electorem & Palatinum Poſonii renuntiauit, & Bingæ in collegium

cIↃ CCCC XXIII. cIↃ CCCC XXIV.

(r) P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 852. 854. ALBERTVS KRANTZIVS *Saxon. lib.* XI. *cap.* III. X. BOTHO *Chron. Pict. pag.* 393. 394.

gium Electorum, communi horum consensu introduxit. (*s*) Erat is Fridericus *Friderici Seueri* nepos, *Friderici Strenui* filius; princeps optime de Sigismundo Cæsare & de Germania meritus, adeoque dignissimus visus dignitate: quam alioquin etiam putabatur mereri, quod a prisca *Wittekindea* gente ex communi opinione oriundus foret. (*t*) Obiens filio FRIDERICO, *Placido* cognominato, electoratum reliquit. Sed isti post Hussiticas clades, quas eo tempore Misnia multas accepit, magnæ fuerunt cum fratre *Wilhelmo* de ceteris prouinciis paternis lites: quæ sæpe & sæpius ad grauia prorupe-

An. cIↄ CCCC XXVIII.

(s) Vid. *Hoc Libro Cap. V. Num.* XIII. *litt. b. i.* Conf. KRANTZIVS *Saxon. lib.* XI. *cap.* X. XIII. BOTHO *Chron. Pictur. pag.* 399.

(t) Natales eius & laudes patris. PAVLVS LANGIVS *Chr. Citic. pag.* 839. 845. 856. Fœdus cum eo *CAROLVS* rex Galliæ fecit, teste Tabula apud LEIBNITIVM *Cod. Diplom. T.* I. *Num.* CXLVIII. *pag.* 376. Wittekindeæ stirpi debita dignitas. ALBINVS *Chron. Misn. Tit.* XVI. *pag.* 216.

rupere bella, nec quam ſero amicis pactionibus terrisque diuiſis ſunt compoſitæ. (v)

An. cIↄ CCCC L. LI.

VI. *Brandenburgicus* Electoratus modo miris viciſſitudinibus conflictari incipit, dum ſtabiliori fortunæ ſuæ proximus eſt. Ex Bauarica domo LVDOVICVS LVDOVICO, fratri, *Romano* dicto, ceſſerat ditionibus; & hic defunctus ſine prole OTTONEM fratrem hæredem habuerat. (x) Otto ducens *Annam Caroli* Imperatoris filiam pactus erat cum ſocero, vt prouinciam Bohœmi principes acciperent, ſi forſitan multi hæredes ſupereſſent ſibi. Hæc pacta abrogaturus a ſocero coactus eſt continuo accepta quadam pecunia regione cedere: (y)

Brandenburgici Electoratus viciſſitudines. cIↄCCCLI.

cIↄ CCC-LXVI.

Q quam

(v) *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 360. P. LANGIVS *pag.* 856. 859. 861. 862. 863.

(x) ANDREAS *Presb. pag.* 36. 38. AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XX. *Num.* XII. XV. XX. *cap.* XXI. *num.* I

(y) AVENTINVS *Ann. Boic. lib.* VII. *cap.* XXI. *num.* XIII. ANDREAS *Presb. pag.* 38. DVBRAVIVS *lib.* XXV. *pag.*

An. quam Carolus primum filio *Wen-*
cIↃ CCC- *ceslao*, mox SIGISMVNDO tradi-
LXXIII. dit. (z) Sigismundus eam in Hun-
cIↃ CCC- garicis turbis pignori dedit *Jodoco*,
LXXVIII. & *Procopio*, Morauiæ Marchionibus, agnatis. Ab horum aliquo aut a Sigismundo ipſo eam porro accepit *Wilbelmus*, *Diues* dictus, Miſniæ
cIↃ CCCC Marchio. (*a*) Huic reddidit Sigis-
XI. mundus, quamprimum eſſet imperator factus, pretium, eoque modo repignerauit Brandenburgicas ditiones. (*b*)

VII.

653. Vitioſe TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCC LXXIX. *pag.* 274.

(z) DVBRAVIVS *lib. XXV. pag.* 653. KRANTZIVS *lib.* IX. *Vandal. cap.* X. XXXI.

(a) AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXIII. *num.* XIV. XVI. KRANTZIVS *Saxon. lib. X. cap. XV. XVI. Vandal. lib. IX. cap. X. XXIV. XXXI.*

(b) KRANTZIVS *Vandal. lib. IX. cap. XXXI. FRIDERICVS* ipſe videtur repigneraſſe Marchiam. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 352. quippe diu Marchiæ Procurator. GOBELINVS PERSONA *Cosmodr. Æt. VI. cap.* XC. *pag.* 331.

VII. Erat vero eo tempore FRIDERICVS, Noribergensis Burggrafius, *Friderici V.* filius, *Johannis*, qui optimo omine Brandenburgicam prouinciam aliquando gubernauerat, nepos; (*c*) multis maximisque meritis Sigismundo Cæsari commendatissimus. Horum memor & conscius Cæsar in Constantiensi concilio Brandenburgicum Electoratum amicissimo illi Friderico, qui prouinciam hactenus gubernauerat, nunc plene publica tradidit auctoritate: & vt suppleretur iustus Electorum numerus, & vt digna maximis meritis gratia referretur. (*d*) Adiectæ quidem conditiones parum fauorabiles: vt copia detur repignerandi prouinciam Wenceslai simul ac Sigismundi posteris; vtque sine prole mortuo Friderico prorsus Boiohœmo redderetur Marchia.

Brandenburgicus Electoratus nouæ genti cedit.

An. cIↃCCCC XV.

(c) REIN. REINECCIVS *in Orig. Brandenb. stirpis.*

(d) Vid. *Hoc Libro Cap. V. Num. IX. litt. s.*

chia. (*e*) Sed dudum exſtincta Luzelburgica gente floret hodieque gens auguſta, cui tunc felix poſſesſio Marchiæ obuenit. Vendita quædam ea occaſione a Friderico Noribergenſibus: vt ſeruata vero fuerint & ſecularia & eccleſiaſtica feuda, prouinciale iudicium, Burggrafiatus, venationes, conductus, & ſi quæ alia regalia, ſic ea adpellari moris eſt, dudum Burggrafiorum propria fuerint. (*f*) Elector Fridericus ferociores impatientesque prope

(e) Conditio a THEODOR. ENGELHVSIO *Chron. pag.* 295. memorata vana eſt. Probat autem reliquas conditiones JOH. CERNITIVS *in Vita Frid. I. Elect. pag.* 8. 9. & Titulus Brandenburgici Electoris ſeruatus a *SIGISMVNDO*, teſtibus Diplomatis *apud* LEIBNITIVM *Tom. I. Cod. Dipl. Num.* CXXVI. *pag.* 309. *apud* GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom. III. pag.* 442.

(f) ANDREAS *Presb. Chron. Bau. pag.* 43. Quid præcipue ſit venditum Noribergenſibus, vid. diſputatum a RENSCHIO *in Brandenburg. Cederbayn. pag.* 140. & WAGENSEILIVM *Hiſt. Norib. lib.* II.

pe noui imperii equitum animos compreſſit; Vckeranam inde Marchiam vindicauit bello, priſcosque Marchiæ fines reſtituit. Dux belli cum Huſſitis adminiſtrati delectus parum proſpere, ſed nulla ſua culpa, egit. (*g*)

VIII. *Brunſuicenſis & Luneburgicus* Ducatus ætate nupera primum diuiſi, exſtincta Luneburgica a *Johanne* Duce oriunda domo, iam poſt plurimas lites coniunctim obuenere filiis *Magni*, *Torquati* cognominati, pronepotis *Alberti*, Brunſuicenſis antiquioris familiæ ſatoris. (*h*) FRIDERICVS Dux, non ignarus crebrarum calamitatum, quas frequentes regionum diuiſiones ſubinde adferant, perſuaſit fra-

Brunſuicenſis & Luneburgicus Ducatus.

An. cIↄ CCCLXXXIIX.

Q 3 tri-

(g) P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 850. 851. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCXVII. *pag.* 355. 356. KRANTZIVS *Vandal. lib. X. cap.* XXX. *lib. XI. cap.* III. V. VIII. ANDREAS *Presb. pag.* 49. 50.

(h) ALB. KRANTZIVS *Saxon. lib.* IX. *cap.* XXXVI. XXXVIII. *lib. X. cap. V. VI. Chron.* LVNEBVRGICVM *Vernac. pag.* 177. 178. *ſequ.* BOTHO *Chron. Brunſuic. pag.* 385. *ſequ.*

tribus, vt primogenituræ ius omnes adprobarent. Vix autem cæso Friderico, cum ad proximam electionem imperatoriam destinatus esset, (i) pacta nulla Cæsaris intercedente auctoritate facta fratres diremerunt; iterumque diuisis regionibus BERNHARDVS Luneburgicas, HENRICVS Brunsuicenses, terras, obtinuit. (k) Gens vtraque multa posteritate beata diu floruit: sed Luneburgicæ domus fortuna tandem præualuit, eaque iterum post satis longa temporis interualla Brunsuicenses ditiones cum suis coniunxit.

An. cIↃ CCCC.

Austriacæ ditiones varie diuisæ.

IX. *Austria* nostra ætate crebris diuisionibus adflicta est, quæ mox vero felicem habuerunt exitum, vt ad

(i) Vid. *Hoc Libro Cap. IV. Num. I. litt. o.* Conf. KRANTZIVS *Saxon. lib. X. cap.* XIX.

(k) KRANTZIVS *Saxon. lib. X. cap.* XXVIII. & add. *Lib.* XI. *cap.* XVII. *Chron.* LVNEBVRGICVM *Vernac. pag.* 196. *ad ann.* cIↃCCCCIX.

ad vnum rurſus ſumma rerum rediret. ALBERTI, *Contracti* dicti, quatuor filii *Rudolphus*, *Albertus*, *Leopoldus*, & *Fridericus*, communi primum nomine rexerunt auctas ditiones, mox defunctis ſine prole relicta Rudolpho & Friderico fratribus, reliqui duo diſpertitis prouinciis ALBERTVS, *cum Trica* nuncupatus, Auſtriacæ, alter LEOPOLDVS, *Probus* cognomine, Tirolenſis gentis fuerunt conditores. (*l*) Siquidem Tirolenſis Comitatus nuper Auſtriæ ex *Margaretha* donatione plene ceſſerat. (*m*) Gens *Auſtriaca* dedit ALBERTVM, Alberti filium, qui *Mirabilia Mundi* dictus eſt;

An. cIɔ CCCLVIII.

cIɔ CCCLXV.

Auſtriaca familia propria.

(l) GERHARDVS DE ROO *Hiſt. Auſtriaca lib. III. pag.* 102. 105. 106. 108. 110. 111. ſtrictim ALBERTVS ARG. *pag.* 129. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔ CCCLVIII. *pag.* 234.

(m) GERH. DE ROO *Hiſt. lib.* III. *pag.* 103. 104. 108. ANDREAS *Presb. p.* 37. Male Matrimonium Margarethæ cum Rudolfo memorat AVENTINVS *lib.* VII. *cap.* XXI. *num.* VI. VII. X. Iam ante Carinthia Auſtriacis obuenerat. ALBERTVS ARG. *pag.* 125.

An. cIↄ CCCC XXXVIII. est; ALBERTVMque nepotem, cui tantum fortuna fauit, vt vno anno Bohœmiæ Hungariæque regna ſimul ac Germanicum imperium ipſi tribueret. Huius autem

cIↄ CCCC LVII. Alberti filius poſthumus LADISLAVS inopinato obitu præcipuam finiuit Auſtriacam ſtirpem. (*n*)

Tirolenſis familia. X. Tum rerum eſt potita gens altera *Tirolenſis* dicta, & ipſa in plures diuiſa familias. *Leopoldi* quatuor erant filii; *Wilhelmus*, *Fridericus*, *Leopoldus*, *Erneſtus*. Reliquis ſoboles nulla fuit. FRIDERICVS SIGISMVNDVM filium in Tirolenſem comitatum habuit ſucceſſorem, qui & ipſe nullam vidit prolem. (*o*) ERNESTI, *Ferrei* cognominati, duo filii fuerunt FRIDERICVS & *Albertus*. Ad Fridericum demum fratre & agnato defunctis, Auſtriæ totius poſt plurimas regionis

(n) GERH. DE ROO *lib.* IV. *pag.* 124. 126. 127. *lib.* V. *pag.* 146. 156. 158. 164. 165. 167. *lib.* VI. *pag.* 211.

(o) GERH. DE ROO *lib.* IV. *pag.* 127. 128. 132. 133. *lib.* V. *pag.* 165. *lib.* XI. *pag.* 534.

nis calamitates possessio rediit: isque nouus augustæ domus parens satorque exstitit (*p*)

XI. *Burgundicæ* domus opes maximas dedit hac ætate mira pluri-um Germanicarum prouinciarum coniunctio. Duces quidem Burgundici & priores & posteriores a Galliæ Regibus sunt oriundi: & negant Galli, Ducatum Burgundiæ vnquam Germanicam fuisse, prouinciam. At, vt reliqua non disputem, non fuere potentes Duces, donec Germanicarum ditionum accessionibus augerentur: quo facto ipsi minime dubitarunt Germanicam vltro profiteri clientelam. (*q*)

Burgundicæ gentis insignia decora.

Q 5 PHI-

(p) GERHARDVS DE ROO *lib. IV, pag.* 141. 166. *lib.* VII. *pag.* 156.

(q) Diploma, quo *JOHANNES* Rex Galliæ *PHILIPPO* F. BVRGVNDIAE ducatum confert, habet *Ill.* LEIBNITIVS *Tom. I. Cod. Diplom. Num.* XCVII. *p.* 220. Adde vero aliud Diploma, quo eidem *PHILIPPO CAROLVS* Cæs. veniam ætatis tribuit, apud CHIFFLETIVM *Vind. Hisp. cap.* XIII. *pag.* 28.

An. PHILIPPVS, *Audax* adpellatus,
cIↃ CCC- *Johannis*, Galliæ Regis, filius, vix
LXI. priori Burgundica gente exſtincta
acquiſiuerat prouinciam, cum ducta
Margaretha Flandriam, Arteſiam,
Brabantiam, Limburgum, Antwerpiam,
Mechliniam, & Burgundiam
cIↃ CCCC minorem, vna acciperet. (*r*) Fi-
IV. lius JOHANNES, *Intrepidus* cognomine,
fratri *Antonio* linquere pro-
cIↃ CCCC uinciarum partem coactus. Verum
XIX. PHILIPPVS filius, *Bonus* vocatus, &
auitas ditiones recuperauit omnes,
& porro pluribus regionibus eas auxit.
Emit Luzelburgicum Ducatum
& Namurcenſem Comitatum. Ex
pactis acquiſiuit Batauiam, Zeelandiam,
Hannoniam, & Friſiam. Ita
præpotens princeps dignus regia viſus
dignitate, quam Fridericus Cæſar
ipſi obtuliſſe fertur. In nuptiis
cum *Iſabella* Luſitanica *Aurei Velleris*

(r) Formula Tractatus matrimonii cum *MARGARETHA* vid. apud LEIBNITIVM *T. I. Num.* C. *pag.* 223. *ſequ.* ALBERTVS KRANTZIVS *Vand. lib.* II. *c.* XI. Brabantiæ acceſſio. *Chron. Magnum* BELGICVM *pag.* 338.

ris Ordinem condidit; (*s*) qui hodieque omnium honoratissimus habetur. Obeuntem CAROLVS filius excepit: a quo demum ditissima hæreditas Austriacæ augustæ domui proxima ætate obuenit. An. cIↃCCCC XXX. cIↃCCCC LXVII.

XII. Quod pertinet ad ceterarum illustrium Germaniæ gentium fata; Carolus imperator ALBERTVM & JOHANNEM, *Megapolitanos Duces* renuntiauit, eaque in dignatione haberi in comitiis iussit. Idem WENCESLAO fratri, *Luzelburgico* Comiti, præter alios honores *Ducis* dignitatem in Metensi curia confirmauit. Porro ab eodem Cæsare *Dux* esse iussus GVILIELMVS, *Juliaci Marchio*, & *Princeps Comes* JOHANNES, *Comes Nassouius*. *Barrensis* etiam comitatus *Ducatus* a Carolo Cæsare adpellatus. (*t*) *Illustres dignitates a Carolo concessæ.* cIↃ CCC-XLIX. cIↃ CCC-LIV. cIↃ CCC-LVI.

XIII.

(s) *Chron M.* BELGICVM *pag.* 332. 360. 364. 368. 372. 375. ALB. KRANTZIVS *Vand. lib.* II. *cap.* XII. XIII. XIV.

(t) *Chron.* SCLAVICVM *pag.* 208. KRANTZIVS *Vandal. lib.* VIII. *c.* XXIII.

An. cIɔ CCC-LXXX. *Decora illustrium familiarum beneficio Wenceslai & Sigismundi parta.* cIɔ CCC-XCV. cIɔ CCCC XVII.

XIII. Wenceslaus GVILIELMVM *Comitem Montensem* aut creauit *Ducem*, aut saltem confirmauit. Idem *Vice comitem* JOHANNEM GALEACIVM *Ducem Mediolanensem* creauit: qua quidem causa in maximum Germaniæ principum odium eum incurrisse diximus. (*v*) Sigismundus Cæsar in Germania ADOLPHVM *Cliuiæ Comitem* ad *Ducis*, & HENRICVM *Plauensem* Dominum ad *Principis*, dignationem

Saxon. lib. IX. cap. XXVII. ALBERTVS ARGENT. *pag.* 161. *ad ann.* cIɔ CCC LIV *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 305. Diploma Ducatus Luzelburgici apud LEIBNITIVM *Tom. I. pag.* 207. *num.* XCIV. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔ CCCLVI. LXXI. *pag.* 229. 260.

(v) *CAROLO* adscribunt dignitatis nouæ concessionem ERDMANNVS *in Chron. Osnabrug. pag.* 237. HERM. DE LERBECKE *Chron. Schaumburg. pag.* 519. *WENCESLAVM* vero auctorem dignitatis probat NICOL. SCHATENIVS *Ann. Paderb. lib. XIV. pag.* 409. De Mediolanensi Ducatu vid. *Hoc Libro Cap. III. Num. IX. litt. c.*

nem euexit. (*x*) In Italia JOHANNEM FRANCISCVM GONZAGAM *Mantuæ Marchionem* & Vicarium imperii, & in Burgundicis ditionibus AMADEVM ex *Comite Ducem* conſtituit: id vtrumque commodo & nouo minime a Sigismundo deſertæ aut Italicæ aut Burgundicæ clientelæ argumento. (*y*)

An. cIↄ CCCC-XXXIII.

cIↄ CCCC-XVI.

CAPVT

(x) *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 356. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC-XVII. *pag.* 356. *Diploma apud* BECKLERVM *in Stemm. Ruthen. pag.* 62.

(y) Mantuani honores. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 290. NAVCLERVS *Vol. II. Chronogr. Gen. XLVIII. p.* 1055. DVBRAVIVS *lib. XXV. pag.* 668. Sabaudica dignitas. *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 356. THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 295. *Chron.* SCLAVICVM *pag.* 212. *Diploma apud* LEIBNITIVM *Tom. I. Cod. Diplom. Num.* CXXVI. *pag.* 309. Conf. THEODORICI DE NIEM *in Vita Joh. XXIII. pag.* 46. iudicium de Burgundicarum & Italicarum regionum clientela.

CAPVT VIII.

STATVS SACRARVM RERVM.

I.

Occasiones impugnatæ Papalis auctoritatis.

In *publicis caussis* plurimum de Pontificia auctoritate superiori ætate in Germania imminutum erat. Nouo tempore ipsa Paparum culpa obtigit, vt *sacra* eorum dudum stabilita *tyrannis* non in minorem vbique suspicionem veniret. Tres simul Pontifices Maximi creati alter alterum turpissime exagitarunt. Res indignissima visa, ipsis iis, qui sanctitate dominationis Papalis vulgo adserta plurimum erant fascinati. Inclamatum inde a pluribus in inquinatam doctrinam & improbam sacerdotum vitam. (z) Vtriusque rei

(z) Corrupti Paparum & Cleri mores. PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic.* ad *ann.* cIↃCCCCIV. cIↃCCCLII cIↃCCCLXXXI. *p.* 848. 838. 843. Ex ore Cæsa-

rei cauſa conuocata a Sigismundo Cæſare concilia. Verum, dum putabatur generalis rerum emendatio eſſe proxima, poſt optima initia, ipſa *Conſtantienſis Synodus* retrorſum acta multum ad reſtituendam Pontificalem auctoritatem contribuit. (*a*)

II. Quod in Anglia *Wiclefus*, & in Boiohœmo *Johannes Huſſius* atque *Hieronymus*, acerbiſſime damnaſſent tyrannidem, superbiam, luxuriam, Papæ & ſacerdotum; ſimulque maximam veræ doctrinæ deprauationem & corruptionem indicaſſent: iam ſane vox omnium com-

Reformatio Eccleſiæ deſtinata in Conſtantienſi Synodo;

ris & Ordinum TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCLIX. *pag.* 235. 236. 237. In nefarium ſchisma ab omnibus inclamatum. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 315. *ex memorabili* ÆNEÆ SYLVII *ad Schlickium Cancellarium Epiſtola.*

(a) Vid. *Hoc libro cap. V. n. VII. litt. r.* Eo Papam poſtularunt, cum urgeretur reformatio. Ingenue TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCXVI. *pag.* 345. THEODORICVS ENGELHVSIVS *Chron. pag.* 298. 299.

communis euaserat, reformandam fore in priorem statum ecclesiam, deprauatamque restituendam atque corrigendam. (*b*) Hoc animo indicta *Constantiam* SYNODVS. Potuit istud superstitio, vt non auderet Cæsar, nisi auctoritate *Johannis* Papæ conuocare concilium. (*c*) Jussi conscripti patres schisma curare, & cum vitam sacerdotum, tum doctrinam corrigere. Primum peregere satis strenue: sed Papalis dominationis iamiam ruituræ magno bono atque commodo: licet modus, quo schisma curatum est, parum Papis placuerit. (*d*)

III.

(b) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCII. *pag.* 315. *sequ.* THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 298. 299.

(c) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXIII. *pag.* 334. 335. Vid. *supra hoc libro cap.* V. *num.* V. *litt.* l.

(d) Egregie statum rerum, qui tunc erat, repræsentat *Auctor Paraleipomen. ad* CONR. VRSP. *pag.* 285. *&* *ex* ÆNEÆ SYLVII *quadam epistola. pag.* 315.

III. Primis namque concilii ſeſ-ſionibus decretum, *ius eſſe Synodo eccleſiam reformandi in capite & membris*, ipſumque ſummum Pon-tificem oportere ſtare ſynodi ſan-ctionibus. (*e*) Perrexere patres a-lacrius, & his confiſi rogationibus primum *Johanni*, deinde *Gregorio* ſponte cedenti, tertium *Benedicto*, Papalem poteſtatem abrogarunt. Ita curatum ſchiſma, ſed eo modo, vt non potuerit non magno damno adfici Pontificia poteſtas: cum mo-do ſemper ad concilium prouocatio Papæ potuerit obiici. (*f*) Vt iam porro in examen adduceretur do-ctrina vitaque ſacerdotum, perſua-deri patribus huius rei gratia con-uocatis minime poterat. Contra

vix curato ſchismate improbe deſeritur.

R ſan-

(e) *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 285. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 353. JOH. GERSON *in Tract. de Quæſtione; Quomodo & an liceat in cauſis fidei a ſummo Pontifice appellare?* Conf. *ſupra hoc Libro cap. V. num. VII. litt. p.*

(f) Vid. *citati auctores hoc libro cap. V. num. VII. litt. q.*

fanctiones ſuas eligendum nouum Papam cenſuerunt, cuius auctoritate omnia fierent. Electus *Martinus* continuo integram ad ſe rapuit dominationem, & diſſoluit concilium, non vltra auſum pro auctoritate ſua contra Papam propugnare. (*g*)

Synodus parum cupida reformationis, tamen nocet Papæ.

IV. Ceterum, cum Conſtantiæ Patres, antequam nouum crearent Papam, priſca dogmata deprauationis inſimulata probarent & defenderent, teſtesque veritatis Johannem & Hieronymum publica data fide Conſtantiam euocatos, non eſſe hæreticis ſeruandam fidem cauſati, exurerent: hoc ſtatim ſpecimine comprobarunt, non ſe tam paratos eſſe ad deiiciendam, quam ad inſtaurandam Pontificiam poteſtatem. (*h*) Verum

(g) THEOD. ENGELHVSIVS *pag.* 298. 299. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCC-XVI. *p.* 345. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 285.

(h) Perſequutricem eccleſiam in hoc Concilio agnoſcit *Auctor Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 285. Iniqua dog-

Verum accidit præter ipſorum ſpem, vt primis præceptis magis frangerent dominationem Papæ, quam reliquis potuerint eam corroborare. (*i*)

V. Clamantibus in vniuerſum omnibus, nil actum eſſe Conſtantiæ, adhæc ferro flammisque acerrime Huſſitis pro cauſa ſua propugnantibus poſt decimum tertium annum *Baſileam* nouum CONCILIVM conuocatum eſt. Magis illud nocuit Pontificiæ auctoritati, & ſi vigilaſſent Cæſares, occaſionem ius integrum ſacrorum recuperandi ſuppeditauit non exiguam. Primum confirmata Synodi & antepoſita ipſius Papæ auctoritati poteſtas. (*k*)

Baſileenſis Synodi occaſiones,

& acta;

R 2 De-

mata probata. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 287. 289. *ex Actis fuſe Celeberrimus* HAROLTIVS *Tom. IV. P. IV. pag.* 333 334. De Huſſo combuſto vid. *ſupra hoc libro cap. V. num. VII. litt. q.*

(i) Vid. *Hoc capite litt. e.*

(k) ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Boh. cap.* XLIX. & de decreto Baſilienſi præcipuo IDEM *in Comment. de Geſtis huius Concilii lib. I. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 297.

Deinde per *Compactata*, quæ adpellarunt, Hussitæ reducti ad prisca sacra: sola *Communione sub Vtraque* illis concessa. (*l*) Porro vetitum quicquam pretii quouis nomine siue Romæ, siue alibi, in causis sacris accipere. (*m*) Hactenus hæc bene commodeque constituta atque decreta. Sed, dum obit Sigismundus, Albertusque & Fridericus Cæsares sua iura negligunt, præterquam quod iterum impulsa est Papalis dominatio, parum porro actum. Extremum omnino sunt lege confirmata ea dogmata, quæ recte in suspicionem corruptionis erant vocata. (*n*) Tantum aberat, vt quod Ger-

exitus parum votis respondens.

(l) Hussitarum reconciliatio cum Ecclesia. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 301. 302. 303. *Diploma apud* LEIBNITIVM *Cod. Dipl. in Mantissa T. II. pag.* 138. *Auctores reliqui cit. hoc libro Cap. V. Num. XV. litt. o.*

(m) SPONDANVS *Cont. Ann. Baronii Tom. I. ad ann.* cIↄCCCCXXXV. *Num. XIII. pag.* 835.

(n) De exauctoratione Eugenii vid. *mox Libro III. cap. II. num. III.* Papalis do-

Germania ſperauerat & optauerat, res ſacræ rite curatæ forent.

VI. Interea conſtat, *PONTIFICIAM TYRANNIDEM*, quæ ſuperiori æuo intolerabilis eſſe cœperat, aliquantum nunc eſſe eleuatam. Niſi etiam Fridericus Cæſar contra Baſileenſis Synodi decreta incommode *Concordata Nationis Germanicæ* dolis Papæ inductus adprobaſſet: futurum erat, vt Germaniæ Clerus iugo Papali eiusque auaris molitionibus prorſus liberaretur.(*o*) Illis vero ſancitis facile vetus rerum ſtatus inſtauratus: qui, cum eruditiora cœperant eſſe Germanorum ingenia, non poterat non ingentes in rebus ſacris turbas proximis temporibus edere. (*p*)

Pontificia tyrannis impulſa, ſed mox inſtaurata.

R 3 VII.

minatio rurſus impulſa. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 297. Contra compactata cum Bohœmis ſtatutum Seſſione XXX, teſte SPONDANO *ad ann.* cIↃCCCCXXXVII. N*um. IX. pag.* 845.

(o) Vid. *infra Lib. III. Cap. III.* N*um. VII.*

(p) Contra crebras exactiones ipſe Clerus nunc fortiter dixit; teſte TRITHEMIO *ad ann.* cIↃCCCLXXVII. *p.* 269.

Status Cleri Germanici.

VII. Miſſo facto interno ſacræ Germaniæ ſtatu; quod pertinet ad reliqua, cum ſuperioribus ætatibus vbique crebra vtriusque ſexus *Cœnobia* & *Monaſteria* fuerint condita, parum porro ſuperfuit occaſionis, noua ætate hac erigendi. Non defuit vero multa nunc occaſio ſacra illa collegia omnium rerum adfluentibus copiis ditandi atque locupletandi. (q) EPISCOPI & ABBATES, poſtquam ceteri principes territorialem ſuperioritatem partem maximam occuparunt, non iam fuerunt ſegniores ſuorum iurium obſeruatores. Quod fuerat vero iure Francico conſtitutum, vt prædia bonaque ſacerdotum non immunia forent a præſtatione militum aliisque oneribus publicis: id nunc etiam

Ecclesiaſticorum principum iura.

Fruſtra eſt ÆNEAS SYLVIVS Papam excuſans *in Germ. cap. XLIV. pag.* 238. Per gradus incuſatio Papæ proceſſit. *Auctor Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 311. 312. 313. 314. 321.

(q) Vid. *Fundationes Monaſteriorum Banariæ. pag.* 88. *ſequ.*

iam esse seruatum, Matricula Imperii Ordinum modo conscripta satis docet. (r) *Trium Ecclesiasticorum Electorum* singularia quædam iura per Auream Bullam confirmata parum ab iis abeunt, quæ secularium Electorum propria paulo superius vidimus. Moguntinus Archiepiscopus a Ruperto Cæsare supremus Judæorum, qui hoc & præterito tempore plurimas in Germania calamitates subierant, iudex, patronus, & defensor singulariter est constitutus. (s)

(r) Vid. Matricula Imperii antiquissima apud SCHILTERVM *I. P. Tom. II. pag.* 57. *sequ.*

(s) A. B. *Tit.* III. IV. X. XI. XXI. XXIII. XXIV. XXVII. Iudæi Cameræ Imperialis serui. *Diplomata apud* LEIBNITIVM *Cod. Diplom. T. I. Prodr. Num. XII. pag.* 10. *&* *Num.* CXXIV. *pag.* 306. miserrime adflicti & vexati. ALBERTVS ARG. *pag.* 147. 148. 149. *& in Vita Bertholdi. pag.* 169. 177. 178. singularem iudicem acceperunt. Conf. SCHILTERVS *in I. P. T. I. lib. I. tit. IV. num. V. pag.* 63.

Litterarum studia.

VIII. *STVDIA LITTERARVM* nuper Germanis commendatiora esse cœperant, iamque magis exculta sunt atque amata. (*t*) Post Pragensem Academiam & Heidelbergensem, porro hac ætate *Coloniensis*, *Herbipolitana* & ex Pragensis Academiæ clade *Lipsiensis* noua Academia surrexit; & paulo deinde *Rostochii* alia Academia condita est. (*v*) Itum vero gradatim, & minutatim exculta expolita & perfecta eruditio, magno omnium rerum dispendio valde hucusque peregrina, &, ita vt dicam, hospes Germaniæ.

LIBER

(t) AVENTINVS *Ann. Boic. lib.* VII. *cap.* XXI. *num.* XX.

(v) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCLXXXVIII. XCII. cIↃ CCCC II. *pag.* 290. 296. 314. 315. P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 849. 852.

LIBER III.

RES GERMANIAE SVB AVSTRIACIS IMPERATORIBVS

ALBERTO, FRIDERICO, & MAXIMILIANO.

CAPVT I.

FINIVM ET REGIONVM VICISSITVDINES ET DISTRIBVTIONES.

I.

Germaniae fines constantiores.

Aquilonares & *Australes* nostræ regionis termini ad nostram vsque ætatem ab antiquissima rerum post Romanum æuum memoria perdurarunt constantes & perpetui; ALPES, OCEANVS, MA-

MARE BALTICVM, & EIDORA fluuius. Ad *orientem* haud multum vltra LEITHAM, MARVM & VIADRVM procurrit Germania. Cum certi tamen isthic fines vltra amnes illos definiri fere nequeant; malim iam in vniuersum *Carniolam*, *Stiriam*, *Austriam*, *Morauiam*, *Silesiam*, *Marchiam*, *Pomeraniam*, atque *Prussiam*, sed istam a Polonis admodum iam præcisam; extremas contra Hungariæ, Poloniæque regna, prouincias, adpellare, (*a*) & relinquere solertiori curæ iustos limites istis regionibus statuendi laborem.

Occidentalis finis vicissitudines. II. Versus *Occasum* variis nominibus occuparunt Galli *Burgundiæ Ducatum*, *Prouinciam*, *Delphinatum*, & ex ditionibus Lotharingicis *Artesiam*.

(a) RICARDVS BARTOLINVS *Austriac. lib.* VIII. *pag.* 626. 627. 628. pauca poëtice admiscet. ÆN. SYLVIVS *Germ. cap.* II. *pag.* 230. SEB. MVNSTERVS *in Descript. Germ. pag.* 240. 241. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 312. THVANVS *Hist. lib.* II. *in. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 331.

tesiam. Hanc & Burgundiam pleno sibi iure deberi constituerunt. In Prouincia & Delphinatu non negarunt iura imperii. At sensim pedetentimque isti etiam confessioni renunciari cœptum. Vnde cum vltra minus rem curare ipsi nostri imperatores viderentur; nunc putem ex hoc latere non leuiter coangustatam esse Germaniam. (*b*) Eadem modo, noua sane finium suorum iactura facta, prope dimittere coacta *Heluetiam*, aperto bello visam potentiorem & alieniorem a Germania. (*c*) Cum olim itaque vbi-

(b) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCLXXVII. *pag.* 495. 496. ROBERTVS GAGVINVS *lib. V. cap.* XXIII. Reliquorum imperii iurium, nunquam antea a Gallis negatorum, magnam derelictionem ingenue imperatoribus exprobrat *Juridica disquisitio Maximiliani* I. *ano, de terris imperii intra Gallias, conscripta. Num.* XXII. *apud* CONRINGIVM *de Fin. Imp. Germ. lib.* II. *cap.* XXVI. *pag.* 412.

(c) Heluetia ex arbitrio suo res agit. *Formula foederis cum CAROLO VII. & LVDOVICO XI. Galliae Regibus, apud*

vbique RHODANVS, donec in Mare excurreret, finierit Germaniam: iam vere puto perſtitiſſe exigua ſui parte eum finem, donec confluеret cum ARARI; reliqua Superiorem RHENVM, deinde AROLAM, & *Ararim*, ambiiſſe. Ceteræ intra hoſce limites Burgundicæ, & infra Lotharingicæ, prouinciæ perpetuo adhuc manſere in complexione Germaniæ; & in eius præcipua diuiſione nunc ſunt in claſſes relatæ: qui proinde olim harum ditionum & ipſius adeo Germaniæ contra Gallos fuere conſtantes termini, nunc etiam ſunt ſeruati. (*d*)

III.

LEIBNITIVM *Cod. Diplom. T.* I. *Num.* CLXII. CLXXXIV. *pag.* 405. 427. Nihil tamen ſtatuere contra Sacrum vult Imperium Romanum *Formula foederis Ibidem Num.* CCVI. *pag.* 478.

(d) *MOSA* terminus Imperii Germanici & Gallici regni diſerte vocatur in *Gallica Informatione finium An.* cIↄCCCC-XC. *facta*, *apud* LEIBNITIVM *Tom.* I. *Num. CC. pag.* 453. 454. Conf. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 306.

III. Status ſingularium prouinciarum, qui vltima ætate fuit, adhuc manſit. Præter Electoratus, qui publica ſanctione indiuidui eſſe iuſſi ſunt; (*e*) ceteræ regiones, nec iis exceptis, qui aliquando cum Electoratibus fuerant coniunctæ, omnes multifariam modo diuiſæ, modo copulatæ ſunt. A *PALATINATV RHENANO* manſerunt ſeparatæ nuper disiunctæ regiones. A *SAXONICO ELECTORATV* inſignes Miſniæ ditiones auulſæ iuniori Saxonicæ genti ceſſerunt. A *MARCHIA BRANDENBVRGICA* Franconicæ prouinciæ ſeiunctæ item iunioribus filiis ſunt conceſſæ. Porro *BRVNSVICENSES* terræ & *MEGAPOLITANAE* varie diuiſæ permanſerunt. *HASSIA* in partes diuiſa. (*f*) Ceteras non moramur minorum ditionum partitiones. Aliæ contra diuiſiones regionum optabilem nunc habuerunt exitum. *Variæ Diuiſiones prouinciarum.* *Quadam prouinciæ integrita-*

BO-

(e) A. B. *Tit.* XX.

(f) Vid. *Auctores laudati Lib.* II. *cap* I. *num. V.* VI. VII. *litt. b. l. m. n.*

ti restituta. BOIOARIA tota modo ad vnum rediit principem. AVSTRIA cum auulſis terris rurſus connexa eſt. (*g*) Cum BOIOHOEMO Morauia iterum coniuncta. POMERANIA integritati reſtituta. Maxime BELGICÆ prouinciæ nuper copulatæ vna nunc Auſtriaco principi obuenere. (*h*)

Publica diſtributio Germaniæ regionum. IV. His de reliquo rationibus modo diuiſæ hactenus, modo coniunctæ Germanicæ prouinciæ hac demum ætate exeunte in certas claſſes, quas *Circulos* adpellant, ſunt redactæ. Cur neceſſe fuerit poſt diutinam regionum diſperſionem & disſociationem tales claſſes conſtituere? infra diſpicietur. Obſeruatur vero, in quibusdam circulis reſpectum ad priſcarum prouinciarum

(g) Vid. *infra hoc libro cap.* IV. *num.* XII. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄIↄIII. *pag.* 602. 603. GERHARDVS DE ROO *Auſtr. Hiſt. lib. XI. pag.* 534.

(h) ALBERTVS KRANTZIVS *Vandal. lib.* XII. *cap.* XXXII. *lib.* XIII. *cap.* VI. *lib.* XIV. *cap.* XIIX. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCLXXVII. *pag.* 494.

rum Germaniæ fines: in reliquis classibus ordinatis singulares rationes suasisse diuersum.

V. Primam Germaniæ distributionem in quatuor Circulos Albertus decreuerat. *Primum Circulum* voluerat BAVARICAS & FRANCONICAS terras moderatore *Brandenburgico* Electore conficere. In *Circulum secundum* retulerat RHENANAS & ALEMANNICAS prouincias. *Tertio quartoque Circulis* attribuerat WESTFALIAM, BELGIVMque, & denique SAXONIAM. Nec Boiohœmum vero, nec Austria siue in has quatuor classes, siue in sex paulo deinde constitutas, sunt relatæ. Verum Electoratus omnes hæ priores classes continuerunt. (i)

Prima diuisio in quatuor Circulos.

VI. Cum Maximilianus nouam Germaniæ partitionem suppeditaret, primum prorsus exemti Electoratus, cum Boiohœmo, Austria, Bur-

Altera diuisio in sex & deinde in decem Circulos.

(i) Constitutionem *ALBERTI de* IV. *Circulis* exhibet SCHILTERVS *Tom.* II. I. *P. Tit. XIX. pag.* 339. *sequ.*

Burgundicisque & Belgicis prouinciis: ſed ſunt illi cum ceteris ditionibus deinde in nouos Circulos diuiſi; ſola Boiohœmo & Pruſſia ex diuerſis cauſis conſtanter vt ante exceptis ex iſtis Circulis. (*k*) Fuerunt ſex Circuli priores, qua ratione ſunt in prima lege Auguſtana diſpoſiti; *Franconicus*, *Bauaricus*, *Sueuicus*, *Rhenanus*, *Weſtfalicus*, *Saxonicus*. Circuli quatuor adiecti fuerunt, *Auſtriacus*, *Burgundicus*, Minorem Burgundiam & Lotharingicas regiones complexus; porro *Rhenanus*, *Inferior*, & *Saxonicus Superior*, alter quatuor Rhenanos Electoratus, alter Saxonicum & Brandenburgicum Electoratum, comprehendens. (*l*)

VII.

(k) R. I. *Auguſtanus An.* cIↄ Iↄ. Circulos VI. percenſens nullam Electoratuum facit mentionem. Epiſcopatus in Saxonico & Brandenburgico Electoratibus nomine *Marchiæ* & *Saxoniæ* profert, teſte altero R. I. *An.* cIↄIↄXII.

(l) Vid. *vterque* RECESSVS IMPERII *Auguſtanus & Colonienſis Annorum* cIↄ Iↄ. *&* cIↄ Iↄ XII.

VII. Distinctius hoc loco, cui argumentum proprie debetur enumeraturis præcipuas prouincias in vltimas X. classes per hæc tempora dispositas, (*m*) primus occurrit AVSTRIACVS Circulus. In eo censebantur *Austria*, *Stiria*, *Carinthia*, *Carniola*, *Tirolensis Comitatus*, *Tridentinus* atque *Brixiensis Episcopatus*, & ex *Sueuia* ditiones Austriacæ. BVRGVNDICVS Circulus habuit *Burgundiam Minorem*, & omnes prouincias, quas quondam *Inferior Lotharingia* est complexa. Hic primus Circulus adeo fatis variis est adflictus, & dissipatus, vt quod eius sit reliqui, non admodum modo multum sit.

Circuli.

Austriacus;

Burgundicus;

S VIII.

(m) Vid. R. I. *modo laudati.* Ordo Circulorum lege definitus nullus est, & adeo liberi res est arbitrii, vt libet, aliquem eligere. Plenior diuisio ordinum in X. Circulos habetur in *Wormatiensi Constitutione An.* cIↄ Iↄ XXI. *apud* GOLDASTVM *Reichs-Satz. P. I. p.* 245. *sequ.*

Rhenanus Inferior; VIII. RHENANVS INFERIOR Circulus, quod præcipuos quatuor Electoratus complectitur, recte tertio loco censetur, cum vix alius certus Circulorum detur ordo. In illo numerabantur *Moguntinus*, *Treuirensis*, *Coloniensis*, & *Palatinus*, Electoratus, cum *Eiffelia*. SVPERIOR SAXONICVS Circulus accepit *Saxonicum* & *Brandenburgicum* Electoratus; adhæc *Misniam*, *Thuringiam*, *Anhaltinas ditiones*, *Quedlinburgicam Abbatiam*, & *Pomeraniam*: prouincias plerasque ante vna in sextum Saxonicum Circulum redactas, nunc nouo Circulo adiudicatas. *Lusatia* in nullam classem relata, cum æque ac *Silesia* Boiohœmica semper prouincia fuerit, præcipuæque adeo prouinciæ sit secuta conditionem.

Saxonicus Superior;

Bauaricus; IX. BAVARICVM Circulum præter *Ducatum Boioariæ*, qui hodie Electoratus est, *Juuauiensis Archiepiscopatus*, *Passauiensis*, *Frisingensis*, *Ratisponensis Episcopatus*, *Berchtolsgadensis ditio*, *Superior Palatinatus*, *Neoburgicusque* Du-

Ducatus, confecerunt. INFERIORI SAXONICO Circulo *Bremensis*, *Magdeburgicusque Archiepiscopatus*, & *Luneburgicus*, *Brunsuicensis*, *Lauenburgicus*, *Megapolitanus*, *Holsaticus*, *Ducatus*; praetereaque *Halberstadiensis*, *Hildesheimensis*, & *Lubeccensis Episcopatus*, adiecti sunt. *Saxonicus Inferior*; *Westfalicus*;

X. Porro in WESTFALICVM Circulum sunt adscripti *Episcopatus Monasteriensis*, *Leodiensis*, *Vltrajectinus*, *Osnabrugensis*, *Paderbornensis*, *Mindensis*, *Verdensis*, *Abbatia Corueiensis*; *Ducatus*que *Geldriæ*, *Juliaci*, *Cliuiæ*, *Montium*, *Westfaliæ*, cum *Comitatibus Frisiæ*, *Oldenburgensi*, *Marcano*, *Rauensbergico*, *Diepholtensi*, *Lippiensi*, & aliis pluribus.

XI. FRANCONICVS Circulus *Bambergensem*, *Herbipolitanum* & *Eichstadtensem*, *Episcopatus*, *Brandenburgicas* insignes *ditiones*, *Hennebergicum Principatum*, multosque *Comitatus*, & potentes Imperii nostri *ciuitates*, comprehendit. Hic & Sueuicus Circulus videntur priscis Alemanniæ & Franconiæ pro- *Franconicus*;

uinciis reſtituiſſe formam veterem. Reliquorum nullus antiquarum prouinciarum rationes multum ſequitur.

Sueuicus; XII. Adnumerati ſunt autem in SVEVICO Circulo *Epiſcopatus Auguſtanus*, *Conſtantienſis*, *Curienſis*, cum plurimis opulentis *Abbatiis*; deinde *Wurtenbergicus Ducatus*, *Badenſis Marchionatus*, *Hohenzollerenſis*, *Furſtenbergicus*, *Ottingenſis*, alii *Comitatus* plurimi, & denique XXXII. *Imperii ciuitates.* Quod plurimi eſſent in hac claſſe, & pars impotentes ordines, nullus æque circulus tot turbas & ætate nupera calamitates, ac Sueuicus hic, eſt perpeſſus.

Superior Rhenanus. XIII. SVPERIOR RHENANVS Circulus accepit *Wormatienſem*, *Spirenſem*, *Argentoratenſem*, *Baſileenſem*, *Epiſcopatus*, *Fuldenſem Abbatiam*, *Lotharingiæ Ducatum*, *Palatinas* ditiones, *Haſſiam* totam, *Wetterauiam*, *Auſtraſiæ* exiguam portionem, & imperii ciuitates in *Alſatia.* Fecit intuta Gallorum vicinitas,

nitas, vt plurimum deinde de hisce prouinciis sit detractum. Lotharingia proxima ætate prorsus prope exemta ex Germaniæ complexione: vt tamen & Sabaudiæ & Lotharingiæ Duces hodieque in hoc Circulo censeantur, qua sunt in nostri imperii clientela. Sed hæc quoque hactenus.

CAPVT II.

RES ALBERTI II. IMPERATORIS.

I.

In Hungariæ & Boiohœmi regna, & in prius quidem continuo congratulantibus Hungaris, in alterum post plures difficultates superandas, succesferat socero Sigismundo ALBERTVS, etiam bis vno anno coronatus erat: (*n*) cum deli- *Alberti trina inauguratio;* An. cIɔ CCCC XXXVII.

 libe-

(n) ÆN. SYLVIVS *Hist. Boh. cap.* LIV. LV. ANDREAS *Presb. pag* 61. NAV.

An. cIↃCCCCXXXIIX. liberaturi de nouo Imperatore eligendo frequentes Francofurtum conuenirent Electores, & votis concordibus eundem suis moti grauissimis causis renunciarent Cæsarem. (*o*) Aegre demum Hungaris con-

CLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLVIII. *pag.* 1063. *Chron.* SCLAVICVM *pag.* 216. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 376. CVSPINIANVS *pag.* 402. MVTIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 283. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 304. JAC. WIMPFELINGIVS *Germ. Rer. Epit. cap.* XLIX *pag.* 191. TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad ann.* cIↃCCCCXXXVII. *pag.* 397. DVBRAVIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 722. BONFINIVS *Dec.* III. *lib.* IV. *pag.* 294.

(o) ÆN. SYLVIVS *cap.* LV. *pag.* 127. 128. JAC. DE KOENIGSHOFEN *cap.* II. *pag.* 149. ROLEWINGK *Æt.* VI. *pag.* 89. KRANTZIVS *Vand. lib.* XII. *cap.* VIII. P. LANGIVS *Chron. Cit. ad ann.* cIↃCCCCXXXVIII. *p.* 861. TRITHEMIVS *ad h. a. pag.* 398. DVBRAVIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 724. MVTIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 284. 285. ANDREAS *Presb.* WIMPFELINGIVS. *M. Chron.* BELGICVM, *Chron.* SCLAVICVM, CVSPINIANVS *loc. cit. Paral. ad* CONR. VRSP. *l. c.* Instrumentum Electionis habet *Clar.* MVLLERVS *in Reichs-Tags Theatro P. I. cap. I. pag.* 2.

consentientibus, vt novam Rex Albertus susciperet dignitatem, (*p*) item in Germaniam ille profectus, & magna principum celebritate tertium anno eodem Aquisgrani inauguratus est. (*q*)

& natales atque ingenium.

II. Fuit ALBERTVS *ALBERTI*, qui *Mirabilia Mundi* adpellatus est, filius, Austriæ auitæ prouinciæ Dux, & Morauiæ, quam dederat ipsi socer, Marchio: princeps prudens, fortis, benignus, liberalis; qui plurima bona Germaniæ pollicitus hac vna re vt fere *Henricus VII.* communia vota est frustratus, quod per pauculos menses magnæ spei superfuit. (*r*)

(p) ÆN. SYLVIUS *cap. LV. pag.* 128. WIMPFELINGIVS, TRITHEMIVS, MVTIVS, DVBRAVIVS, *Paral. ad* CONR. VRSP. *loc. cit.*

(q) TRITHEMIVS, NAVCLERVS, CVSPINIANVS, DVBRAVIVS, *Paral. ad* CONR. VRSP. *loc. cit.*

(r) ÆN. SYLVIVS *cap. XLIV. pag.* 93. *cap. LIII. pag.* 125. *cap LIV. p.* 126. *c. LV. pag.* 126. *c. LVI. p.* 133. CVSPINIANVS *pag.* 401. GERH. DE ROO

Comitia Noribergensia.

III. Quasi vero persentisceret, non diutinum sibi parari imperium, ita festinare visus, vt publlicæ saluti quam optimis rationibus prospiceret. Eodem, quo adiit imperium, anno bina Norribergæ conuocauit comitia. Basileense concilium cum *Eugenio* Papa vehementer dissidebant. Et Papa & concilii conscripti Patres misere, qui Cæsaris implorarent fauorem. Vtrique auditi in hisce & Moguntinis, quæ sunt proximo anno habita, comitiis. Præualitura videbatur auctoritas Papæ, nisi Coloniensis & Treuirensis Pontifices pro concilio contra Papam acriter dixissent: (*s*) qui adeoque deser-

Hist. *Austr.* *lib.* 14. *pag.* 126. 127. 146. *lib.* V. *p.* 164. 165. Laudum & publici moeroris ob cita eius fata meminere auctores *litt.* o. laudati fere omnes.

(s) ÆN. SYLVIVS *Comment. de Conc. Basil. pag.* 2. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *p.* 305. De comitiis generatim ex actis LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap.* XCII. & indicato vero anno DATTIVS *Germ. Rer. lib. I. cap.* XXVI. XXVII.

desertus a Germanis ex decreto concilii exutus est Pontificatu, *Amadeo*, Sabaudicæ Duce, adsumto *Felicis V.* nomine, in eius locum surrogato. (*t*)

IV. Sunt porro in Noribergensibus Comitiis decreta auxilia contra Polonos, qui Bohœmicam turbabant pacem. Pars Bohœmorum indignabunda, ex testamento datum sibi esse contra regni iura regem; *Casimirum*, Vladislai Poloniæ Regis fratrem, renunciauerant regem. Quod ergo Poloni pro Casimiro facerent, bellum cum eis administrandum erat; istique nunc suffragati Germanici principes. Sed breue bellum, citæque induciæ: a quibus

Polonicum bellum decretum.

(t) Lites Concilii cum Papa, & earum exitus. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCC XXXVIII. XXXIX. *pag.* 398. 402. 403. P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 860. 861. ROLEWINCK *Æt. VI. pag.* 88. *B. Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 358. Instrumenta electionis *FELICIS* exhibet LEIBNITIVS *Tom. I. num.* CXLV. CXLVI. *pag.* 367. *sequ.*

nondum finitis obitus Alberti obuenit. (*v*)

Egregia in comitiis instituta. V. Præcipue autem memorabilis est decreta in illis Comitiis Germaniæ distributio, & aptior Publicæ pacis conseruatio. Proscriptæ sunt lege publica omnes *Diffidationes*: sancitæ *Austregæ*, quarum arbitratui lites ordinum primæ darentur dirimendæ. Constituti sunt iudices, & acerbæ fractæ pacis pœnæ destinatæ sunt. Quod etiam de multis *Vehmici iudicii* in ordines imperii iniuriis querelæ ferrentur; prima vice de illo iudicio coercendo in comitiis est deliberatum. (*x*)

VI.

(v) ÆN. SYLVIVS *Hist. Boh. c. LV. p.* 128. *seq.* WIMPFELINGIVS *cap.* XLIX. CVSPINIANVS *p.* 402. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 305. DVBRAVIVS *lib.* XXVIII. *p.* 724. *sequ.*

(x) Constitutionem habet SCHILTERVS *Iur. Publ. T. II. tit. XIX. pag.* 339. & ex eo DATTIVS *lib. I. cap. XXVI. n. XIII.* Singulatim Electores prospexere paci publicæ constitutione *apud* GOLDASTVM *Reichs-Satz. P. II. p.* 144. Vrbes eidem prospexere sanctione *apud* LEHMANNVM *lib. VII. cap.* XCIII.

VI. Prorogata comitia, & nouo anno Francofurti frequentes adesse principes iussi. Cum vero pestis metus istam vrbem adduceret in suspicionem, mox itum Moguntiam. Præter vero quod concilii causa ibi disceptaretur, nihil porro actum. (*y*) Vtilissimæ leges nuper latæ nondum in eam inciderant ætatem, qua plene seruari potuerint. *Prorogata comitia.* An. cIↄCCCCXXXIX.

VII. Eo tempore in Hungaricas ditiones *Amurathes*, Turcorum Sultanus, inuaserat. Subuenturus itaque regni necessitatibus in Hungariam actutum mouit Albertus, & iam contra Turcos duxerat, cum illi Sinderouia arce expugnata (*z*) propere redirent in regionem suam. Reuersus Albertus Budam, nimio æsta- *Expeditio Alberti in Hungariam;*

(y) Ex actis publicis BROWERVS *Ann. Treuir. lib. XIX. pag.* 277. SCHATENIVS *Ann. Paderb. lib. XVI. pag.* 613.

(z) ÆN. SYLVIVS *cap. LV. LVI. p.* 132. WIMPFELINGIVS *cap. XLIX.* MVTIVS *p.* 285. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 305. DVBRAVIVS *p.* 727. BONFINIVS *Hung. rer. Dec. III. lib. IV. p.* 297.

æſtatis calore motus fertur intemperantius Meſopeponibus eſſe vſus: vnde contracto morbo, dum redire feſtinat in Auſtriam, inopinanter obit in villa Longa dicta in ipſo itinere. Corpus Regalem Albam reductum, & ibi regio cultu conditum. (*a*) Vxor *ELISABETHA* tum prægnans, cum moreretur maritus, paulo poſt enixa eſt filium, qui ex re LADISLAVS *Poſthumus* adpellatus eſt. Filiæ eius binæ *ANNA* & *ELISABETHA*, prior *Guilielmo*, Saxoni,

& obitus.

Familia.

An. cIↃCCCCXL.

(a) ÆN. SYLVIVS *cap. LVI. Addit. ad* BENEVENVTVM *pag.* 15. NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLVIII. *p.* 1064. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXXXIX. *p.* 402. MVTIVS *pag.* 285. WIMPFELINGIVS *cap. XLIX. pag.* 191. ROLEWINCK *Æt. VI. pag.* 89. KRANTZIVS *Vand. lib. XII. cap.* VIII. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 305. CVSPINIANVS *pag.* 403. DVBRAVIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 727. 728. BONFINIVS *p.* 298. Intoxicatus eſſe memoratur ab *EMVNDO in M. Chron. Belgico p.* 376. JAC. DE KOENIGSHOFEN *Chron. Als. cap. II. p.* 149. *Chron.* MAGDEBVRGICO *pag.* 363. ROLEWINCKIO *l. cit.*

xoni, altera *Casimiro*, Polono, nupsit. (*b*)

CAPVT III.

RES FRIDERICI IV. IMPERATORIS.

I.

Præter spem & cum multo principum dolore viduatum modo erat optimo Cæsare imperium; cum ilico conuenirent Francofurtum Electores, nouumque eligerent imperatorem FRIDERICVM, (*c*) *ER-* *Friderici electio.*

(b) *LADISLAVS* posthumus. ÆN. SYLVIVS *cap. LVII. pag.* 134. DVBRAVIVS & reliqui fere omnes. De sobole reliqua GERH. DE ROO *lib. V. pag.* 165. 167. CVSPINIANVS *p.* 403. KRANTZIVS *Vand. lib. XII. cap. VIII.*

(c) Acta Electionis habet BOECLERVS *in Documentis* ÆNEÆ SYLVII *Historia adiectis p.* 183. *sequ &* MVLLERVS *R. T. Th. P. I. c. I. p* 3. Electionem ipsam testantur *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 376. *Chron.* SCLAVI-

natales; *ERNESTI*, *Ferrei* cognominati, filium, gente Austriacum, familia Stirium, mox omnium Austriacarum ditionum felicissimum hæredem: *ingenium;* cetera principem prudentem, benignum, placidum, temperantissimum, sed minus fortem, adhæc paulo magis desidiosum, imperiique negligentiorem, nec parum peccantem indigna principe parsimonia: (*d*) *quartum* merito vocandum,

CVM *p.* 216. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *p.* 360. JAC. DE KOENIGSHOFEN *c. II. p.* 149. NAVCLERVS *pag.* 1065. CVSPINIANVS *pag.* 405. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXL. *pag.* 405. MVTIVS *pag.* 285. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *p.* 306. P. LANGIVS *pag.* 861. WIMPFELINGIVS *cap. LI. pag.* 192. ROLEWINCK *Æt. VI. pag.* 89. KRANTZIVS *Vand. lib. XII. cap. IX.*

(d) Natales. *FRIDERICVS in Diario apud* LAMBECIVM *in Diario Cellensis itin. Num. XIII. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 306. GERH. DE ROO *lib. IV. p.* 141. Laudes. ÆN. SYLVIVS *de statu Europæ sub Frid. III. cap.* XVI. *Addit. ad* BENEVENVTVM *pag.* 15. *M. Chron.* BELGICVM *pag.* 377. MVTIVS *lib.*

dum, quod Fridericum Austriacum cum Ludouico Bauaro electum non nisi iniuria ex Imperatorum numero quispiam excluserit. (e)

II. Non optime quidem Fridericus apud Electores Francofurti audierat, indeque protracta aliquandiu electio. Brandenburgicus Elector & Bohoemici legati *LVDOVICVM III. Pacificum* dictum, Hassiæ Landgrafium, ad electionem destinauerant. Hoc vero deprecante tan- *Difficilis electio.*

XXVIIII. *pag.* 285. KRANTZIVS *Vand. lib. XII. cap.* IX. LINTVRIVS *in Append. ad* ROLEWINCKIVM *pag.* 93. TRITHEMIVS, NAVCLERVS, *loc. cit.* Vituperia. CAMPANVS *lib. V. Epist. XIII.* BONFINIVS *Dec. IV. lib. IV. pag.* 427. collatis aliorum laudibus PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic. p.* 864. 884. 885.

(e) Tertium quidem appellant, sed qua imperatorem inauguratum; P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 861. *ex MSS.* LAMBECIVS *in Comm. Bibliotb. Vindobon. lib. II. cap.* VIII. *pag.* 810. *& sic Diplomata non pauca.*

tantum imperii onus, (*f*) & magis vrgentibus aliis rationibus, vt Fridericus ſolus dignus imperio haberetur, concordes tandem Electorum voces ei fauerunt. Miſſus *JACOBVS*, Treuirenſis, Viennam, vt offerret ipſi imperium: quo quidem acceptato, tamen deſidia ipſi ſolenni in tertium annum Aquisgranenſem, quam vulgo adpellamus, coronationem diſtulit. (*g*)

Comitiorum ſub hoc imperatore frequentia.

III. Vt nemo Imperatorum noſtrorum, quid moramur enim Romanos Cæſares? diutius præfuit imperio, pluraque alioquin conuocauit comitia: ita mirum non eſto, præter varias multasque rerum viciſſitudines enarrandas, inſignem præ-

(f) Criminationes *FRIDERICI* ex actis probat NICOLAVS SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad ann.* cIↄ CCCCXL. Electio *LVDOVICI* Haſſi. ÆNEAS SYLVIVS *de Statu Eur. cap. XXX. de Germ. cap. XXXVI. in Actis apud* BOECLERVM *loc. cit. pag.* 195. *&* MVLLERVM *P. I. c. I. p.* 8.

(g) GERH. DE ROO *lib. V. Hiſt. Auſtr. pag.* 166.

præſertim publicorum conuentuum numerum, licet præcipuos modo indicaturi ſimus, recitatum iri. Primum ſtatim Francofurti decretum ab Electoribus, vti neutris partibus ſiue *Eugenii*, ſiue *Felicis* noui Papæ, faueretur. (*b*) Inde Noribergam prima comitia ex more indicta: & nouo anno conuentum Moguntiam, vt curaretur recens natum in Romano Pontificatu ſchiſma, & vt conſultaretur de variis moleſtiis Germanicæ nationi in Romana curia exhibitis. (*i*) Francofurti, poſtquam Aquisgrani Fridericus eſſet inaugu- ratus,

Prima comitia.

An. cIↃ CCCC XLI.

Aquisgranenſis inauguratio.

cIↃCCCC XLII.

T

(b) Ex actis NICOL. SCHATENIVS *ad Ann.* cIↃ CCCC XL.

(i) De Noribergenſi curia ex actis MVLLERVS *P. I. c. II. &* LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap.* XCVII. qui vero eam negat effectum habuiſſe. Moguntinam curiam memorat GERH. DE ROO *Hiſt. Auſtr. lib. V. pag.* 171. Ad eam etiam ſpectant Auiſamenta Statuum, Mandatum Cæſaris, & Reformatio propoſita, apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom. I. pag.* 403. 407. *R-Satz. Tom. I. p.* 166. *ſequ.*

ratus, (*k*) eædem causæ sunt tractatæ. Pax etiam Publica ibi sancita: sed parum stabilis, cum non tollerentur diffidationes, sed iis leges scriberentur. Actum ibidem de *Vœhmico iudicio*, & de moneta reuerentius habenda. (*l*)

IV. Proximo Noribergensi conuentu omne tempus soli curando schismati, sed nequicquam prorsus, datum: nec cessuro dignitate Eugenio, nec deserturis causam suam concilii patribus. (*m*) Inter hæc natum

An. cIↃ CCCC XLIII.

(k) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-XLII. *pag.* 408. EMVNDVS *apud Chronographum Belgicum pag.* 376. MVTIVS, NAVCLERVS, *loc. cit.* ex actis MVLLERVS *P. I. c. VI. n.* IV.

(l) Ad eam pacem respicit JAC. WIMPFELINGIVS *Epit. cap. LI. pag.* 192. Acta publica vid. apud BOECLERVM *Docum. pag.* 129. GOLDASTVM *Rescr. Imp. pag.* 203. LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. VII. cap. LXXXIX.* MVLLERVM *R.T.Th. P. I. cap. VII. IX. X.*

(m) ÆN. SYLVIVS *Epist. LIV. LV.* GERH. A ROO *Hist. Austr. lib. V. pag.* 173. 174.

natum bellum Helueticum, & mixta paulo post arma Gallica. Recusauerat Cæsar de Helueticorum priuilegiorum confirmatione, nisi omnes terras, quas quondam proscripto *Friderico* Austriaco abstulissent, restituissent. Pactus erat cum Tigurinis varia contra Heluetios. Qui cum obsedissent Tigurum, Cæsar primum Germaniæ principum implorauit auxilia: mox cum *Carolo* VII. Galliæ Rege, pactus est, vt Heluetios castigaret. Perhibent suasisse etiam Gallis, vt dissiparent Basileense concilium: cui, licet summo honore esset Basileæ exceptus, minus fauere cœperat. (*n*) Profecti sane Galli Delphino *Ludouico* Duce maximis copiis contra Heluetios,

Heluetici & Gallici belli rationes & euentus.

An. cIↃCCCC XLIV.

(n) BILIBALDVS PIRCKHEIMER *de Heluet. bello lib. I. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 308. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXLIV. *pag.* 412. MVTIVS *lib. XXVIII. pag.* 289. NAVCLERVS *Vol. II. pag.* 1070 ex actis MVLLERVS *P. I. cap. XVI.*

tios, ad Basileam, internecino proelio, & iterum prope Tigurum, eos prostrauerunt, & concilium armata vi dissoluerunt. (*o*) Dum vero paulo deinde Arminiaco Comite Duce in Germaniæ oras inuaderent hibernatum: agendum fuit Noribergæ, & Spiræ, & Moguntiæ, vt vis Gallica, improbe a Cæsare inuitata, arceretur a Germaniæ finibus. Tandem Treueris, *LVDOVICO*, Palatino Electore, faciente, sopitum bellum, & Galli reducti in Galliam. (*p*) Ti-

An. cIↃ CCCC XLV.

(o) GOBELLINVS *Comm. Pii. II. lib. II. pag.* 54. PIRCKHEIMER *de Helu. bello lib. I. pag.* 48. ÆN. SYLVIVS *Epist. LXXXII.* JAC. WIMPFELINGIVS *cap. LI. pag.* 192. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 306. 307. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gener. XLIX. pag.* 1070. MVTIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 290.

(p) WIMPFELINGIVS *loc. cit. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 307. 308. MVTIVS *pag.* 290. 291. *Chronicon* ELWANGENSE *ad ann.* cIↃ CCCCXLIV. Ex actis publicis SCHILTERVS *ad Kœnigshofenium pag.* 909. *sequ.* LEHMANNVS *Chron. Spir. lib.* VII. *cap.* XCIX. MVLLERVS *P. I. cap.* XVII. *sequ.*

Tigurinum & Helueticum bellum aliquandiu protractum: ſed exiguo Germaniæ diſpendio, parumque adeo curatum. (*q*)

V. Erat eo tempore grauiſſima clade Varnenſi deletus a Turcis Hungarorum exercitus, cæſusque *Vladislaus*, Poloniæ Rex, qui ab Hungaris, *Ladislai Poſthumi* infantiam ſpernentibus, nuper Hungariæ ſimul rex electus fuerat. (*r*) Cum vis Turcica ingrueret poſt illam *Varnenſi clade Germani contra Turcos concitantur;*

T 3 victo-

(q) GERHARDVS DE ROO *Hiſt. Auſtr. lib. V. pag.* 182.

(r) Late hæc omnia paulo recentiores BONFINIVS *Dec. III. lib.* IV. V. VI. DVBRAVIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 728. *ſequ.* GERH. A ROO *lib. V. pag.* 167. *ſequ.* Conf. ÆN. SYLVIVS *de Statu Europæ cap. IV.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen.* XLIX. *pag.* 1066. *ſequ. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 306. MVTIVS *lib. XXVIII. pag.* 287. Male victoriam Chriſtianis adſcribunt ROLEWINCK *Faſc. Temp. Æt. VI. pag.* 89. *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 377. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCCXLIV. *pag.* 411.

victoriam, in Noribergensibus paulo antea memoratis comitiis est communis salutis causa decreta contra eos expeditio: sed vt alia multa consilia, quae Friderico imperante sapienter capta sunt, etiam haec caruere exitu. (s) Turbatur inde aliquotiens pax Austriae, Hungariaeque & Boiohoemi regnorum, in causa *LADISLAI*, quem modo Hungari post Bohoemos successorem in parentis locum elegerant. (t) Verum in tanta rerum, quae ad totam Germaniam spectant, copia recte illa in prouinciarum Germaniae singularium notitiam reseruantur.

nullo effectu.

VI.

(s) TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad ann.* cIↃCCCCXLIV. *Chron. Sponheim. ad h. a.* ex actis MVLLERVS *P. I. cap.* XVII.

(t) ÆNEAS SYLVIVS *Hist. Boh. cap. LVII. LVIII.* BONFINIVS *Hist. Hung. Dec. III. lib. VII. pag.* 469. NAVCLERVS *pag.* 1070. DVBRAVIVS *lib. XXVIII. pag.* 736. 737. GERH. DE ROO *lib. V. pag.* 183. 184.

VI. Habebantur poſt Gallos a Germaniæ finibus depulſos conuentus aliquot Electorum Francofurti. Quippe auſus erat *Eugenius* Papa, *THEODORICVM*, Colonienſem, & *JACOBVM*, Treuirenſem, Pontifices, qui Baſileenſi concilio nuper diſſipato, ſed reſtitui cœpto, impenſe fauerant, exuere dignitate. Rem minus curabat Cæſar deſes in Auſtria tum hærens. Ergo decreta adprobatio nouæ Felicis Papæ electionis, niſi continuo Eugenius abrogaſſet ſententiam iniquam, & Germanorum ſimul ſatisfeciſſet poſtulatis, conciliique auctoritatem ipſe profeſſus eſſet. Decreta etiam amplior Imperii cauſarum cura; miſſique legati, qui de conſtanti voluntate docerent Imperatorem. Et Cæſar quidem contra Eugenium Papam non auſus eſt facere. Sed ei tamen perſuaſit, vt protinus ad tantum periculum re adducta placaret iratos electores. (v)

Electorum contra Papam decreta.

An. cIↃCCCC XLVI.

(v) ÆN. SYLVIVS *de ſtatu Europæ* cap. XXXVIII. LIV. *Addit. ad Beneus-*

Schisma Papale sublatum. An. cIↃ CCCC XLVII.

VII. Hoc facto mortuus est *Eugenius*, & in eius locum Romæ surrogato *Nicolao V.* perpetuatum schisma, quod dudum tollere Imperator & Electores decreuerant. Verum nunc cœptum agi seuerius, quod prope omnibus suam causam Nicolaus probasset. Postquam magno Germanorum dispendio *Concordata nationis Germanicæ*, vt vocata sunt, sancita essent; (*x*) & Papa & Cæsar quæ-

Concordata Germanicæ nationis. cIↃ CCCC XLVIII.

nutum pag. 15. GOBELLINVS *Comm. Pii II. lib. I. pag.* 11. 12. 13. *Chronicon* SCLAVICVM *pag.* 216. NAVCLERVS *pag.* 1073. Perperam Eugenium cum Basileensi Concilio in gratiam rediisse narrat TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XLV. *pag.* 413. Conf. ex actis MVLLERVS *lib. I. cap. XXIII.*

(x) *EVGENII* Papæ obitus, & electio *NICOLAI.* GOBELLINVS *loc. cit. pag.* 14. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLIX. *pag.* 1073. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XLVI. *pag.* 414. Aschaffenburgi agnitus Nicolaus. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XLVII. *pag.* 416. NAVCLERVS *p.* 1074. MVTIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 291. *Acta varia publica apud* LEIBNITIVM *Cod. Diplom. T. I. num.* CXLIX. *pag.* 377. *&*

quæuis aſpera minitati Baſileenſem Synodum prorſus ſolui iuſſerunt. Iſta quidem aliquandiu ſpreuit mandata, & Lauſannam elegit, quo ſe conferret. Sed acrius vrgente Papa, tandem diſceſſum Baſilea, (*y*) & ipſo *Felice* Pontificatu ſe abdicante (*z*) ſoluta exoſæ Papæ Synodus.

An. cIↃCCCC XLIX.

MVLLERVM *P.* I. *cap.* XXVII. Concordata Germ. nationis habet GOLDASTVS *Conſt.* Imp. *Tom.* I. *pag.* 408. *Reſcript. Imp. pag.* 207. LEIBNITIVS *in Faſcic.Concord. loc. cit num.* CLVIII. *pag.* 396. *ſequ.* MVLLERVS *loc. cit.*

(y) NAVCLERVS *pag.* 1074. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 306. *FELIX* Papa proſcriptus, quam formulam habet *Ill.* LEIBNITIVS *Tom.* I. *Cod. Dipl. n.* CL. *pag.* 378.

(z) ÆN. SYLVIVS *de ſtatu Eur. cap.* XXXVIII. NAVCLERVS *pag.* 1074. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-XLIX. *pag.* 419. ROLEWINCK *p.* 88. MVTIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 291. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 373. P. LANGIVS *pag.* 862. Formula renunciationis Felicianæ apud LEIBNITIVM *l. c. n.* CLII. *pag.* 379. *&* MVLLERVM *P.* I. *cap.* XXVII. *num.* VI. *ſequ.*

Turbæ Insubricæ. VIII. Ea æſtate & turbata eſt Germania & Italia: hæc in cauſa ſucceſſionis in Mediolanenſem Ducatum, qui *Philippo Maria*, poſtremo Vicecomitum gentis, nuper exſtincto, a pluribus poſtulabatur: altera *Bellum ciuile Germ.* graui bello, quod *ALBERTVS Brandenburgicus*, *Achilles* dictus, & plures cum eo principes cum Noriberga & plerisque Franconiæ atque Sueuiæ ciuitatibus adminiſtrarunt. Vtræque turbæ parum curatæ a Friderico: qui maxime cum *Franciſcus* Sfortia vi armata Mediolanum occuparet, ſat habuit legationibus miſſis pro ſuo iure intercedere. (*a*) In Germania & victos & victores poſt ingentia damna data & accepta facile pœnituit ſumti belli: iſtudque adeo finitum, quo cœptum eſt, eodem anno. (*b*)

IX.

(a) GOBELLINVS *lib.* I. *p.* 14. 15. 16. NAVCLERVS *pag.* 1074. JOH. BAPT. VILLANOVA *Hiſt. Laudis Pomp. lib. IV.* IOS. RIPAMONTIVS *Mediol. Hiſt. lib.* VIII.

(b) NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XLIX. *pag.* 1075. KRANTZIVS *Vand. lib.* XII.

IX. Posthæc habuit Cæsar & Francofurti & Noribergæ comitia, vbi, inter varia alia, auxilia contra Turcos sunt postulata, & Italica expeditio est indicta. (*c*) Inde iam pactis cum *ELEONORA*, *Eduardi*, Lusitaniæ Regis, filia, nuptiis, in Italiam mouit Fridericus Cæsar. Exceptus summo honore a Venetis, Insubribus & ciuitatibus Italiæ plerisque, Romam ductus, & ibi a Papa & regio Italico & Romano imperatorio diademate cum sponsa redimitus est. (*d*) Egit sane sine copioso

Expeditio Italica.

An. cIↃCCCC LI. cIↃCCCC LII.

Fridericus Romæ inauguratur.

cap. XIV. TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad ann.* cIↃCCCCXLIX. L. *pag.* 419. 421. *Chron.* ELWANGENSE *ad h. a. Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 363. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 308. P. LANGIVS *Chron. Cit. p.* 862. MVTIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 292.

(c) ÆN. SYLVIVS *Hist. Frid.* III. *pag.* 43.

(d) Inauguratio & matrimonium Frid. III. latissime descripta ab ÆN. SYLVIO *Hist. pag.* 39. *sequ. & ab* NICOL. LANCKMANNO *in Historia Coronationis & Desponsationis, quam Celeb.* STRVVIVS propediem *Tomo* II. *Freheriana Collectionis* dabit. Vid.

pioso exercitu imperator, nec adeo quicquam Italis ab inermi Cæsare metuendum erat. Non desertæ tamen Italicæ clientelæ satis digno sunt argumento insignes honores, quibus vbique, vltra quam creditum esset, sunt prosequuti Itali Cæsarem. Huic vero non male vertitur vitio, quod iterum Papæ admodum blanditus non pauca priscorum imperatorum iura ipse neglexerit. (*e*) Roma Fridericus tendit

breuiter NAVCLERVS *pag.* 1076. 1077. GOBELLINVS *lib.* I. *pag.* 18. *sequ.* KOENIGSHOFEN *cap.* II *p.* 151. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 309. ROLEWINCK *pag.* 89. *Chron.* MAGDEBVRG. *pag.* 352. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC LI. *pag.* 422. 423. CVSPINIANVS *pag.* 406. KRANTZIVS *Vand. lib.* XII. *cap.* XVI. LANGIVS *pag.* 863. 864. MVTIVS *lib.* XXIX. *pag.* 292. 293. Bulla Papalis apud LEIBNITIVM *Tom. I. n.* CLXI. *pag.* 403. 404.

(e) Summi honores Cæsari exhibiti. ÆN. SYLVIVS *pag.* 60. 61. 63. 64. 68. 69. 74. 75. 96. *sequ. Paral. ad.* CONR. VRSP. *pag.* 309. MVTIVS *pag.* 294. Papæ admodum blanditus. ÆN. SYLVIVS *Hist. pag.* 69. 77. 80. 81. Vituperatur in-

dit Neapolin, & *Alfonsum* Regem, Eleonoræ auunculum, inuisit. (*f*) Sed dum nouorum in Germania excitatorum motuum nuncii accurrunt, cogitur festinare iter, & in Germaniam redire. (*g*)

X. Vix aduentarat in Austria, cum eo audaciæ prorumperent rebelles Austrii, vt ipsum Neostadii agentem armis peterent, & copiis profligatis obsiderent. Interpositis pactis redditus demum *Ladislaus*; & idem, Bohœmis Hungarisque poscentibus, solutus tutela, quam hucusque Fridericus gesserat. (*h*) Germa- *Austriaci motus.*

de in *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 310.

(f) ÆNEAS SYLVIVS *Hist. pag.* 82. *sequ. & ceteri fere plerique auctores.*

(g) TVRBAS Austriæ late persequitur ÆN. SYLVIVS *pag.* 44. *sequ.* Breuiter MVTIVS *pag.* 294. *& alii plures.*

(h) ÆNEAS SYLVIVS *Hist. pag.* 98. *ad fin. Hist. Boh. cap. LVIII. LX.* GOBELLINVS *lib. I. pag.* 20. *sequ.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCLII. *p.* 424. NAVCLERVS *pag.* 1077. BONFINIVS *Dec. III. Rer. Hung. lib. VII.* DV-

mania parum tunc Austria pacatior, & passim, nihil curata Cæsaris auctoritate, priuata commissa arma: quæ hactenus iusta visa, dummodo præscriptæ *diffidationibus* legi satisfactum esset. (*i*)

Constantinopolis occupata Turcicum bellum suadet. An. cIↃ CCCC LIII.

XI. Dum ita inquieta est Germania, & dum solis consiliis proxima curantur mala, tantum potuerat vis Turcica, vt obsessam Constantinopolin caperet, & Orientis imperium capesseret. (*k*) Jam agenti in Ita-

BRAVIUS *lib. XXVIII. pag.* 739. CVSPINIANVS *pag.* 408. MVTIVS *pag.* 294. 295.

(i) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCCL. LII. *pag.* 421. 424. 425. PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 862. 863.

(k) ÆN. SYLVIVS *Epist.* CXLI. CLIX. *sequ. de Statu Eur. cap. IV. Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 377. 378. 379. NAVCLERVS *pag.* 1079. ROLEWINCK *pag.* 89. MVTIVS *lib. XXIX. pag.* 295. *Chron.* MAGDEBVRGICVM *pag.* 362. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 310. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LIII. *pag.* 426. P. LANGIVS *pag.* 864. KRANTZIVS *Vand. lib.* XII. *cap. XIIX.* latius & ex instituto MICH.

Italia *Friderico Nicolaus* Papa, vir prudentiſſimus, admodum ſuaſerat, vt ruentibus Græcis rebus mature ſubueniret. Nunc eis collapſis magis monuit Papa, vt frangeretur demum opportunis armis magna & formidabilis Turcorum potentia. Igitur conuentum Ratisbonam, & magno principum, in quibus etiam erat *PHILIPPVS*, Dux Burgundiæ, conſenſu decreta expeditio contra Turcos. Sed ſtatim viſum, parum valitura conſilia, cum parum ſit animi Cæſari ad bellandum. (*l*) Conſultatum etiam in his & nouis Francofurtanis comitiis de Pruſſia vindi-

An. cIↄ CCCC LIV.

De Pruſſia vindicanda conſultatur.

SENESCHALLVS *de vero anno & die expugnatæ Conſtantinopolis*, GVILH. CANDERSINVS, *&* LEONHARDVS CHIENSIS *de Expugn. Conſtantinop.*

(l) Conſilia Italica contra Turcos. ÆN. SYLVIVS *Hiſt. pag.* 86. *ſequ.* ex litteris MVLLERVS *P. II. cap.* II. Ratisbonenſia comitia. GOBELLINVS *Comm. lib.* I. *pag.* 22. ÆN. SYLVIVS *Ep.* CXXVII. CXXXI. CXL. CLIV. ROLEWINCK *pag.* 89. MVTIVS *lib. XXIX. pag.* 296.

dicanda, cuius pars ad Polonos tædio iniuriarum a Teutonico ordine illatarum ducta defecerat. (*m*) Verum, nec hæc, nec altera causa, quantumuis ea Francofurtensibus & Neostadensibus comitiis iterum maxima consensione esset pertractata, vltra consilia processit. (*n*) Opinati prorsus principes, solos numos peti a Cæsare & Papa, cum semper imperetur expeditio aduersus Turcos, nec vllus tamen eius rei gratia fieret adparatus. (*o*)

An. cIↃCCCCLV.

Nihil actum.

XII.

(m) ÆN. SYLVIVS *Epist.* CLXII. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LIII. *pag.* 426. 427. ALBERTVS KRANTZIVS *Vand. lib.* X. *cap.* XVI. *lib.* XII. *cap.* XVII. XXIII. XXVII. XXIX. XXXI. Conf. MVLLERVS *P.* II. *cap.* III.

(n) ÆN. SYLVIVS *Epist.* CXXVII. GOBELLINVS *lib.* I. *pag.* 23. Adde iudicium P. LANGII *Chron. Citic. p.* 864. Vid. *Clar.* MVLLERVS *P.* II. *cap.* V.

(o) GOBELLINVS *Comm. lib.* I. *pag.* 23.

XII. Quod etiam non cessarent perpetuæ in Germania turbæ, & satis male Germanicas res curare Imperator videretur, ipsi nunc ceteris intermissis consiliis electores Noribergam conuocarunt principes, eoque imperatorem, licet grauissime indignabundum, inuitarunt. (*p*) Nouis Francofurtanis comitiis ibi decretis, missa interim ad Imperatorem legatio, quæ posceret, vt publica pax rectioribus consiliis stabiliretur; vt iustitia & patriæ salus a præsente Imperatore magis curaretur: sin minus, denunciaret, siue volente, siue inuito, ipso Romanorum regem iri electum, qui suo muneri magis sufficeret & satisfaceret. Quasi præsente & iubente Cæsare multa alia in illis Noribergensibus & proximis Francofurtanis comitiis adducta in deliberationem; sed vt cetera in cassum propemodum omnia. (*q*)

An. cIɔCCCC LVI. *Electorum cura publicæ salutis.*

cIɔCCCC LVII.

V XIII.

(p) Ex actis MVLLERVS P. III. *cap.* I. *sequ.*
(q) MVLLERVS *P.* III. *cap.* I. II.

Ausus nefarii Calixti Papæ. XIIII. Cum nouus Papa *Calixtus* refrigeſcere in Germania belli cum Turcis adminiſtrandi ſtudia cerneret, ipſe auſus bellum imperare, & Francofurtum, non ſalutato Cæſare, conuocare principes. Res iam viſa indigniſſima ipſi Cæſari, qui alioquin nimium quantum Pontifici Maximo indulgere conſueuerat. Vetuit parere vocanti Papæ. (*r*) Cum vero ſuaderent electores, vt commoda vſus occaſione frangeret Papalem dominationem, ſaltem cogeret Papam, vt querelis Germanorum creberrimis tandem ſatisfaceret: non tantum nihil vltra Papam moratus eſt, verum etiam perſuadente ipſi *Aenea Syluio*, miſſo hoc legato, obedientiam Calixto præſtitit. (*s*)

XIV.

(r) Formula *CALIXTINI* voti apud LEIBNITIVM *Tom.* I. *Cod. Diplom. num.* CLXVI. *pag.* 411. Vid. cetera GOBELLINVS *lib.* I. *pag.* 25. TRITHEMIVS *ad ann.* CIↃ CCCC LV. LVI. NAVCLERVS *pag.* 1082. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 311.

(s) GOBELLINVS *l. cit. Ex actis* MVLLERVS *P.* III. *cap.* VIII.

XIV. Hic Papa ſtatim poſtea obiit, & in eius locum, ſucceſſit ille *Aeneas Syluius*, ſingularis amicus Cæſaris, *Pii* II. nomine deinde notatus. Quam erat iſte Germaniæ ſtatus callidiſſimus, & cetera vir prudens & eruditiſſimus, incredibile eſt, quam Pontificia dominatio ex eius imperio profecerit. (*t*) Turbabatur eodem tempore rurſus Auſtria, Hungaria, & Boiohœmum: quippe *Ladislao* mortuo inſignis regnorum & regionum hæreditas in litem venit. Verum electis a Bohœmis *GEORGIO*, *Podiebradio*, & ab Hungaris *Mathia Coruino*, Regibus: ceteræ etiam turbæ, quas Auſtriæ diuiſio, & bellum a Mathia ad repetendam ſacram coronam Friderico illatum perpetuarunt, noui Papæ interuentu tandem ſunt oppreſſæ. (*v*)

Aeneæ Syluii ingenium.

An. cIↄ CCCC LVIII.

Litigioſa in Boiohæmiæ & Hungariæ regna ſucceſſio.

V 2 XV.

(t) GOBELLINVS *pag.* 29. NAVCLERVS *pag.* 1085. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC LVII. *pag.* 433. P. LANGIVS *pag.* 866. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 311. 314. 318.

(v) Mors *LADISLAI* & turbæ poſtea natæ variæ. ÆN. SYLVIUS *Hiſt. Boh.*

Boioarium bellum. XV. Vix ex hac parte pax parta, cum in Germania publica bella ferrerentur. *LVDOVICVS*, Dux Boioariæ, DonaWerdam occupauerat. An. cIↄ CCCC LIX. Eslingæ in Comitiis eam restituere iussus, & pertinacior proscriptus est; bello contra cum *Alberto* Brandenburgico demandato. Ab hoc alter facile coactus, vt in nouis Noribergensibus Comitiis iussa faceret, & orbem libertati redderet. (*x*) *Mantuanus conuentus.* Tum in Mantuano solenni conuentu,

cap. LXX. LXXI. LXXII. *de statu Eur. cap.* I. XVI. DVBRAVIVS *lib.* XXIX. *pag.* 762. *sequ. lib.* XXX. *pag.* 767. *sequ.* BONFINIVS *Hung. rer. Dec.* III. *lib.* IX. X. GERHARDVS DE ROO *lib.* VI. *pag.* 211. - 219. NAVCLERVS *pag.* 1087. 1088. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC. LVII. *pag.* 432. CVSPINIANVS *p.* 409. 410. P. LANGIVS *pag.* 866. MVTIVS *pag.* 297. 298. Formula pactorum Cæsaris cum *MATHIA* nouo rege apud LEIBNITIVM *Tom.* I. *Cod. Diplom. num.* CLXXXII. *pag.* 422.

(x) GOBELLINVS *lib.* III. *pag.* 62. 63. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC. LIIX. LIX. *pag.* 434. 435. P. LANGIVS *pag.* 866. 867. ex actis MVLLERVS *P.* III. *cap.* IX. X. *sequ.*

tu, ad quem omnes Europæ principes *Pius*, Papa, inuitauerat, magnis animis vniuersale contra Turcos bellum decretum, & eius Dux atque princeps Cæsar esse iussus. Germani auxilia ante quinquennium Francofurti decreta rursus polliciti. (*y*) Sed iterum Cæsare post hæc consilia, paulo deinde in Comitiis Wormatiensibus & Noribergensibus magis pertractata, pro more socordius omnes res agente, & Papa & Germania magnis excidit ausis. (*z*)

An. cIↃ CCCC LX.

(y) GOBELLINVS *lib.* II. *pag.* 34. *lib.* III. *pag.* 61. *sequ.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LIX. *pag.* 435. Varia acta publica apud LEIBNITIVM *Cod. Diplom. Tom. I. Num.* CLVII. *ad* CLXXX. *pag.* 418. *sequ. &* MVLLERVM *P. III. cap.* XIII.

(z) Ex actis *Clar.* MVLLERVS *P.* III. *cap.* XXIV. *sequ.*

Ciuile bellum in Moguntina causa.

XVI. Contra Papæ culpa nouis bellis Germania inuoluta eſt. De Moguntino Electoratu contendebant *DITHERRVS*, Iſenburgicus, & *ADOLPHVS*, Naſſouius, Comites: vterque ex electione ius ſibi natum poſtulantes. Aegre nec niſi durioribus conditionibus præſcriptis Ditherrum confirmauit Papa. (*a*) Hic, Cæſare non permittente ſolum, ſed & inſtigante, bello petit *FRIDERICVM*, Palatinum, *Adolpho* & *Ludouico* Bauaro fauentem. Quo bello non ſatis ex votis adminiſtrato, pacem conciliauit *GVILIELMVS*, Haſſiæ Landgrafius. (*b*) Interea non

An. cIↄ CCCC LXI.

(a) GOBELLINVS *lib. III. pag.* 64. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC LIX. *pag.* 435. P. LANGIVS *pag.* 866. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 318. Ex actis LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap.* CIV. *&* MVLLERVS *P.* III. *cap. XX.*

(b) GOBELLINVS *lib. VI. pag.* 147. ÆN. SYLVIVS *de Statu Europæ cap. XL.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XLIX. p.* 1091. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCC LX. *pag.* 436. *ſequ.* *Chronicon* ELWANGENSE *ad h. ann.* LEH-

non impletis conditionibus, quarum quædam manifeſtam iniuriam imperio faciebant, *Ditherrus* a Papa proſcriptus, & dignitas ei abrogata data eſt *Adolpho.* (*c*) Cæſare cum Papa faciente, *Fridericus*, Palatinus, & *Ludouicus Diues*, Boioariæ Dux, cum *Ditherro*, contra Cæſarem & *Adolphum* ſociosque *Ludouicum*, alterum Boioariæ Ducem, *Albertum* Brandenburgicum, *Carolum* Badenſem, *Vlricum* Wurtenbergicum, & plures, arma ſumſerunt. Bellum acre geſtum & ſemel magno proelio proſtratæ fœderatorum copiæ. Sed pars victrix, cum Moguntia inopinanter ab Adolpho expugnaretur,

An. cIↃCCCC LXII.

V 4 tur,

MANNVS *Chr. Spir. lib. VII. cap.* CIII.

(c) GOBELLINVS *lib. VI. pag.* 146. 147. NAVCLERVS *pag.* 1093. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LXI. *pag.* 443. P. LANGIVS *pag.* 866. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 318. *ſequ.* MVTIVS *pag.* 298. Ex actis LEHMANNVS *Chron. Spir. Lib. VII. cap.* CIV. CV. MVLLERVS *R. T. The. P. IV. cap. XI. ſequ.*

tur, cessit tamen, & Francofurti Fridericus placatus, Ditherro persuasum est, vt cederet ditione Adolpho, prædiaque quædam & spem haberet post Adolphi obitum rerum potiundi: (*d*) quæ etiam spes post duodecimum annum felicem euentum habuit. (*e*)

An. cIↄ CCCC LXIII.

Cæsaris acta criminantur Galli Bohœmique:

XVII. Hisce calamitatibus, quas minora varia bella duriores reddebant, aut nihil, aut parum a Friderico curatis; obtentu iustæ indignationis *Georgius*, Boiohœmi Rex, quasi se interpositurus flagrantibus turbis, & Egræ & Noribergæ ad se tra-

(d) GOBELLINVS *Comm. lib. VI. XI. XII.* TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad ann.* cIↄ CCCC LXI. LXII. *pag.* 443. 444. 445. 450. *vsque* 455. NAVCLERVS *p.* 1091. *sequ.* MVTIVS *pag.* 299. 300. P. LANGIVS *pag.* 867. 868. ANDREAS *Presb. pag.* 63. 64. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 318. 319. Ex actis LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap.* CVI. CVII. CVIII. MVLLERVS *P.* IV. *cap.* XX. *sequ.*

(e) TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad ann.* cIↄ CCCC LXXV. *pag.* 484. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 319.

traducere imperium conatus, plurimumque Cæſaris acta criminatus eſt. Obſtitit *FRIDERICVS*, Brandenburgicus Elector, improbis conatibus. Nec eo faciente auditus eſt Galliæ Rex *Ludouicus* XI. qui & ipſe adfectabat imperium. (*f*) Interim ſuarum partium eſſe rati Electores ruentibus ſubuenire rebus, Francofurti diem dixerunt Cæſari & principibus, quo de publica ſalute conſultaretur. Et Papa autem & Cæſare contra Electores acerbe dicentibus, decreta illa comitia non celebrata ſunt. (*g*)

& ipſi Electores incuſant.

XVIII. Nondum vero exierat bellum Moguntinum, cum miſceretur nouum. *ALBERTVS*, Auſtriacus, frater Cæſaris, & *Ludouicus*, Bauarus, criminati Imperatoris iniuſtitiam cum bello petierant. Fratri, qui iam nunc Viennam obſede-

Bauaricum bellum.

V 5 rat,

(f) GOBELLINVS *lib. V. pag.* 125. Ex actis MVLLERVS *P. IV. cap. I. ſequ.*

(g) Ex actis MVLLERVS *P. IV. cap. VII.*

rat, mox satisfactum. (*h*) cum Ludouico bellatum est diutius & vehementius. Ei maiestatis multas ob causas damnato & proscripto fauit *Fridericus* Palatinus, vsque huc in diuerso bello victor. Contra *Albertus*, Brandenburgicus, dux belli erat cum Bauaris administrare coepti. Tandem, adhuc antequam Moguntina causa plene decisa esset, Noribergæ in comitiis sancitæ induciæ, & eodem anno, quo Moguntinum bellum est compositum, alterum Bauaricum etiam in Pragensi conuentu terminatum est. (*i*) Quod

(h) ANDREAS *Presb. pag.* 65. GERHARDVS DE ROO *lib. VII. pag.* 227. 228. MVLLERVS *P. IV. cap.* XIIII.

(i) Bauaricum hoc fere cum Moguntino bello permixtum. TRITHEMIVS *ad ann.* CIↃCCCCLVIII. LIX. LX. *p.* 434. *sequ.* ANDREAS *Presb. pag.* 65. 66. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* CIↃCCCCLXII. LXIII. GERHARDVS DE ROO *lib. VII. pag.* 232. Ex actis MVLLERVS *P. IV. cap.* XII. XVI. *sequ.*

Quod recruduerat autem Austriacum bellum, rebellantibus Viennensibus & Alberto rursus eorum tuente causam vi maiori gestum. Obsessus aliquandiu Cæsar in arce sua, Liberatus licet Georgii, Boiohœmi Regis, auxiliis, & durioribus conditionibus paci adstrictus; non potuit tamen per Alberti fratris inquieta consilia pace frui. Ergo proscriptus Albertus a Papa & Cæsare. Sed pax firma non reddita Austriæ vicinisque regionibus, donec turbulentissimus frater obiens rebellantibus Austriis parendi necessitatem relinqueret. (*k*)

Austriacum bellum.

An. cIↃ CCCC LXIV.

XIX. Ita paulum quietioribus rebus ad pacem in omni Germania stabiliendam Electorum consilio animum magis serium adiecit Cæsar. Vlmæ

Cura pacis publica.

(k) GOBELLINVS *lib. X. pag.* 241. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LXIII. *pag.* 456. NAVCLERVS *Gen. XLIX p.* 1094. MVTIVS *lib. XXIX. pag.* 300. GERH. DE ROO *lib.* VII. *pag.* 229. *ad* 260. MVLLERVS *P.* IV. *cap.* XXIII. *sequ.*

An. cIↃCCCC LXVI.

Vlmæ & deinceps Nordlingæ formula publicæ pacis conſcripta & promulgata. (*l*) Statim deinde Noribergæ in Comitiis auditus *Pauli* II. qui modo in Pii locum ſucceſſerat, legatus Turcicum bellum impenſe Germaniæ principibus ſuadens. Legato abſentis imperatoris in ſententiam Papæ concedente, exercitus vti publico nomine cogatur, & interea quinque annos religioſe pax curetur, decretum eſt. (*m*) Quod Papa vero Cæſarem & Germanos contra Georgium, Boiohœmi Regem, concitare conabatur, fruſtra erat. Sumſere tamen ſibi Electores negotium, vt Landshuti lites Papæ cum Rege tollerent. (*n*) Nori-

Conſilia Turcici belli fruſtranea.

(l) Ex actis MVLLERVS *P.* IV. *cap.* XXXIII. XXXIV.

(m) Vid. Acta publica in GOLDASTO *Reſcr. Imp. pag.* 213. *Reichs-Satz. P.* II. *pag.* 159. MVLLERO *P.* IV. *cap.* XXXV. Conf. GERHARDVS DE ROO *lib.* VIII. *pag.* 268.

(n) JACOBVS PAPIENSIS *Comm. lib.* VI. *pag.* 436. 437. TRITHEMIVS *ad*

Noribergæ in nouis comitiis consultatum, quo maxime modo fieret contra Turcos expeditio. Ad publicam pacem firmius seruandam aptissimum visum, si iudicium imperii nouum erigeretur. Sed nequicquam capta consilia: nec exercitus paratus, cum præcipue ciuitates imperii conquererentur, noua matricula conscripta maius sibi onus, quam cui sustinendo pares forent, esse impositum. (*o*) An. cIↄ CCCC LXVII.

XX. Dum postea Fridericus, siue voti causa, siue vt causas quasdam cum Papa transigeret, in Italiam proficiscitur, & Romam diuertit: in Germania vicarium imperium *Iter Cæsaris in Italiam.* cIↄ CCCC LXVIII.

ann. cIↄ CCCC LXVI. *pag.* 462. MVLLERVS *P.* IV. *cap.* XXXIX.

(o) ALBERTVS KRANTZIVS *lib.* XII. *Vandal. cap.* XXXVII. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 323. Acta publica apud GOLDASTVM *Reichs-Satz. P. I. pag.* 184. LEHMANNVM *Chron. Spir. lib.* VII. *cap. III. pag.* 885. DATTIVM *lib.* I. *cap.* XXVIII. *num.* LXVII. *sequ.* MVLLERVM *P. IV. cap. XL. XLI.*

rium geſſit *Fridericus*, Palatinus. (*p*)
An. cIↃ CCCC LXIX. Cum reduce Cæſare nunciatus Turcus maxima vi inuaſiſſe in Boſniam & Carniolam. Suam igitur rem agi, paries dum proximus ardet, principes Germaniæ rati, frequentes Noribergæ & Vindobonæ conuenerunt, & de maxime neceſſario Turcico bello gerendo conſultarunt. (*q*) Vt iterum in hiſce comitiis ſolenni more nihil ageretur, in proximis tamen Ratisbonenſibus comitiis, quæ quidem ferunt per occulta principum in Cæſarem odia eo animo, vt prorſus ipſi abrogaretur poteſtas, frequentiora & celebriora fuiſſe; ſerio conſultatum de firmanda magis Germaniæ interna pace,

Turcicum bellum decretum.

cIↃ CCCC LXX.

(p) JACOBVS PAPIENSIS *Comm. lib. VII. pag.* 438. *sequ.* NAVCLERVS *p.* 1096. KRANTZIVS *Vand. lib.* XIII. *cap. I.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LXIX. *pag.* 470. 471. MVTIVS *lib.* XXIX. *pag.* 301. Ex actis MVLLERVS *P. IV. cap. XLIII.*

(q) JACOBVS *Card. Pap. lib. VII. p.* 449. 450. Ex actis MVLLERVS *P. IV. cap. XLV. ſequ.*

ce, & de armis idonee in Turcos inferendis. Placuit, vti *communis denarius*, quem adpellarunt, propere penderetur. Cum de milite præſtando ageretur, parum curare bella Cæſar facile viſus. (*r*) Ceterum dum in Boiohœmo electus nuper eſſet rex *VLADISLAVS*, *Caſimiri* Poloni filius, fecit contra eam electionem Papa, & huius fauore *Mathias*, rex: ſed ſuadente Friderico probarunt eam in hac curia Germaniæ principes: (*s*) qui etiam annis pro-

Bohæmica clientela adſerta.

(r) AVGVSTINVS PATRICIVS *de Comitiis Ratisbon.* JOH. ANT. CAMPANVS *lib. VI. Epiſt. IV. V. IX. X. XII. XIV. XVI. XXII. XXVII.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC LXXI. *pag.* 477. KRANTZIVS *Vand. lib.* XIII *cap. V. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 323. GERH. DE ROO *lib.* VIII. *pag.* 273. R. I. & alia Acta publica in GOLDASTO *Reichs - Satz. Tom.* I. *pag.* 187. LEIBNITIO *Tom.* I. *Cod. Diplom. n.* CLXXXVIII. *pag.* 430. LEHMANNO *lib.* VII. *cap.* CXII. MVLLERO *P. V. cap.* II. III. XIV. XV.

(s) CAMPANVS *lib.* VI. *Ep.* XIV. GERH. DE ROO *lib.* VIII. *pag.* 274. MVLLERVS *P.* IV. *cap.* XLVII. *P. V. cap.* XVII.

An. cIↄ CCCC LXXII. III. proximis frustra intercedentibus ciuitatum imperialium legatis, Noribergæ, Augustæ, & Neostadii, Ratisbonensia decreta denuo rata esse firmaque iusserunt. (*t*)

Caroli Burgundi ambitiosa postulata. XXI. Itum deinde Treuirorum Augustam, vbi *CAROLVS*, Dux Burgundiæ, fastu maximo Cæsari præstolabatur. Pactæ primum MAXIMILIANO, filio Cæsaris, nuptiæ cum *MARIA*, filia Caroli. Cum autem ambitiosius a Carolo regium nomen & vicarium imperium peteretur; persuasum Cæsari a *Ludouico*, Galliæ rege, & a multis præterea principibus, vti nulla re acta continuo Treuiris, ne salutato quidem Carolo, qui proximam parauerat inaugurationem, abiret, & Coloniam Agrip-

(t) CAMPANVS *lib.* VI. *Epist.* XV. XXII. XXVII. XXX. *Chron.* ELWANGENSE *ad ann.* cIↄ CCCC LXXIII. P. LANGIVS *pag.* 872. GERH. DE ROO *lib.* VIII. *pag.* 274. 275. Ex actis LEHMANNVS *lib.* VII. *cap.* CXII. MVLLERVS *P.* V. *cap.* XVIII. XIX. *sequ.*

Agrippinensium concederet. (v) Postea habuit tria vno anno, Rotenburgi ad Tubarim, Noribergæ, & Augustæ, comitia. In primis Holsaticum territorium rogatu *Christiani* I. Daniæ regis, qui præsens aderat, Ducatus dignatione præditum. (*x*) In secundis publice confirmatus *Vladislaus*, nouus Boiohœmi rex. (*y*) In tertiis proscri- *Variæ causæ comitiales.* An. cIↄ CCCC LXXIV.

X ptus

(v) RVD. AGRICOLA *de congressu Frid.* III. *Imp. & Caroli Ducis. Chron. M.* BELGICVM *pag.* 401. 402. 403. 410. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gener. L. pag.* 1099. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 327. ALBERTVS KRANTZIVS *Sax. lib.* XII. *cap.* XI. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC LXXIV. *pag.* 481. MVTIVS *lib.* XXIX. *pag.* 302 MEYERVS *Flandr. Ann. lib. XVII. pag.* 409 *sequ.* PONTVS HEVTERVS *Burg. rer. lib. V. pag.* 173. GERH. DE ROO *lib.* VIII. *pag.* 275. 276. Ex actis *Celeb.* MVLLERVS *P. V. cap.* XXXII. XXXIII. XXXV.

(x) ALBERTVS KRANTZIVS *Dan. lib.* VIII. *cap.* XXXVII. *Sax. lib.* XII. *cap.* XII. Diploma exhibent MEIBOMIVS *Tom.* III. *pag.* 213. LEIBNITIVS *Tom.* I. *pag.* 431.

(y) DLVGLOSSVS *Hist. Polon. lib.* XIII. *pag.* 500.

ptus *Fridericus*, Palatinus, qui ferebatur multa superbius egisse. Porro pax noua hic sancita, & vt firmior ea foret, nouum imperii iudicium constitui cœptum, quod curaret lites principum. Turcica auxilia, vt fere semper, hisce etiam in locis postulata. (z)

Belli Burgundici rationes & euentus.

XXII. Erant interea in regionibus inferiori Rheno adsitis in Coloniensi causa grauissimæ natæ turbæ; quas iratior imperatori & imperio Carolus omni studio adiuuabat. *RVPERTVS*, Coloniensis Pontifex, in magnum nobilitatis odium vene-

(z) Proscriptio *FRIDERICI* Palatini. ANDREAS PRESB. *Chron. Bau. pag.* 64. GERH. A ROO *lib.* VIII. *pag.* 276. MVLLERVS *P. V. cap. XLV.* Noua pacis formula apud GOLDASTVM *Reichs-Satz. P.* I. *pag.* 197. MVLLERVM *P. V. cap. XLIV. num.* VII. De nouo iudicio vid. GOLDASTVS *l. c.* P. II. *pag.* 169. DATTIVS *lib.* IV. *cap.* I. *n.* XVI. *sequ.* Præscriptionem Turcicæ collectæ exhibet LEIBNITIVS *Tom.* I. *Cod. Dipl. num.* CXC. *pag.* 432. Generatim de his comitiis vid. LEHMANNVS *lib.* VII. *cap.* CXIII. MVLLERVS *P. V. cap.* XLIII. *sequ.*

venerat, dum contra pacta non soluto pretio oppigneratas vrbes vi repetiisset. Sumta erant vtrinque arma: nanque *HERMANNVM*, Hassum, spe Pontificatus obtinendi facta, elegerant Agrippinenses defensorem & causæ propugnatorem suæ. (a) Carolus pro Ruperto inuasit in Agrippinensium agros, Nussiamque obsedit. Frustra admonitus Burgundus, vti facesseret a vi Germaniæ inferenda, hostis imperii in Augustanis, Francofurtanis, Herbipolitanis, & Andernacensibus, comitiis, declaratus, & pacto cum Gallis Heluetiisque fœdere expeditio contra eum decreta est. (b) Ea suscepta nouo

An. cIↃ CCCC LXXV.

X 2

(a) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-LXXII. LXXIII. LXXV. LXXVIII. *p.* 477. 478. 479. 484. 499. GERH. DE ROO *pag.* 276.

(b) M. CHRON. BELGICVM *pag.* 403. KRANTZIVS *Vand. lib. XIII. cap. XI.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-LXXIV. *pag.* 482. P. LANGIVS *p.* 872. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 327. MVTIVS *pag.* 302. MEYERVS *Flandr. lib. XVII. pag.* 413. GERH. DE ROO

nouo anno a Cæſare; *Alberto*, Brandenburgico, militiæ duce renunciato. Expugnatæ aliquot vrbes, & eiecta præſidia Burgundica. Dum autem grauius bellum ſperaretur, inopinato poſita arma, &, male habentibus egregia ſua auxilia principibus, pax ſancita: ſua commoda, quod ferebatur, aperte publicæ ſaluti anteponente Cæſare. (*c*)

An. cIɔ CCCC LXXVI. *Caroli Burgundi fata.*

XXIIII. Carolus impetrata pace arma vertit contra Heluetios & Lotharingos. Hicce in bellis aliquoties profligatus, & in tertio ad Nanceium

pag. 278. 279. Ex actis MVLLERVS *P. V. cap. XLIX. LIV. ſequ.*

(c) ALBERTVS KRANTZIVS *Vand. l. c. Sax. lib. XII. cap. XII. Dan. lib. IIX. cap. XXXVII.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔ CCCC LXXV. *pag.* 483. *Chron. M.* BELGICVM *pag.* 403. 412. 413 - 420. CVSPINIANVS *pag.* 486. *Chron.* MINDENSE *pag.* 573. NAVCLERVS *pag.* 1099. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 327. JAC. WIMPFELINGIVS *Epit. cap. LVII. pag.* 195. MVTIVS *lib. XXIX. pag.* 302. GERH. DE ROO *pag.* 279. 280. 281. 282 283. Ex actis MVLLERVS *P. V. cap. LXIII. ſequ.*

ceium proelio cæſus eſt. (*d*) Tum ilico pacem firmat *Fridericus* Cæſar cum *Mathia* rege, qui, quod Vladislaum regem ſolenni ritu Cæſar inauguraſſet, in Auſtriam irruperat. (*e*) Potius data opera, vt Mariam ditiſſimam Burgundicarum prouinciarum hæredem propediem Maximilianus poſſet ducere. Galli quidem, qui Mariam Delphino ſuo deſtinauerant, vehementer, miſſis omnino in Germaniam legatis, inter-

An. cIↃ CCCC LXXVII. *Maria Burgundica nubit Maximiliano.*

X 3

(d) KRANTZIVS *Vand. lib.* XIII. *cap.* XIII. *Saxon. lib.* XII. *cap.* XIII. XIV. XV. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCC LXXVI. LXXVII. *pag.* 492. 493. 494. NAVCLERVS *pag.* 1100. P. LANGIVS *pag.* 872. MVTIVS *pag.* 302. 303. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 329. 330. MEYERVS *Flandr. lib. XVII. pag.* 422. *ſequ.* PONTVS HEVTERVS *Burg. lib. V. cap.* XII. *ſequ.* ROB. GAGVINVS *lib. X. cap. XX. XXI.* GERH. DE ROO *pag.* 284. 285. 286. MVLLERVS *P. V. cap.* LXXIV.

(e) BONFINIVS *Dec.* IV. *lib.* V. DLVGLOSSVS *lib.* XIII. *pag.* 558. KRANTZIVS *Sax. lib.* XII. *cap. XVI.* ROO *lib.* IIX *pag.* 286. Ex actis MVLLERVS *P. V. cap. LXXXII.*

tercessere, quo minus fierent nuptiæ. Sed probantibus eas Belgicis ordinibus sunt eæ primum Louanii absente Maximiliano celebratæ, & deinde Gandaui plene peractæ: maxima porro vastissimarum opum ex iis accessione hoc pacto aucta augustissima domo Austriaca. (*f*)

Gallicum bellum.

An. cIↃ CCCC LXXVIII.

XXIV. Tantam ditissimarum prouinciarum, quam spe minime conceperant, iacturam, Galli iniquissime ferentes, actutum Burgundiæ Ducatum & Artesiam occuparunt, vltraque illatis armis in Flandriam inuaserunt. Quod minus viderentur illæ prouinciæ Germanicam curasse clientelam, frustra solli-

(f) KRANTZIVS *Sax. lib.* XII. *cap.* XVII. XIIX. XIX. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LXXVII. *pag.* 496. NAVCLERVS *pag.* 1101. *sequ.* MVTIVS *lib.* XXIX. *pag.* 303. 304. P. LANGIVS *pag.* 874. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 331. PONTVS HEVTERVS *Austr. lib.* I. *cap.* I. *sequ.* GERH. DE ROO *lib.* IIX. *pag.* 288. *lib.* IX. *pag.* 373. *seq.*

ſollicitata Germanorum auxilia. (*g*) Dum interim a Maximiliano fortiter Gallica ſuſtinentur arma, per Turcici belli metum in Germania ſæpe & ſæpius de expeditione contra Turcos conſultatur. Landshuti, Friſingæ, Noribergæ. multa decreta, ſed vere nihil actum. (*h*) Mixta tum arma Hungarica, Mathia rege plurimas cauſante offenſas, atque in Auſtriacas ditiones rurſus inuolante. Semel in Hungarico bello interpoſitæ induciæ, quod belligerantes Turcus Tranſiluaniam tentando terreret. (*i*) Conſenſere

Turcicum bellum ſæpe decretum.

An. cIↃ CCCC LXXIX. LXXX.

Hungaricum bellum.

cIↃ CCCC LXXXI.

X 4 et-

(g) KRANTZIVS *Sax. lib.* XII. *cap.* XIIX. XIX. XXI. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC LXXVII. *pag.* 495. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 331. PHIL. COMMINÆVS *lib. VI. cap.* I. PONTVS HEVTERVS *Auſtr. lib.* I. *cap.* IX. ROO *lib.* IX. *pag.* 379. *ſequ.*

(h) LEHMANNVS *lib.* VII. *cap.* CXV. CXVI. MVLLERVS *P. V. cap.* LXXV. LXXVII. *ſequ.*

(i) De belli & odiorum ſingulari cauſa CVSPINIANVS *p.* 410. Vid. ROO

etiam in nouis Noribergensibus comitiis ordines ad auxilia contra Turcos præstanda: quo nomine noua rursus imperii matricula conscripta est: (*k*) Sed dum post insignem Maximiliani Belgicam victoriam, & præmaturam Mariæ mortem, Atrebatensi pactione Gallicum bellum componitur, (*l*) recrudescit Hungaricum, & parum satis res Austriæ curante Germania, dum nunquam pactam soluere vult

An. cIↄ CCCC LXXXII.

lib. IX *p.* 396. MVLLERVS *P. V. cap.* LXXXII.

(k) Ex actis MVLLERVS *P. V. cap.* LXXXIV.

(l) KRANTZIUS *Saxon. lib.* XII. *cap.* XXIX. XXX. TRITHEMIUS *ad ann.* cIↄ CCCC LXXVIII. LXXIX. LXXXII. LXXXIII. *pag.* 497. 499. 504. 516. NAUCLERUS *pag.* 1106. CUSPINIANUS *pag.* 486. MUTIUS *lib. XXIX. pag* 304. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 331. 332. P. HEVTERVS *Austr. lib. I. cap. IX. lib. II. cap. I.* ROB. GAGVINVS *lib. X. cap. XXXIII.* COMMINÆVS *lib. VI. cap. VI. IX.* GERH. DE ROO *lib. IX. pag.* 379. *vsque* 385. *&* *porro ad pag.* 395.

vult pecuniam Fridericus, ad Mathiæ regis mortem vsque protrahitur. (*m*)

XXV. Sunt quidem extracto isto bello, vt moris erat, plurima in Germania comitia habita, & quandoque promissa aduersus Mathiam auxilia. Ita in Noribergensibus comitiis *ALBERTVS*, Saxo, militiæ contra Hungaros Dux dictus. Verum decreta comitiorum impune Mathias spreuit. (*n*) Cetera in comitiis acta, fessa prope prorsus turbarum Germania, ad publicam securitatem magis serio stabiliendam nunc fortius tendere. Coloniæ motus Colonienses mortuo nunc *Ruperto* ab imperatore compositi, &

Comitialia acta.

An. cIↄCCCCLXXXV.

X 5 *Her-*

(m) KRANTZIVS *Sax. lib. XIII. cap. XVII.* ROLEWINCK *Fasc. Temp. Æt. VI. pag.* 90. *B.* P. LANGIVS *p.* 875. GERH. DE ROO *lib. IX. pag.* 396. 401. *lib. X. pag.* 402, 513. 516, 517.

(n) ANDREAS *Presb. pag.* 71. Ex actis MVLLERVS *P. V. cap. LXXXI. P.* VI. *cap. XX. XXI.*

Hermanno Hasso ditio plene tradita. (*o*) Francofurti, ne quicquam Gallis dissuadentibus, rex electus *MAXIMILIANVS*: cuius virtutes non exigua commoda Germaniæ polliceri videbantur. (*p*) Proscriptæ hoc loco omnes diffidationes, omnisque publica vis in posterum legibus cessura facessere iussa. Decretum nouum imperii iudicium, quod

Electio Maximiliani.
An. cIↄCCCCLXXXVI.

Impensior publicæ pacis cura.

(o) GERH. DE ROO *lib. X. pag.* 501. MVLLERVS *P. VI. cap. I.*

(p) Francofurtana comitia & *MAXIMILIANI* electio. KRANTZIVS *lib. XIII. Sax. cap. I.* ROLEWINCK *pag.* 90. *B.* LINTVRIVS *Append. pag.* 91. TRITHEMIVS *Chr. Hirs. ad ann.* cIↄCCCCLXXXVI. NAVCLERVS *pag.* 1108. CVSPINIANVS *pag.* 487. P. LANGIVS *pag.* 881. MVTIVS *p.* 305. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 333. GERH. DE ROO *pag.* 502. P. HEVTERVS *Austr. lib. II. cap. IX. Historia electionis Maxim. R. apud* FREHERVM *T. III.* Acta publica exhibent GOLDASTVS *R-Handel. P. I. Num. IV. R-Satz. P. II. pag.* 173. *Pol. Imp. P.* I. *pag.* 86. KVLPISIVS *Docum. pag.* 218. LEHMANNVS *lib. VII. cap.* CXVI. MVLLERVS *P. VI. cap. I. sequ.*

quod in ciuitate aliqua imperii erigeretur, & paci seruandæ inuigilaret. (*q*) Francofurto itum Aquasgrani, & ibi Maximilianus rex ritu solenni inauguratus. (*r*) Inde binis adhuc vno anno vicibus Coloniæ & Noribergæ publicæ pacis stabiliendæ causa commode pertractata, & ea capta consilia, quæ deinde Maximilianus fortiter & ex imperii voto exsequutus est. (*s*) An. cIↃ CCCC LXXXVII.

XXVI.

(q) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-LXXXVI. *pag.* 524. NAVCLERVS, MVTIVS, *Paraleipomena*, *l. cit.* Formula pacis apud LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. VII. cap.* CXVII. MVLLERVM *P. VI. cap. III. sequ.*

(r) TRITHEMIVS, NAVCLERVS, *&* *ceteri auctores fere omnes. l. c.*

(s) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-LXXXVII. *pag.* 529. MVTIVS *Paraleipomena*, *l. c.* Acta publica habent LEHMANNVS *lib. VII. cap.* CXVIII. DATTIVS *lib. IV. cap. I. n. LIV.* MVLLERVS *P. VI. cap. XIV. XV. XX. sequ.*

Belgici motus. An. cIↃ CCCC LXXXIIX. XXVI. Ille eo tempore in Belgio moratus, vbi Gallis facientibus omnia dudum erant maxime intuta. Primum contentionibus, mox armis actum. Brugenses ciues conati omnino Maximilianum, quem suasu Gallorum in vrbem inuitauerant, in custodia tenere. Rei atrocis fama in Germaniam adlata, decreta in Gallos Belgasque auxilia. (*t*) Dum ea vero adducit Albertus Saxo ipso præsente Friderico imperatore, liberatur ex custodia cIↃ CCCC LXXXIX. Maximilianus, & post leuia vltro citroque damna pax Francofurti cum Gallis & statim deinde cum Bel-

(t) ROLEWINCK *Æt. VI. pag.* 90. *B.* LINTVRIVS *App. pag.* 92. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-LXXXVIII. *pag.* 530. ALBERTVS KRANTZIVS *lib.* XIII. *Sax. cap.* IX. X. XI. XII. XIII. NAVCLERVS *pag.* 1109. P. LANGIVS *pag.* 882. MVTIVS *pag.* 305. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 333. MICH. BOIEMVS *in Vita Alberti Sax.* P. HEVTERVS *Austr. lib.* III. *cap.* III. IV. GERH. DE ROO *lib. IX. X. late.*

Belgis conditionibus ſatis æquis ſancitur. (v)

XXVII. Eodem anno Boioariæ Duces *Albertus* & *Georgius*, qui contra ſuperiora decreta Francofurtana turbauerant Germaniæ Superioris pacem, ſunt in ordinem redacti, & violenter ablata vi reſtituere coacti. Effectum iſtud inſigni Sueuicarum gentium fœdere Cæſarea auctoritate Eslingæ conſtituto. Iſtud bellum Bauaris denuntiauerat, quo perterriti fecerant imperata. (x) Cum tanta laboraret vaſti-

Sueuici fœderis rationes & commoda.

(v) ALB. KRANTZIVS *Sax. lib.* XIII. *cap.* XII. XIII. TRITHEMIVS, LANGIVS, HEVTERVS, BOIEMVS, *loc. cit.* ROO *lib. X. pag.* 509 *ſequ.*

(x) Boicæ turbæ. BILIB. PIRCKHEIMERVS *de Bello Helu. lib.* II. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXCII. *pag.* 550. 551. LINTVRIVS *App. pag.* 93. P. LANGIVS *pag.* 884. Sueuici fœderis initia. TRITHEMIVS *ad ann.* LXXXVII. *pag.* 528. 529. Acta publica in DATTIO *lib.* II. *cap.* IV. V. *ſequ.* & MVLLERO *P.* VI. *cap* XXXVIII. *ſequ.*

ſtitate Germania, nec adhuc in iuſtos eſſet redacta circulos, non alio magis pacto maxime diſſipatæ prouinciæ paci conſultum iri recte tunc putatum. (*y*) De reliquo autem illis in Gallica cauſa eodem tempore habitis Francofurtanis comitiis, denuo agente Maximiliano, pax firmata; de celeribus auxiliis, ſi quando inopinanter in periculum Germania incurriſſet, & de Cameralis iudicii conſtitutione, conſultatum: & denique ita *Vladislao* Bohœmo, non vocato ad electionem Maximiliani, ſatisfactum, vt fides ſancte daretur, in poſterum nunquam non Bohœmiæ reges iri ad iſta ſolennia inuitatum. (*z*)

Comitialia acta.

XXVIII.

(y) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC-LXXXVII. *pag.* 529. MVTIVS *pag.* 305.

(z) Rec. Imp. & alia Acta Publ. apud GOLDASTVM *R-Satz. P. I. p.* 205. LEHMANNVM *lib. VII. cap. CXIIX.* DATTIVM *lib. IV. cap. I. num L.* MVLLERVM *P. VI. cap. XXXIX. XL. XLI.* Tranſactionis tum Bo-

XXVIII. Tum moritur rex *Mathias*, & Auſtria tota a Maximiliano recipitur. Quod vero etiam in Hungariam, eam imperio complexurus, inuaderet, placuit quidem principibus Noribergæ in comitiis congregatis, adeoque ipſi auxilia promiſerunt. Verum Hungaris eligentibus *Vladislaum* Bohœmum eſt inde incaſſum laboratum, & præter ſpem obtinendi olim regni nihil vltra impetratum. (a)

Lites de Hungarico regno. An. cIↄCCCC XC. cIↄCCCC XCI.

XXIX. Inter hæc viduus Maximilianus nuptias nouas cum *ANNA*, Britanniæ minoris hærede, pactus erat,

Gallorum noui contra Germanicam maieſtatem auſus.

hœmiæ Rege tabulas habet GOLDASTVS *R. Satz P. II. pag.* 178. Conf. HARTM. MAVRVS *in Hiſt. Coron. Caroli V. &* MVLLERVS *P. VI. cap. XXXVI.*

(a) KRANTZIVS *Sax. lib. XIII. c. XVII.* LINTVRIVS *App. pag.* 93. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCC XC. *pag.* 535. MVTIVS *pag.* 305. ROO *lib. X. p.* 516. *ſequ.* MVLLERVS *P. VI. cap. XLVI. ſequ.*

erat, easque Rennesii missis legatis celebrari curauerat. Cum autem *Carolus*, Rex Galliæ, violenter raperet Maximiliano sponsam, & remitteret ei domum *Margaretham*, filiam, quæ pace Atrebatensi ipsi coniux fuerat destinata: (*b*) Acerrime illatas non sibi modo, sed toti Germaniæ iniurias conquestus Maximilianus, & Mediomatricis, & in Confluentum castro, principum contra Gallos auxilia implorauit. Sed fessa bellorum Germania ab vlterioribus bellis abhorruit. Promis-

An. cIↄ CCCC XCII.

(b) ALB. KRANTZIVS *Sax. lib. XIII. cap. XV. XVI.* NAVCLERVS *pag.* 1109. CVSPINIANVS *pag.* 493. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC XCI. *p.* 537. LINTVRIVS *in App. ad Rolewinckium pag.* 93. *ad* 105. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 333. MVTIVS *p.* 305. HENRICI VII. *Epist. ad Imperii principes apud* DATTIVM *lib. III. Germ. rer. Cap. II. num. XIII. XIV.* PONTVS HEVTERVS *Austr. lib. IV. cap. IV.* BACO DE VERVLAMIO *Hist. Henr. VII.* COMMINÆVS *lib.* VII. *c.* III. Male *Chronicon* MAGDEBVRGICVM *p.* 370. filiam hæredemque Angliæ Regis sponsam vocat.

miſſa tamen celeria illa auxilia, & in Francofurtanis nouis comitiis Heluetii Anglique ad ſocietatem armorum inuitati. (*c*) Angli in Gallias inuaſerunt: ſed continuo, cum deſertos ſe a Germanis cernerent, ſanxerunt pacem. Igitur nihil moliendum Maximilianus ratus, & ipſe cum Carolo Siluanecti, qualibet dummodo tolerabili conditione, transegit, & pacem firmauit. (*d*)

An. cIↄCCCC XCIII. *Pax Siluanectenſis.*

XXX. Iſti paci vix tres menſes ſuperuixit Fridericus Imperator. Lincii moratus ſacro igne incenſo pede, eo licet abſciſſo, ex eodem morbo ætatis anno ſeptuageſimo & octauo, imperiique anno quinquageſimo

Friderici Cæſaris obitus;

Y

(c) BACO DE VERVLAMIO *loc. cit.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCC XCII. *p.* 549. Rec. Imp. & acta apud LEHMANNVM *lib.* VII. *c.* CXXI. *&* DATTIVM *lib. V. c.* II. *n.* VIII. *ſequ.*

(d) BACO DE VERVLAMIO *pag.* 181. COMMINÆVS *l. c.* P. HEVTERVS *lib. V. cap. I.* GERH. DE ROO *pag.* 521. 523.

gesimo tertio, exstinctus est. (*e*) Princeps pacis amantissimus pluribus, quam diu antea, turbis Germaniam se imperante semper, nec nulla sua culpa, oppressam vidit & inuolutam. *Solenne symbolum;* Quinque vocalibus litteris sæpe scriptis fertur symbolum suum, cuius varia est interpretatio, expressisse. (*f*) *Familia.* Vnus ei filius *MAXIMILIANVS*, & vna filia *CVNIGVNDA*, quæ *Sigismundi*, Austriaci, apud quam erat, dolis inuito inscioque parente *Alberto*, Boioariæ Duci, nupserat; fuere morienti

(e) NAVCLERVS *pag.* 1110. TRITHEMIVS *ad ann.* clɔ CCCC XCIII. *pag.* 551. CVSPINIANVS *pag.* 412. LINTVRIVS *pag.* 93. P. LANGIVS *pag.* 884. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 333. MVTIVS *pag.* 305. GERH. DE ROO *lib. X. pag.* 524. Exsequiarum solennia in BOECLERI seu KVLPISII *Documentis pag.* 47.

(f) FRIDERICVS *Imp. in Diario MS. apud* LAMBECIVM *in Diario sacri itin. Cellensis Num. XI. vbi multorum coniectura.*

rienti ſuperſtites. (*g*) Ceteri ex *ELEONORA*, vnica coniuge ſuſcepti liberi obierunt in prima pueritia.

CAPVT IV.

RES MAXIMILIANI I. IMPERATORIS.

I.

Exſtincto Friderico in Auguſtam dignitatem ex electione dudum peracta plene ſucceſſit filius MAXIMILIANVS: princeps pius, prudens, fortis, benignus, iuſtus, eruditus, & eruditionis patronus ſummus, patriæque ſalutis quam qui maxime amans & ſtudioſus: dignus vtique, cui plurimis turbis hactenus exagitatum imperium *Maximiliani ingenium.*

(g) NIC. LANCKMANN *in hiſt. Deſpons. & Coron. Frid.* CVSPINIANVS *pag.* 414. ADLZREITER *Ann. Boic. P.II. lib. IX. pag.* 205.

rium ſecuritatem ſalutisque ſuæ ſtabilimentum referret acceptum. (*b*)

Wormatienſia comitia.
An. cIↃCCCC XCIV.

II. Prima Maximiliani, qua imperatoris, negotia variis componendis motibus erant intenta. Turcus in Carniolam Croatiamque inuaſerat. Geldriæ Dux Belgii turbauerat pacem. Et a Gallorum potentia parum ſperabatur æqui. Reliqua leuiter curata. (*i*) Contra Gallos maxime, qui modo in Italiam irruperant, multaque imperii loca totumque inprimis Apulum regnum occupauerant, Wormatiæ in

cIↃCCCC XCV.

(b) ÆN. SYLVIVS *ad Beneuenutum p.* 15. NAVCLERVS *Gener. L. pag.* 1108. JAC. WIMPFELINGIVS *Epit. cap. LIX. pag.* 195. CVSPINIANVS *p.* 485. 486. 494. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 333. 334. PAND. COLLENVTII, HENR. GLAREANI, JOH. FABRI, GEO. SAVROMANNI, *Orationes Paneg. in Maximiliani laudes*, *apud* FREHERVM *T.* II.

(i) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC. XCIII. XCIV. *pag.* 552 - 556. PONTANVS *Hiſt. Geldr. lib. XI. pag.* 602. *ſeq.*

in comitiis capta conſilia. (*k*) Et Gallicum vero æque ac Turcicum bellum fruſtra ſumi rati ordines, donec tandem plena domi pax ſecuritasque ſtabilita foret: perſuaſere in hac curia imperatori, vt regiam, quam nuncuparunt, pacem perpetuo valituram ediceret, vt iudicium nouum lites principum iudicaturum conderet; vtque de Regimento imperii conſtituendo, deque diuidenda in certos circulos Germania ſerio deliberaretur. (*l*)

 Poſt

(k) Gallorum expeditio in Italiam. COMMINÆVS *in libris de Neapolitano Bello & lib.* VII. *cap.* I. II. FR. GVICCIARDINVS *lib.* I. II. ROB. GAGVINVS *lib.* XI. NAVCLERVS *p. IV. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 334. GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 527. *ſeq.* & plerique auctores alii. Magna Diæta Wormatienſis vocatur a LINTVRIO *in App. pag.* 106. 107. Vid. de ea TRITHEMIVS *ad ann* CIↃ CCCCXCIV. XCV. *pag.* 555. 556. 557. 558. KRANTZIVS *Sax. lib.* XIII. *cap. XXI.* NAVCLERVS *pag.* 1113. P. LANGIVS *pag.* 887. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 334. MVTIVS *lib. XXX. pag.* 306. 307.

(l) Deliberationes de Pace Publ. & eius formula apud DATTIVM *lib.* II. *cap.*

Posthæc præclara decreta promissa quidem contra Gallos Turcosque auxilia; quam serotina vero, tam effectu nullo aut saltem perexiguo. (*m*)

Galli fugantur ex Italia. III. Interea icerat autem foedus Cæsar cum Papa, Hispanis, Venetis, atque Insubribus: quod magis Gallos quam Germaniæ decreta terrere aptum actutum eos coegit, vt excederent Italia, & non sine clade se fuga in patriam proriperent. (*n*)

Mouit

XIII. *lib. V. cap.* I. II. De iudicio Camerali vid. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XCV. *pag.* 558. P. HEVTERVS *Austr. lib. V. cap.* IV, ex actis DATTIVS *lib. cap.* I. *sequ.* Consistorium regalis curiæ vocatur in *Grauaminibus Germ. Nationis apud* GOLDASTVM *Pol. Imp.* P. XXIII. *pag.* 1040. Consultatio & Proiectum de Regimento exhibent MVLLERVS *R-T-Staat lib.* I. *cap.* I. *&* DATTIVS *lib.* III. *cap.* XI. XII.

(m) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XCV. *p.* 558. LINTVRIVS *ad h. a. p.* 106. ex actis DATTIVS *lib.* III. *cap.* IV.

(n) PHIL. COMMINÆVS *lib.* VII. *cap.* VI. VII. XV. *lib.* IIX. *cap.* III. *sequ.*

Mouit inde ipſe Cæſar a *Ludouico Sfortia*, Mediolanenſi Duce, exoratus in Italiam: ſed, præterquam quod Apuliæ regnum poſt *Ferdinandi* mortem *Friderico* eius patruo imperatoria traderet auctoritate, nullum vltra habuit exitum bellum Florentinis rebellibus illatum; nec, quod decreuerat, Romanam coronam hac vice ſumere potuit imperator. (o) *Maximiliani expeditio in Italiam.* An. cIↃ CCCC XCVI.

IV. Abſente eo in Italia per *PHILIPPVM* filium ad auxilia Romanæ debita expeditioni in Lindauienſibus comitiis principes ſollici- *Varia acta & decreta comitialia.*

de Bello Neapol. lib. II. *fin.* GVICCIARDINVS *lib.* II. Strictim LINTVRIVS *ad ann.* cIↃ CCCC XCVI. *pag.* 107. GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 531. *sequ.*

(o) CAMILLVS CHILINVS *Commentariolus de Maximiliani in Italiam aduentu.* MICH. COCCINIVS *de Italicis bellis, pag.* 277. LINTVRIVS *p.* 108. PONTVS HEVTERVS *lib. V. cap.V.* GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 534. *ſequ.* Litteræ Imperatoris ad Germ. ſtatus exhibentur a *Celeb.* DATTIO *lib.* III. *cap.* VII.

tati sunt. Multa ibi acta, vt domi forisque & securitas & maiestas imperii firmius stabiliretur. Placuit demum, vt *Communis* præstaretur *Denarius*, & condito nuper Camerali iudicio, quod primum Francofurti, mox Wormatiæ haberi cœperat, rectioribus consiliis prospiceretur. (*p*) Eadem tractata consilia in proximo Friburgensi conuentu: in quo ceteroqui non paucæ priuatæ causæ sunt publico consensu ordinatæ. (*q*) Porro iussi ordi-

An. cIↃCCCC XCVII.

(p) Multa simul comitia, quæ Friburgi, Lindauiæ, Augustæ, Noribergæ, habita sint, memorat ALBERTVS KRANTZIVS *Sax. lib.* XIIII. *cap.* XXI. & addit: *Multa deliberata: sed necdum venisse tempus magnarum ex Germania rerum cernimus.* Acta Lindauiensium Comitiorum publica exhibent GOLDASTVS *R-Satz. T.* I. *p.* 209. DATTIVS *lib.* III. *cap.* II. VII. *&* *lib.* V. *cap.* VIII.

(q) MICH. COCCINIVS *de Ital. bellis pag.* 277. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXCVIII. *pag.* 571. GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 539. Acta Comitiorum apud DATTIVM *lib. V. cap.* X. *Ordinatio de Vinis apud* GOLDASTVM *Constit. Imp. Tom.* II. *pag.* 114.

ordines Wormatiam conuenire, & de publicis ſtatuere cauſis. Non ſatis vero conſtat, an Wormatiæ, vtrum Auguſtæ, fuerit conuentum; multo minus, quem tulerint exitum conſultationes alterutro loco habitæ. Noua Lindauienſia comitia ſunt certiora; at, cum ex iis Helueticum fuerit tractum bellum, non ea admodum Germaniæ fuerunt ſalubria. (*r*) An. cIↃCCCCXCVIII.

Bellum cum Gallis & Geldria Duce.

V. Aegre nuper Cæſar, qui fruſtra in Burgundiæ Ducatum inuaſerat, cum *Ludouico* nouo Galliarum rege, inducias pactus erat, & adhuc in Belgis, *Carolum*, Geldriæ Ducem, compreſſurus, verſabatur; (*s*) cum fama belli inter Sueuicos foe-

(r) P. LANGIVS *ad ann.* cIↃCCCCXCVIII. *pag.* 888. DATTIVS *lib.* III. *cap.* II.

(s) KRANTZIVS *Sax. lib. XIII. cap. XXII.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCCXCVII. *pag.* 568. 569 *ad ann. XCVIII. pag.* 571. P. HEVTERVS *lib. V. Auſtr. cap. V. VI.* MICH. COCCINIVS *p.* 277. COMMINÆVS *lib. VIII. cap. XIIX.* GERH. DE ROO *lib. XI. pag.* 538.

Heluetici belli rationes & euentus. An. cIↄ CCCC XCIX.

fœderatos & Heluetios administrare cœpti exciretur ex Belgio. Causa belli memoratur varia. Gallis meruerant Heluetii stipendia; recusarant Sueuico fœderi subscribere, militiamque & numos imperio præstare; fœdera ceterum imperio inimica sanxisse dicti: quæue priuatæ odiorum in Heluetios erant causæ aliæ. (t) Bellum parum prospere gestum. In plerisque præliis victores Heluetii, vix semel victi. Pertæsum mox belli, & Tiguri, deinde Schafhusi, extremum Basileæ, conuentum. Hac in vrbe, Insubriæ Ducis, qui Gallicum bellum metuebat, studio pax sancita, & æquis

(t) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC XCIX. *pag.* 572. 573. 574. NAVCLERVS *Gener. L. pag.* 1119. LINTVRIVS *App. pag.* 109. MVTIVS *lib. XXX. pag.* 307. BILIB. PIRCKHEIMER *de Heluet. Bell lib. II. init.* PONTVS HEVTERVS *lib. V. cap. vlt.* GERH. DE ROO *pag.* 539. *sequ.* VRSTISIVS *Basler Chron. lib. VI. c. XVII.* STVMPFIVS *lib. XIII. cap. XXI. sequ.*

æquis conditionibus ab armis discessum. (v)

VI. Quod metuerat *Ludouicus*, Insubriæ Dux, statim contigit. *Ludouicus*, Galliæ rex, nuper eiectus ex Insubria, statim post Helueticam pacem denuo in eam inuolauit, & ex insidiis capto Duce totam prouinciam occupauit. (x) Rem grauissime tulerunt Cæsar & Germaniæ

Insubria a Gallis occupata. An. cIↄ Iↄ.

(v) TRITHEMIVS *pag.* 573. 574. MVTIVS *pag.* 308. 309. 310. LINTVRIVS *pag.* 109. P. LANGIVS *pag.* 888. KRANTZIVS *Sax. lib. XIII. cap. XXII. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 335. MICH. COCCINIVS *pag.* 278. 279. PIRCKHEIMER *lib. II.* VRSTISIVS *l. cit. sequ.* STVMPFIVS *lib. XIII. cap. XXIV. sequ.* GERH. DE ROO *pag.* 541-545.

(x) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCCXCIX. cIↄ Iↄ. *pag.* 576. 581. NAVCLERVS *pag.* 1120. LINTVRIVS *p.* 110. P. LANGIVS *pag.* 888. MVTIVS *pag.* 310. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 335. P. HEVTERVS *lib. VI. cap. I.* ROB. GAGVINVS *lib. XI. cap.* II. III. GVICCIARDINVS *lib. IV.* MICH. COCCINIVS *p.* 279. GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 545. 546.

maniæ ordines. Continuo conuentum Augustæ Vindelicorum, & de propellendo dedecore periculoque Germaniæ consultari cœptum. Dum deliberatur vero de bello, pacem mauult Ludouicus rex, multisque eam dolis persuadet imperatori: qui & ipse præoptabat pacem, dum saluti Germaniæ domi firmandæ impensius Augustæ operaretur. (y)

Augusta Germania in sex circulos diuisa.

VII. Inter insignia instituta, quibus tum patriæ saluti prospectum, vastæ regionis in certas classes diuisio primas tulit. Donec distribuerentur prouinciæ, & in singulis custodes pacis publicæ & defensores constituerentur, non posse visum frequentes publicæ pacis leges satis obseruari. Quod recens etiam conditum erat Camerale iudicium, parum emolumenti adlaturum visum, nisi sententiæ in regionibus singu-

(y) GVICCIARDINVS *lib. V. pag.* 455. GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 547. 548. *Ratificatio pacis apud* MVLLERVM *R-T-Staat lib.* I. *cap.* VII.

ſingulis promtæ ceterique mandari poſſent exſequutioni. Igitur ſex primo Circuli conſtituti. (z) Quod ſibi viderentur vero Imperator & Electores pati prouinciarum ſuarum ſeruandæ ſatis pares;noluere iſti referri in priores hoſce circulos. Sed ſuaſere deinde diuerſæ vtilesque rationes Cæſari, vt ſuas filiique Philippi ditiones ſingularibus daret circulis. Vnde nec dubitarunt vltra Electores, ſequi exemplum Cæſaris, & ipſi in binos nouos circulos coire. Circulorum ſingulorum ordines, rationes, nomina, viſa alibi.

VIII. Præter ſolennem Germaniæ regionum partitionem, porro in Auguſtanis comitiis Regiæ Pacis ante hos quinque annos promulgata formula confirmata & declarata; imperii nouo iudicio nouæ leges ſcriptæ: querelæ contra nefarios Papæ *Cura impenſior publicæ ſalutis.*

(z) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ. *pag.* 580. Acta Comit. apud MVLLERVM *l. c. lib.* I. *cap. V.* Electoratus non in his Circulis primis fuiſſe, ipſe R. I. teſtatur.

Papæ auſus auditæ, & legatio ad Papam decreta. Adhæc conſtitutum ibidem *Regimentum Imperii*, de quo nuper erat conſultatum. Præſes iſti Regimento *FRIDERICVS* III. Saxoniæ Elector datus. Judices in ordinem hunc adlecti viginti. Cauſæ ei datæ, ſi quando pax publica violaretur, aut defenſione imperium, exſequutione ſententiarum Camerale iudicium, opus haberet. (*a*) Verum proceſſit parum illa Regimenti ordinatio. Confeſtim deſiuere conſcripti in illum ordinem principes ſuos conuentus agere. Conqueſti alii ſe non adſcriptos; aliique laborem ſibi nimium impoſitum. Ipſe Cæſar ſuæ metuens auctoritati non ægre tulit regimentum diſſolui. (*b*)

Regimentum imperii conſtitutum.

IX.

(a) Ex actis MVLLERVS *lib.* I. *cap.* II. III. V. *Ordnung des Regiments An.* cIↄ Iↄ. *in Corpore R. I.*

(b) Ex actis MVLLERVS *lib. I. cap.* XXII.

IX. Nouo anno ſuadente Regimento Noribergæ conuentum: vt abſens vero cum Imperator, tum plerique eſſent ordines. Aegre pace cum Gallis pacta, nunciata vis eorum noua & periculoſior. Inuaſerant cum Hiſpanis in Neapolitanas ditiones, quæ erant in imperii clientela. (c) Præterea a Polonis acrius modo Pruſſia tentata, & abſtrahi ea prorſus cœpta ab imperio. (d) Baſilea ſe Heluetiis adiunxerat, & idem moliri aliæ ciuitates viſæ. (e) Hæ cauſæ, & quæ aliæ domi natæ, cum noua inſtituta egerent crebra cura, Noribergæ adductæ in deliberationem. Sed, vt plerumque contigerat, perexiguo fru-

Noribergensia comitia.

An. cIↄ Iↄ I.

(c) GVICCIARDINVS *loc. cit.* GERH. A ROO *lib.* XI. *pag.* 548. 549. Ex actis MVLLERVS *lib.* I. *cap.* IX.

(d) FABRICIVS *Orig. Saxon. lib.* VII. *pag.* 841. MVLLER *lib.* I. *cap.* XVI.

(e) MVTIVS *lib. XXX. pag.* 310 VRSTISIVS *lib.* VII. *cap.* I. MVLLERVS *lib.* I. *cap.* V.

Galli pacem quam bellum malunt. fructu capta consilia. (*f*) Interim rex Galliæ bellum metuens, aut ad hæc comitia, aut si quæ noua nouo anno sunt Noribergæ habita, misit legatos, qui pacem peterent, & Insubriam pristinæ redderent clientelæ. Quod primum vero & Imperator & principes recusarent, persuasum paulo deinde Cæsari, qui Tridenti spe conditionum amplissimarum cum Gallo in nouam gratiam rediit. (*g*)

An. cIↃ IↃ II. *Rusticorum tumultus.* X. Eo tempore plebs rustica in Nemetum agris, quod dure nimis esset a Clero habita, arma corripuerant, exemploque Heluetiorum se in plenam vindicare libertatem, omnesque tollere & exstirpare magistra-

(f) NIC. BASELIVS *Addit. ad Nauclerum.* MVTIVS *lib. XXX. pag.* 311. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ II. *pag.* 592. Acta horum comitiorum apud MVLLERVM *lib.* I. *cap.* XII. XVII. XXI.

(g) GVICCIARDINVS *lib. V. pag.* 474. PONTVS HEVTERVS *lib.* VI. *cap.* I. GERH. A ROO *lib.* XI. *pag.* 549. Ex actis MVLLERVS *lib.* I. *cap.* IX. XIV.

magistratus, statuerant. Rei periculosæ mature obuiam itum a principibus, & oppressi rebelles, ac seuerissimis pœnis adfecti. Heidelbergæ eius rei gratia frequentes conuenerant principes, & ex arbitrio imperatoris coniurationem deleuerant. (*b*)

XI. His prospere gestis aliquoties & a solis Electoribus, & a ceteris principibus, Gelnhusæ, Noribergæ, Moguntiæ, Francofurti, de re publica consultatur. Sanxerunt Electores, vti negotia imperii non nisi communi consensu transigerentur. (*i*) Cum vellet Imperator nouum Ratisbonæ iudicium condere, simulque *Philippo*, Archiduci Austriaco, dignitatem Electoralem conce-

Electorum cura Germaniæ iurium.

An. cIↃ IↃ III.

Z

(b) TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad ann.* cIↃIↃ II. *pag.* 589. *sequ.* LINTVRIVS *App. pag.* 110. MVTIVS *lib.* XXX. *pag.* 311. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 336. GERH. DE ROO *lib.* XI. *p.* 551.

(i) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ III. *pag.* 598. Ex Actis MVLLERVS *lib.* II. *cap.* I. II. III. IV. VI. VII.

cedere; intercesserunt iidem vehementer, quo minus fierent rata destinata. (*k*) Ceterum sollicito de Turcorum potentia Cæsari promissa valida auxilia: vt tamen alii Europæ principes ad belli inuitarentur societatem, nec totum onus solis Germanis incumberet. (*l*)

Bauarica causa, XII. Inter hæc moritur *GEORGIVS*, cui cognomen *Diuitis*, Boioariæ, ex Landshutana gente Dux postremus. Dum gener eius *RVPERTVS*, Palatinus, ex testamento hæres, integram occupat ditionem; *Alberto* & *Wolffgango*, Monachiensis stirpis principibus adgnatis, quibus vtique ex lege debebatur possessio, contradicentibus, iudicium publicum Augustæ Vindelicorum a Cæsare datum est. Postquam ex lege

An. clↄ Iↄ IV.

(k) Vid. ex actis hæc probans *Clar.* MVLLERVS *Lib.* I. *cap.* XXIII. *lib.* II. *cap.* VI. X. XIII.

(l) Tunc Societas P. Georgii contra Turcos instituta. DATTIVS *lib.* II. *cap.* I. MVLLERVS *lib.* II. *cap.* XV.

lege adgnatis essent adiudicatæ regiones, nec *Rupertus* cum PHILIPPO, Electore Palatino, patre, stare vellent lata sententia, armis ea vindicata in proscriptos principes. Quatuor ducti contra istos a Cæsare & diuersis principibus exercitus, miſereque vaſtatæ Palatinæ terræ. Post mortem Ruperti, qui forte tum euenit, pax edicta a Cæsare & totius causæ iudicium proximis Coloniensibus comitiis commissum. In iis satisfactum Boioariæ Ducibus; redditæ Palatino ablatæ regiones; tradita Ruperti filiis terra inter Danubium & Nabum amnes, cui *Neoburgensis Ducatus* nomen obtigit: ceteris denique principibus, qui arma contra Palatinos sociauerant, ius redditum, passimque publicæ minutæ lites. (*m*) In iisdem comi-

graui bello occasionem dat:

Coloniæ componitur.

An. cIↃ IↃ V.

Z 2

(m) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ III. IV. V. *pag.* 602. *ad* 628. ex quo etiam *Historia buius belli apud* FREHERVM est desumta. RICARDVS BARTHOLINVS *de Bello Norico Austriados libris* XII *ad Maximilianum Cæs.* HENR. BEBELIVS *in Ecloga Triumphali de*

mitiis actum de restituendo Regimento Imperii, & de Camerali iudicio instaurando. Decreta porro auxilia contra Turcos, & rebellem in Hungaria Zipsensem comitem: decreta Romana expeditio, & contra Venetos militia, & quæ alia eius erant commatis. (*n*)

Veneti in Cæsaris offensam incurrunt.

XIII. Scilicet Veneti iam diu multa superbe & arroganter fecerant, nec imperatoris solius & imperii, sed etiam multorum regum grauissimam incurrerant in offensam.

Victoria Cæsaris contra Bohœmos. Strictim LINTVRIVS *pag.* III. II2. P. LANGIVS *pag.* 889. 890. MVTIVS *lib. XXX. pag.* 3II. 3I2. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 336. PONTVS HEVTERVS *lib. VI. cap. VI.* GERH. DE ROO *pag.* 554. *sequ.* ADLZREITERVS *P.* II. *Ann. Boic. lib. IX. pag.* 2I2. *sequ.* Ex actis MVLLERVS *lib. II. cap.* XIIX. *lib.* III. *cap.* I. III. V. Pacis conditiones exhibet GOLDASTVS *in R-Handl. pag.* 45. *sequ.*

(n) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ V. *pag.* 628. 629. 630. GERH. DE ROO *lib. XI. pag.* 557. Ex actis MVLLERVS *lib. III. cap. IV. VI. sequ.*

ſam. Jam Blæſis eodem tempore, quo Coloniæ habita ſunt comitia, præter cetera Cæſaris & Galliarum regis pacta, quibus Inſubria tota, ſola imperio ſeruata clientela, Gallo conceſſa eſt; communicata ſunt conſilia de Venetorum punienda ſuperbia. Inuitati ibidem Papa & Hiſpani ad belli cum eis adminiſtrandi ſocietatem. (*o*) Et bellum quidem ob malam fidem Gallorum, qui non ſolum paulo poſt ruperant pacta, ſed etiam cum Venetis & Carolo Geldro, vt bellum inferrent Cæſari, pepigerant, (*p*) non eo tempore geſtum eſt. Verum cinere vt multa iaceret obrutus ignis, poſt cetera tamen leuiter compoſita fortius prorupit, & prope ad plenum

(o) PONTVS HEVTERVS *lib. VI. cap. VII.* GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 556. 557. Tractatus Pacis in *Recueil des Traittes T. II. pag.* 8. Reliqua publica Acta apud MVLLERVM *lib. III. cap. II.*

(p) P. HEVTERVS *lib. VII. cap. I.* ROO *lib.* XI. *pag.* 557. 558. *lib.* XII. *pag.* 561. 562.

num Venetorum exitium processit.

Belgici motus. XIV. Belgici motus ante omnia visi opprimendi. Gelder, & a Brabantinis & a Cæsare impugnatus, ad deditionem venit. Vix interie-

An. cIↃ IↃ VI. cto autem biennio iterum nouas res molitus, iterumque armis cogendus fuit. (q) Inde ductum a Cæsare in Hungariam, sed statim lis pactis diremta. (r) Dum interea Ludouicus, Rex Galliæ, non contentus fefellisse datam fidem, & tecte impugnasse Cæsarem, apertius iura imperii in Italia tentaret, & vi imperatoriam dignitatem ad se tra-

Hungarica expeditio.

cIↃ IↃ VII. ducere moliretur: admonitus a Julio

(q) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ V. VII. *pag.* 629. 636. LINTVRIVS *pag.* 112. MVTIVS *pag.* 312. 313. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 336. P. HEVTERVS *lib.* VII. *cap.* II. III. ROO *lib.* XI. *pag.* 558. *lib.* XII. *pag.* 562, 567. 568. PONTANVS *Geldr. Rer. lib.* XI.

(r) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ V. *pag.* 629. 630. LINTVRIVS *pag.* 112. MVTIVS *pag.* 312. 313. GERH. DE ROO *lib.* XII. *pag.* 562. Ex actis MVLLERVS *lib.* III. *cap.* XIV.

lio Papa & ipsis Venetis Imperator Constantiam frequentes iussit adesse imperii ordines. Feruentibus initiis maxima contentione ingens contra Gallos est bellum decretum. (*s*) Cum metu autem famaque rei motus Ludouicus excederet ex Italia, iam tepuerunt media. Ipse Papa noluit adeo potentem Cæsarem ducere in Italiam, variisque mox dolis cum Gallorum rege principum animos a Cæsare abalienauit. Post paucas adeoque alias imperii causas pertractatas friguerunt vltima, & ægre tria equitum nouemque peditum millia Romanæ data sunt expeditioni. (*t*)

Constantiensia comitia.

Z 4 XV.

(s) Causa comitiorum. PONTVS HEVTERVS *lib.* VII. *cap.* I. GVICCIARDINVS *lib.* VII. *pag.* 679. GERH. DE ROO *lib.* XII. *pag.* 565. 566. Litteræ Conuocationis apud DATTIVM *lib.* III. *cap.* VII. *num.* XVII. Strictim de his comitiis LINTVRIVS *pag.* 113. MVTIVS *pag.* 313. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ VII. *pag.* 635. Ex actis MVLLERVS *lib.* IV. *cap.* III. VII.

(t) GVICCIARDINVS *lib.* VII. *pag.* 680. 681. PONTVS HEVTERVS *loc. cit.*

Venetum bellum.

XV. Nouo posthæc comitia anno quantumuis tenui exercitu Italicam expeditionem parauit Maximilianus. Venetis armatum Cæsaris in Italiam aditum violenter obstruentibus, erupit bellum diu mente conceptum. Tridenti citatos Ducem senatumque Venetum ad iudicium, nec comparentes, damnauit maiestatis, & ritu solenni proscripsit. Primum quidem Cæsaris cum Venetis bellum parum fuit auspicatum, multaque damna impune intulerunt Cæsari, ac omnino inducias ei extorserunt, Veneti. (v) Postquam autem *Julius* Papa, qui nuper Maximiliano, licet non Romæ inau-

GERH. DE ROO *pag.* 566. 567. Ex actis DATTIVS *lib* III. *cap.* VII. MVLLERVS *lib.* IV. *cap.* V. VI. *sequ.*

(v) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ VII. VIII. 635. 639. LINTVRIVS *pag.* 113. MVTIVS *pag.* 313. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 337. P. HEVTERVS *lib.* VII. *cap.* II. GVICCIARDINVS *lib.* VII. *pag.* 702. *sequ.* P. BEMBVS *Hist. Venet. lib.* VII. GERH. DE ROO *lib.* XII. *pag.* 568. 569. 570. Ex epistola Cæsaris DATTIVS *lib.* III. *cap.* VII.

augurato imperatorios titulos atque honores ſumtos ſponte ſua confirmauerat; (*x*) ſimul atque Hiſpaniæ Galliæque Reges, communi pace eiusque cura obtentui ſumta, miſſis legatis Cameraci ſuas contra Venetos cauſas cum Cæſare ſociarunt: (*y*) facile fortuna Venetorum retrorſum acta. *Cameracenſe fœdus.*

(x) Adſumſit Cæſar Tridenti tit. Imperatoris. *Ex* GVICCIARDINO GERH. DE ROO *lib.* XII. *pag.* 568. Statibus id ſignificauit, quas litteras habent DATTIVS *lib.* III. *cap.* VII. MVLLERVS *lib. V. cap. VI.* Confirmatus continuo Tit. a Papa. PONTVS HEUTERUS *lib.* VII. *cap.* II. LINTURIUS *ad ann.* cIↄIↄVII. CUSPINIANUS *pag.* 480. ROO *pag.* 569.

(y) Pax cum Gallis ſancita, ſimulque initum fœdus. TRITHEMIUS *ad ann.* cIↄIↄ VIII. IX. *pag.* 639. 644. 645. P. LANGIUS *pag.* 889. 893. P. HEUTERUS *lib.* VII. *cap.* II. GUICCIARDINUS *lib.* VIII. *init.* P. BEMBUS *lib.* VII. JUSTINIANI *Hiſt. Ven. lib.* XI. MUTIUS *lib.* XXX. *pag.* 313. GERH. DE ROO *pag.* 570. 571. 572.

Veneti undique armis petiti;

XVI. Primus bellum Venetis Galliæ rex Ludouicus intulit, eosque in prima congressione fortiter prostrauit. Inde eos simul Cæsar & Papa proscripserunt, hic Romæ, ille Wormatiæ in comitiis; quæ istius belli gratia tum erant conuocata.

An. cIↃ IↃ IX.

Sumta etiam arma a Cæsare, Hispaniæ rege, atque Papa, tam fortunata fuerunt, ut breui omnia ad Venetæ reipublicæ spectarent extrema fata. (z) Primi hisce in angustiis ad Cæsarem conuersi Veneti submisissima oratione iram eius lenire atque extremam ab sese calamitatem deprecari conati sunt. Licet

(z) Proscripti Veneti a Papa & Cæsare. GOLDASTVS *R-Handl. pag.* 72. 93. *seq. Polit. R-Hand. P.* XII. *pag.* 391. *Constit. Imper. Tom.* II. *pag.* 117. Wormatiensis curia. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ IX. *pag.* 646. 647. MVTIVS *pag.* 314. LINTVRIVS *pag.* 113. Acta Comitialia apud GOLDASTVM *Polit. R-Hand. P.* XII. *pag.* 400. *sequ. R-Handl. pag.* 84. *sequ.* Bellum cum Venetis. GVICCIARDINVS *lib. VIII.* P. BEMBVS, JVSTINIANI, *loc. cit.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ IX. *pag.* 644. 645. GERH. DE ROO *lib. XII. pag.* 572. *sequ.*

cet vero perpetuam pollicerentur clientelam, annuaque ſtipendia in ſe reciperent, magno tamen rerum ſuarum diſpendio conſtans fuit in fœdere Maximilianus. (*a*) At non æque conſtans erat Papa *Julius*: ſed exoratus a Venetis primus ſoluit Cameracenſe fœdus, & cum Venetis rediit in gratiam. Alter deinde placatus eſt *Ferdinandus* Hiſpanus: ſolique deinceps Cæſar & Galliæ rex nouo Blæſenii fœdere coniuncti infeſtum contra Venetos bellum ſunt perſequuti. (*b*)

cum Papa & Hiſpanis reconciliantur. An. cIↃ IↃ X.

XVII.

(a) GVICCIARDINVS *lib. IIX. pag.* 752. P. HEVTERVS *lib. VII. cap. XII. XIII.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ X. *pag.* 653. 658. 659. MVTIVS *pag.* 314. ROO *pag.* 574 *ſq.*

(b) GVICCIARDINVS *lib. IX. init.* JVSTINIANI *lib. XI.* P. BEMBVS *lib.* X. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ X. *pag.* 659. MVTIVS *pag.* 314. 315. P. HEVTERVS *lib. VII. cap.* III. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 337. GERH. DE ROO *pag.* 576. 577. 581. Papæ perfidiam incuſat Cæſar apud GOLDA-

Papa committitur cum Gallis.

XVII. Bellum hoc rerum mutata facie facile Veneti defenderunt. Augustæ quidem in comitiis iterum Venetum fuerat bellum decretum. Verum exiguum sibi periculum ab imperii minis metuebant Veneti. (*c*) Adhæc flagrare modo cœperat nouum Gallos inter & Papam bellum, quod magno Venetis rebus erat commodo. Ipse Cæsaris animus alienior a Gallis visus, non vltra tanta vi bello incubuit. Spes imo erat, nunc facile Venetos pacem a Cæsare fuisse impetraturos, modo imperatis conditionibus subscripsissent. Verum callidi temporum obseruatores

An. cIɔ Iɔ XI.

STVM *R-Handl. pag.* 93. *R Satz. P. I. pag.* 233. De nouo Blæsensi fœdere P. HEVTERVS *l. c.* GERH. DE ROO *pag.* 583. 584. GVICCIARDINVS *lib. IX.* Formula fœderis in *Recueil. Tom. II. pag.* 31.

(c) De vlteriori bello auctores supra laudati. Augustana comitia. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔ Iɔ IX. X. *pag.* 649. 650. *sequ.* PONTVS HEVTERVS *lib. VII. cap.* III. MVTIVS *lib. XXX. pag.* 314. LINTVRIVS *pag.* 113. GERH. DE ROO *pag.* 582.

tores nolebant vltra magni redimere pacem, quam mox minimi ſibi conſtituram præuiderant. (*d*)

XVIII. Saltem hac in cauſa ſpes non fefellit Venetos. Exacerbatus Gallorum auſibus Papa vi omni ſtuduit, vti prorſus rupto Cameracenſi fœdere Gallos eiiceret ex Italia. Piſis, deinde Mediolani, Synodus Galliarum regis auctoritate conuenerat, eademque acerbiſſime in Julium Papam ſtatuerat. (*e*) Varius huc-

Galli a Papa & Heluetiis ex Italia pelluntur.

(d) Gallorum inimicitia & bellum cum Papa. GVICCIARDINVS *lib. IX. pag.* 885. *lib. X. pag.* 1012. *sequ.* JVSTINIANI *lib. XI.* BEMBVS *lib. XI. XII.* PONTVS HEVTERVS *l. c. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 337. TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔ Iɔ XI. *pag.* 669. GERH. DE ROO *pag.* 587. 588. Cæſaris animus non a pace alienus. GVICCIARDINVS *lib. IX pag.* 905. PONTVS HEVTERVS, *Paral. ad* CONR. VRSP. *loc. cit.* ROO *pag.* 585.

(e) Piſana & Lateranenſis Synodi. GVICCIARDINVS *lib. IX. X.* P. BEMBVS *lib. XI. XII.* JVSTINIANI *lib. XI.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIɔ Iɔ XI. XII. *pag.* 668. *ad* 672. 677. 678. GERH. DE ROO *pag.* 587.

hucusque Cæsar modo cum synodo modo cum Papa fecerat. Jam spe ipsi facta Burgundiæ & Insubriæ recuperandæ, plane a Gallis desciuit, & Pisanam synodum, probato altero, quod coire Papa iusserat, Lateranensi concilio, reprobauit. (*f*) Factis etiam cum Venetis induciis, permisit, vti Papa, cui alioquin, quod ipse post eius mortem Pontificatum ambiret, blandiebatur; cum Heluetiis iuncto exercitu ex voto expelleret Gallos ex Italia, magnoque adeo metu Venetos liberaret.(*g*) De-

Cæsar contra Gallos facit.
An. cIↃ IↃ XII.

(f) Cæsar Pisanæ Synodo amicus. PONTVS HEVTERVS *lib. VII. cap.* III. COCCINIVS *de Ital. Bell. Edicta apud* GOLDASTVM *Tom. I. Constit. pag.* 421. *sequ.* Reconciliatur cum Papa, & Pisanos Patres deserit. GVICCIARDINVS *lib. X. pag.* 1005. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ XI. XII. *pag.* 669. *sequ.* 677. 678. 681. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag* 337. Abolet Pisanæ Synodi decreta apud GOLDASTVM *Const. Imp. Tom.* III. *pag.* 484.

(g) Induciæ cum Venetis. GVICCIARDINVS *lib. X. pag.* 1010. BEMBVS *lib. XI. Paral. ad* CONR. VRSP. P. HEV-

Deinde ſtatim Mantuæ probauit Inſubriæ vindicationem, illamque *Maximiliano Sfortiæ*, reſtituendam decreuit. Romæ tempore eodem de reconciliandis cum Cæſare Venetis actum eſt. Sed quam negligenter traheretur bellum, plena tamen non potuit pax ſanciri. (*h*)

XIX. Inter hæc Treuiris, deinde Coloniæ celebratiſſima comitia habuit Maximilianus. In iis Piſanum concilium plane proſcriptum, & Gallica cauſa improbata; vetitique omnes quocunque modo Gallis militare. Præterea pacis publicæ conſeruationi ſalubriter proſpectum. Addi- *Treuirenſia & Colonienſia comitia.*

TERVS *l. cit.* GERH. DE ROO *pag.* 588. Eiecti Galli ex Inſubria. GVICCIARDINVS *lib.* X. *pag.* 1030. TRITHEMIVS *pag.* 681. P. BEMBVS *lib.* XII. P. HEVTERVS, GERH. DE ROO, *l. c.*

(h) GVICCIARDINVS *lib.* XI. *pag.* 40. P. HEVTERVS *lib. VII. cap. IV.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄIↄXII. *pag.* 681. GERH. DE ROO *pag.* 588, 589.

Additi ſex conſtitutis circulis quatuor noui: quo nomine? ſupra viſum. Conſultatum de Camerali iudicio confirmando. Vetus aulicum imperatoris iudicium inſtauratum. Contra id actum, vti Weſtfalicum iudicium ſeuerius coërceretur. Aliæ multæ priuatæ cauſæ ibi ordinatæ. Ceterum promiſſa Cæſari auxilia, & omnes ordines aut conferre pecunias, aut militem iuſſi dare. (*i*)

Gallicum bellum. An. cIↄIↄXIII. XX. Statim ab hoc conuentu Papæ artibus conflatum eſt ingens contra Gallos bellum. Nuper commiſerat cum ipſis *Ferdinandum*, Hiſpaniæ

(i) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄIↄXII. *pag.* 674. 675. 678. P. HEVTERVS *lib.* VII. *cap. IV. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 337. MVTIVS *lib.* XXX. *pag.* 315. BROWERVS *Treuir. Ann. lib.* XX. *n. XLV. pag.* 327. *ſequ.* GERH. DE ROO *pag.* 588. P. I. *in Corpore Receſſuum.* Conſtitutiones aliæ & Acta publica apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom. I. pag.* 430. *Stat. & Reſcr. Imp, T. I. pag.* 222. *R-Satz.* P. I. *pag.* 235. DATTIVM *lib.* IV. *cap.* II. IV.

ſpaniæ regem, atque Heluetios. Hi ex Italia Gallos, ille ex Nauarræ regno regem, Gallorum ſocium, cum Gallis a Papa proſcriptum, expulerant. Extracto aliquantiſper illo bello, inducias cum Hiſpano, pacemque & fœdus cum Venetis pactus eſt Ludouicus, Galliæ rex: & exercitum nouum duxit in Italiam Inſubriam occupandi conſilio. (*k*) Tum Heluetii ad Nouaram fuſis Gallis retro ferre pedem eos coëgerunt. Mox *Leone*, nouo Papa, flagrantia odia diſſimulante, *Henricus* VIII. Angliæ rex, Cæſar, & Heluetii, ſimul in Gallias inuaſere, maximasque formidines Gallis oppoſuere. Nunc dolis vero quam armis ſe expedire periculis hi tutius rati, primum Heluetios ſpe ampliſſimorum ſtipendiorum, vt ſuam disſociarent cauſam permouerunt: mox immiſſis in Angli- *Diffluunt belli ſocii.*

Aa am

(k) GVICCIARDINVS *lib.* XI. *pag.* 70. PONTVS HEVTERVS *l. cit. Paral. ad* CONR. VRSP *pag.* 340. ROO *lib.* XII. *pag.* 590. Formula fœderis Veneti in *Recueil Tom*, II, *pag.* 38.

am Scotis effecerunt, ut misso bello, licet victor, pacem cum Gallis
An. ferirer Henricus. Cæsar solus,
cIↄIↄXIV. quam vsque huc frigide Venetum bellum tractauerat, tam tepide curauit nouum; nec sanciendæ paci, nec fortiter gerendis armis valde intentus. (*l*)

Francisci ambitiosa consilia.
cIↄIↄXV. XXI. His actis in exstincti *Ludouici* regis locum proximæ agnationis iure successit *Franciscus*; isque continuo de vindicanda Insubria agitauit consilia. (*m*) Cæsar cum Ferdinando Arragonio, cum Papa, cum Insubriæ Duce, & cum Heluetiis, pacto fœdere securitati Italiæ satis prospectum arbitratus, (*n*) Vin-

(l) TRITHEMIUS *ad ann.* cIↄIↄXIII. *pag.* 685. 686. 687. 688. P. HEUTERUS *lib.* VII. *cap. IV. V.* GUICCIARDINVS *lib.* XI. *pag.* 79. *sequ.* P. JOUIUS *lib.* XI. *Paral. ad* CONR. URSP. *pag.* 341. GERH. A ROO *pag.* 591. 592. 593. 594.

(m) GVICCIARDINVS *lib. XII. pag.* 146. *sequ.* P. HEVTERVS *lib. VII. cap. IX.* G. A ROO *lib. XII. pag.* 594. 595.

(n) GERH. A ROO *lib. XII. pag.* 594. 596.

Vindobonam concessit, quo *Vladislaus*, Hungariæ, *Ludouicus*, Bohœmiæ, & *Sigismundus*, Poloniæ, reges vna in destinatum colloquium conuenerunt. Ibi deliberatum de bello Turcis inferendo, de pace inter Russos & Polonos concilianda, & de imperii singulorumque regnorum perpetua concordia atque amicitia. Placuit ibidem, ducere *Ludouicum Mariam*, Maximiliani neptim, & contra nubere *Annam*, Vladislai filiam, alterutri nepotum Maximiliani. Quæ spes etiam succedendi in Hungariæ & Boiohœmi regna dudum parata erat Austriacis, ea denuo hoc loco solennibus pactis confirmata. (*o*) *Vindobonensis conuentus.*

(*o*) JOH. CVSPINIANVS *in Hist. Congressus Maxim. & trium Regum; & in Vita Maxim. pag.* 490. NIC. ISTHVANSIVS *Hung. Rer. lib. VI. pag.* 77. P. HEVTERVS *lib. VII. cap XI.* MVTIVS *lib. XXX pag.* 316. P. LANGIVS *pag.* 904. DVBRAVIVS *lib. XXXII. pag* 829. 830. 831. GERH. DE ROO *lib. XII. pag.* 595. 596.

Insubria rursus a Gallis occupata.

XXII. Irruperant inter hæc, nihil curato Cæsaris Papæ Hispanorumque fœdere, in Insubriam Galli, totamque victis Heluetiis facile occupauerant. Præter spem tum obiit *Ferdinandus* rex, & nepos eius *CAROLVS* in principiis imperii pacem præoptauit ancipiti bello. Itaque Cæsar, cum maxime etiam Papa pacem cum Gallis sanciret, malaque Heluetii fide agerent, parum prospere cœptum cum Gallis in Italia bellum administrauit, vixque susceptum relinquere est coactus. (*p*) Nouioduni inter Hispanos atque Gallos æquis conditionibus pax sancita, cui paulo post accessit Maximilianus; & ipse bellorum fessus, & dissimulare iniurias quam vindicare paratior. (*q*) Statim deinde in-

An. cIↃIↃXVI.

Nouiodunensia pacta.

cIↃ IↃ XVII.

(p) GVICCIARDINVS *lib. XII. pag.* 168. *sequ.* P. JOVIVS *lib. XV.* P. HEVTERVS *lib. VII. cap. XI. XII.* MVTIVS *lib. XXX. pag.* 316. LANGIVS *p.* 904. THVANVS *Hist. lib. I. pag.* 32. GERH. DE ROO *pag.* 596. 597. 598. 599.

(q) GVICCIARDINVS *lib. XII. pag.* 214. P. HEVTERVS *lib. VII. cap. XII. lib. IIX. cap. I.* ROO *pag.* 599. 600.

inducias quinquennales, & nouo anno plenam pacem, Venetis concessit: (*r*) eoque modo, præter quod leues in Belgio motus Geldri concitarent, (*s*) pacatam ante obitum reddere Germaniam studuit.

Pax cum Venetis.

XXIII. Domi ea satis hactenus tuta & quieta fuerat: nouaque imperii iudicia, vna cum potentiorum principum cura pacis, & Sueuici fœderis studiis, effecerant, vt raræ vltra lites armis dirimerentur. Quo magis tamen optima instituta succederent, visum in Moguntinis comitiis nouis sanctionibus pacem firmare, nouasque leges Camerali iudicio scribere. Est etiam ibi *Vlrici*, Wurtenbergici Ducis, causa ventilata: illeque, nuper ob priuata quædam facinora patrata proscri-

Pacatus Germaniæ status.

Moguntina comitia.

(r) P. HEVTERVS *lib. VII. cap. XVI.* GVICCIARDINVS *lib XIII. pag.* 277. GERH. DE ROO *pag.* 600. 601. 603.

(s) GERH. DE ROO *lib. XII. pag.* 602.

ptus, cognita causa in gratiam cum imperio rediit. (*t*)

Martini Lutheri causa.

XXIV. Cœpit eo tempore *Martinus Lutherus*, Islebiensis, Wittebergensis Theologus, seuerius dicere contra Papales *indulgentias*, quas vulgo eo nomine compellant. Eo audaciæ modo Romanæ curiæ superbia atque auaritia apertissime processerat, vt priuatim quidem verum testari auderet nemo, sed vt publice illa manifesta vitia incusare minime dubitarent nostri in comitiis ordines. (*v*) Mira nunc vndique ani-

(t) Nec Cæsar præsens fuit in comitiis, nec vllus R. I. exstat. Sed fidem illis comitiis facit R. I. AVGVSTANVS *An.* cIↃ IↃ XIIX. *init. Noua Ordinatio Cameralis An.* cIↃ IↃ XVII. *Wormatiensis est in Corpore Recessuum.*

(v) *Grauamina Germ. nationis aduersus Apostolicam sedem cum remediis & auisamentis An.* cIↃ IↃ X. *apud* GOLDASTVM *Const. Imp. Tom. I. pag.* 420. *Tom. II. pag.* 119. *R-Satz. P. I. pag.* 215. *Maximiliani mandatum contra Papæ iurisdict. apud* GOLDASTVM *R-Satz. P. II. pag.* 179. Inuehitur grauiter in Rom. Curiam P. LANGIVS *Chron. Cit. pag.* 896. 897. 898.

animorum attentio, cum priuatus homo, isque monachus, quæstuosissimam curiæ Romanæ doctrinam inclamare conaretur. Et quidem lis priuata, modo modeste Papa egisset, facile consopiri posse videbatur. Cum violentissime vero Lutherus premeretur, passim aliis plaudentibus, aliis conniuentibus, ad extrema denique ventum, & maxima virtute tota Pontificia doctrina ab eo impugnata. (*x*)

XXV. Ante vero quam eo procederet Lutheri virtus egregia, publice visum in Augustanis comitiis de eius doctrina inquirere. *Caietanus* Cardinalis ad Cæsarem missus, cum alia multa in comitiis proposuit; tum maxime diuersam sententiam persuadere Luthero Au- *Comitia Augustana.* An. cIɔ Iɔ XVIII.

(x) Egregie de ea re THVANVS *lib. I. pag.* 34. 35. GVICCIARDINVS *lib. XIII. pag.* 297. P. LANGIVS *pag.* 897. 898. 899. SLEIDANVS *Comm. de Statu Rel. lib. I.* MVTIVS *lib. XXX. p.* 316. *Paraleipomena ad* CONR. VRSP. *pag.* 342. 343. 344.

gustam euocato studuit. Nequicquam autem cum sola vti vellet auctoritate Ecclesiæ, fortissimum tentauit virum. (*y*) Præter Lutheri causam, quæ magis Carolo imperante agitari cœpit, in istis comitiis de Turcico bello rursus deliberatum. Decreta publice amplissima Cæsari auxilia, &, vt commodius ea possent præstari, singulis capitibus certus census impositus. (*z*) Sed quod Maximilianus maxime moliebatur, vti alteruter nepotum rex Romanorum eligeretur, refragante siue lege, siue consuetudine, non potuit impetrare. (*a*)

XXVI.

(y) SLEIDANVS *lib.* I. *Acta Lutheri Augustæ in Paral. ad* C. V. *pag.* 343. 344. MVTIVS *pag.* 316.

(z) GERH. DE ROO *lib. XII. pag.* 603. CHYTRÆVS *Sax. lib. VII. pag.* 201. Consultationes de hac causa apud GOLDASTVM *Constit. Imper. Tom. I. pag.* 436. *T. II. pag.* 127.

(a) GVICCIARDINVS *lib. XIII. pag.* 281. 282. P. HEVTERVS *lib.* VII. *cap.* XVII. *lib.* IIX. *cap.* II. THVANVS *lib.* I. *pag.* 35.

XXVI. Ex comitiis Oenipontem Maximilianus profectus perassiduus vltra fuit in conficiendis publicis negotiis. Dum febri vero lenta laborat, venationibus eius vim frangere intentus, violentiori morbo Welsii oppressus, sexagenario paucis mensibus minor sub noui anni initiis obiit. Neostadii corpus conditum ex mandatis, quæ moribundus ipse dederat. (*b*) Coniugiorum priorum, filiique, & nepotum, sæpe mentio iniecta. Prima coniux *MARIA*, Burgundica; altera, sed præerepta a Carolo Galliæ rege, *Anna*, Britannica; tertia *BLANCA MARIA*, fuit, *Galeacii Mariæ Sfortiæ*, Me-

Extrema acta;

An. cIↄ Iↄ XIX.

& obitus Maximiliani.

Familia.

(b) GVICCIARDINVS *lib.* XIIII. *p.* 282. JOH. FABER *Oratio Parent. in Maxim.* CVSPINIANVS *pag.* 492. P. HEVTERVS *lib.* VII. *cap. VII.* GERH. A ROO *lib.* XII. *pag.* 604. THVANVS *lib.* I. *pag.* 35. CHYTRÆVS *Sax. lib.* IIX. *pag.* 204. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 347. MVTIVS *lib. XXX. pag.* 316. *Epitaphium in* LAMBECII *Comm. Bibl. Cæs. lib.* II. *cap.* VIII. *pag.* 697.

Mediolanensis Ducis, filia. Cum hac liberos nullos genuit. Ex priori coniuge natus PHILIPPVS, cui, ob felix cum *Johanna* Castellana matrimonium, vastissimorum regnorum possessionem Austriaci referunt acceptam. (c) Philippi filii *CAROLVS* & *FERDINANDVS* fuere, vterque post auum imperatoria perfunctus dignitate.

CAPVT V.

IVRIVM PVBLICORVM CONSIDERATIO.

I.

Jura publica certiora.

Quæ certi constantisque publici iuris fundamenta Lex Aureæ Bullæ nuper iecerat, nouis insignibusque imperii legibus conditis nostra nunc ætas vere videtur exædificasse. Sunt principum ciuitatumque

(c) FABER *in Orat. Parent.* PETRVS ÆGIDIVS *in Epit. Maxim.*

que iura rite deſcripta. Eſt modus publicis litibus poſitus. Diuiſum eſt imperium in certas claſſes, per quas communia iura æquabiliter adminiſtrarentur. Dictum eſt ſeuerius contra nefarios Papæ auſus, nec vltra perpeſſi principes, vt priſco more ex ore Pontificis ius noſtrum publicum penderet. (*d*) Pacatior inde Germaniæ ſtatus vtique emerſit, niſi quæ mala ipſa vaſti imperii moles traxit.

Romanum imperium Germanorum.

II. ROMANVM IMPERIVM Italiæque regnum priſco iure cum Germania coniunctum manſit. Fridericus Romæ coronatus. Maximilianus Romæ quidem inauguratus non eſt. At ſuſcepto *Electi Romani Imperatoris* nomine teſtatus, integrum ſe Romæ ex Germanica electione acceptum imperium ſeruare velle. Teſtatus porro legibus latis,

(d) *Vid.* R. I. *An.* cIↄ CCCC XCV. cIↄ Iↄ. cIↄ Iↄ XII. *& multa huius æui leges & conſtitutiones apud* GOLDASTVM, LEHMANNVM, DATTIVM, MVLLERVM.

latis, mandatis, pœnisque irrogatis, minime ſibi viſum Italicam, licet ſatis iamdiu laxam, & prope deſertam, prorſus dimittere clientelam. (*e*) Nuncupatum *Imperium Romanum Teutonicæ Nationis*: idoneo argumento, ſoli Romæ honori datum, vti, quod vere eſſet Germanicum imperium, compellaretur Romanum. Gallis etiam eo nomine ab imperio a Germanis parto & acquiſito interdictum. Interim ex errore veteri acceptum, vti miſceretur porro noſtrum & vetus Romanum imperium, adeoque Juſtinianus imperator in anteceſſoribus noſtrorum haberetur regum. Ex eodem, ni fallor, errore tractum, *Germaniæ Regis* titulum poſt alterum Romani Imperatoris Maximilianum poſuiſſe: quaſi vero disiuncta

(e) GVICCIARDINVS *lib.* VII. *pag.* 702. MAXIMILIANI *litteræ ad Eslingenſes apud* DATTIVM *lib.* III. *c.* VII. Veneta omnino clientela egregie adſerta probante omnino Formula proſcriptionis apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom.* II. *pag.* 117.

cta forent imperia Romanum atque Germanicum. (*f*)

III. FORMA GERMANICI IMPERII, qualis diu fuit, ſcriptis legibus exploratior facta. In multis comitiis decretum, ne quidpiam publicarum rerum ſine electorum conſenſu imperator tranſigeret. In ſanctionibus publicis adiici conſueuit, *imperatoris & imperii nomine* leges condi. Ceſſatum nunc etiam ab imperioſis mandatis atque reſcriptis: cum quippe videretur parum æquum, vti priſcis formulis noſtri imperatores, quibus cum Romanis principibus præter nomen parum commune erat, vterentur. (*g*)

Forma Germanici imperii.

Ce-

(f) *GERMANIÆ REGIS* tit. ſemper coniunctus cum altero *Electi Roman. Imperatoris, ſemper Auguſti*. GOLDASTVS *Tom.* III. *Conſtit. pag.* 484. 487. Germanicæ nationis imperium Romanum. GOLDASTVS *Conſt Imp. Tom.* II. *pag.* 123. 178. *Stat. & Reſcr. P.* II. *pag.* 16. 17. *ſequ.*

(g) Vid. GOLDASTVS *Conſtit. Imp. Tom.* II. *pag.* 141. *Stili* Moderatioris ſigna in verbis *NOS ET IMPERIVM.* GOLDASTVS *Stat. & Reſcr. P. I. pag.* 220, 221, 222. 223.

Historiæ patriæ resuscitatio nocuit imperatoriis iuribus.

Ceterum non est dubium, tantum nunc decreuisse nostris imperatoribus potestatem atque auctoritatem, quantum nostræ historiæ, quæ veterem libertatem iuraque populorum, principum, & ciuitatum, declarauit, ab ipso Maximiliano commendatum studium increuit. (*h*) Et non minus quidem diuersum nostrorum veterumque Germaniæ ducum atque principum statum docuit historia. At, quam esset commodum, Germaniæque statui congruens, libere eligendis imperatoribus prisca imperare iura; tam conueniebat minime, vnanimi consensu crebrisque pactis diu mutata hæreditariorum principatuum, qui in vicem veterum liberorum populorum abierant, iura ex antiqua æstimare historia.

Jura regia.

IV. In REGIIS JVRIBVS, & institutis, quæ ad electionis atque coronationis solennia pertinuerunt, nihil

(h) CVSPINIANVS *pag.* 489. GERH. DE ROO. *lib.* IIX. *pag.* 289.

nihil hac ætate mutatum. (*i*) Honores insigniaque bene merentibus conferre ex arbitrio Cæsar potuit. Vtriusque iuris respectu intercessit Fridericus Cæsar, ne conaretur Papa idem affectare. Jus publicos cursus dirigendi Maximilianus sibi sumsit: vt recte tamen deinceps eodem iure in territoriis suis principes vterentur. (*k*) Vicarium defuncto imperatore imperium Saxoni atque Palatino comiti satis dudum adsertum. Quoties vero in Italiam moueret imperator, integrum adhuc ipsi erat ex arbitrio de vicario statuere imperio. Quantum ad *Romanorum*, qui singulatim vocatus est, *Regis* electionem attinet, nunquam eam fieri solitam, nisi Romæ

(i) Vnctionis Imperatoriæ Romanæ Processum & Ordinationem ex Rom. Ceremoniali exhibet GOLDASTVS *Const. Imp. T. I. pag.* 412.

(k) Præfectura publicorum cursuum Franc. Taslensi in feudum data. WAGENSEILIVS *de Official. cap. III. num. III.*

Romæ coronatus fuiſſet imperator, nemo id ex priſcis reliquum erroribus non agnoſcet. (*l*)

Comitiorum rationes.

V. In COMITIIS, vt ſemper, de ſumma rei publicæ deliberatum. In tria diſtincta collegia Electores, Principes, Comitesque, & Ciuitates, manifeſtius coiuere. Nobiles, equitesque, qui Immediati nuncupantur, non comparuere in comitiis: At dignitate hoc tempore ciuitatibus antecelluiſſe, quibusdam videntur. Multiplicandi ſuffragia, cum plura quidam principes poſſiderent territoria, inde nata non male cenſetur occaſio, quod exemplo imperatoris quasque regiones æque ſingulatim nunc exprimere titulo illi conſueſſent. (*m*)

VI.

(l) GERH. DE ROO *lib. XII. pag.* 603. Poteſtatis Vicarium ſtatuendi exemplum hac ætate vide in GOLDASTO *R Satz. P. I. pag.* 251. 243.

(m) Proceſſus Comitialis deſcriptus a LEHMANNO *lib. VII. cap.* CXIII. Suffragiorum plurium ab vno principe latorum prima fere exempla tradunt REC. IMP. *Noribergenſes An.* cIↄ Iↄ XLII. XLIII. & *Ratisbonenſis An.* cIↄ Iↄ LVII.

VI. In imperii noſtri ORDINIBVS porro *Dux Burgundiæ*, & *Sabaudiæ*, *Lotharingiæ*que, *Duces* habiti; & omnino, cum diuideretur in circulos Germania, in claſſes vna relati. Quod abeſſent vero Burgundicæ & Lotharingicæ regiones longius, inde nunquam adeo apte inter ſeſe cohæſerunt illæ & regiones Germaniæ ceteræ. (*n*) Adlegendi in ordines ius nondum prorſus negatum imperatori. Auctis etiam honoribus ex principum collegii inferiori gradu in ſuperiorem locum quosdam deducere imperator poterat. At iam magis nunc variis modis potentiores principes cœperunt eximere ex numero ordinum ſiue comites, ſiue ciuitates: vt inde minutus fere magis quam vnquam auctus ordinum fuerit numerus. (*o*)

Ordines imperii.

(n) REC. IMP. *An.* cIↄIↄ. LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap.* CXII.

(o) Exemplum Comitis Wurtenbergici ducis creati apud LINTVRIVM *ad*

Jura imperii ordinum.

VII. JVRA omnium imperii ORDINVM cum tempore cœpisse esse auctiora, sæpe visum. Quo magis doceret historia, quæ priscorum populorum olim iura fuerint, eo magis exploratum, quanta pars imperii debeatur ordinibus. Quo porro magis intellectum, quid translatis in se integrorum populorum iuribus per cetera pacta rite acquisiuerint principes, eo magis cognitæ, & in possessionem verti cœptæ, *Territorialis Superioritatis* partes. Et per Publicæ Pacis solennem promulgationem nimiæ quidem licentiæ bellandi prædandique, quæ non poterat alioquin, quam mille turbas in imperio excitare, modus positus. At, vt nobilibus atque ciuitatibus armis experiundi potestas prorsus adimeretur, iureque & ex legibus agere isti iuberentur; ceterum

ann. cIↃ CCCC XCV. pag. 107. Exemtorum ordinum haud exiguum numerum exhibet GOLDASTVS R-Handl. pag. 135. 136. Quæuis recentior Matricula est antiquiori angustior.

rum profecto, nisi imperii turbetur securitas, ius belli pacisque atque fœderum prorsus non negatum imperii ordinibus. (*p*)

VIII. *MATRICVLÆ* imperii plures post primam Sigismundi ætate factam publica conscriptæ auctoritate: vt semper vero multis ordinum que.imoniis res fuerit exposita. (*q*) *STIPENDIA* colligendi modus secundum *communis denarii* censum in plerisque comitiis placuit: vt hæc etiam causa non minores habuerit difficultates. Sæpe, cum bella publice essent gerenda, cum aliquot principibus priuatim egerunt imperatores, vti copias *Matricula imperii.*

(p) Iure experiundum, si cum statibus res fuerit. PAX *Publ. Wormatiensis An.* cIɔ Iɔ & P. O. *Art. XVII. n. VII.* At, si res cum exteris fuerit, tum iudici nulli locus, sed Iuri Belli. Vid. PVFENDORFIVS *Hist. Frid. Wilh. lib. XIIX. num. X.*

(q) Vid. LEHMANNVS *Chron. Spir. lib. VII. cap.* CXII. CXVII. CXVIII. CXX.

mitterent auxilio, causamque vna sociarent. (*r*)

Diuisionis imperii in circulos rationes.

IX. Commodiori stipendiorum collectioni & iustitiæ administrationi consultum visum in certas *CLASSES* totam Germaniam diuidere. Primis quatuor circulis ab Alberto designatis, Moguntinus, Coloniensis, Saxo, & Brandenburgicus, Electores, dati rectores. In sex circulis a Maximiliano constitutis duo singulis præfecti fuere præsides, alter Ecclesiasticus, alter Secularis, princeps. In nouis quatuor circulis Moguntinus, Saxo, Austriæ Archidux, & dux Burgundiæ, rectores esse iussi. Additi deinceps, qui ducum in singulis circulis munere fungerentur, & qui ceteris circulorum iuribus prospicerent adiuncti.

(r) Vid. *Constitutio* WORMATIENSIS *An.* cIↄ CCCC XCV. *de Communi Denario in Corp. Recessuum &* REC. IMP. *Coloniensis An.* cIↄ Iↄ XII. Conf TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad ann.* cIↄ CCCC XXXII. *pag.* 384. vbi industriosa Sigismundi Cæs. stipendiorum exactio.

iuncti. De Boiohœmo & Prussia in nouas classes referendis sæpe actum: vt semper tamen successu consilia caruerint. (*s*)

X. Inter noua imperii *JVDICIA*, quorum maxime gratia partitio Germaniæ prouinciarum suscepta, primum *Camerale Judicium*, alterum & potius *Regimentum*, quod vocare moris erat, *imperii* fuit. Vtrumque multum de Cæsaris auctoritate detraxit, & diminuit: vnde nec ingratum ei fuit, mox variis obiectis difficultatibus regimentum desiisse publicarum rerum curam gerere.(*t*) *Aulicum Cæsaris iudicium* non abolitum, nec iam demum, quod quidam arbitrantur, constitutum; sed *Noua imperii iudicia.*

 nouis

(s) Conf. ALBERTI *Constitutio apud* SCHILTERVM *I. P. T. II. tit.* XIX. *pag.* 339. *Ordinatio Regimenti An.* cIↄIↄ. *R. I. Coloniensis An.* cIↄ Iↄ XII. *n.* *XII. XIII.* De Boiohœmo vid. GOLDASTVS *de regno Bob. lib. II. cap. XVI. n. II.*

(t) Vid. supra *Cap. IV. Num. II. litt. l.* & *Num. IIX. litt. a.* citati auctores.

nouis legibus munitum & instauratum: vt nimirum suprema iustitiæ cura, communicata per Cameralis Judicii constitutionem cum ordinibus, non prorsus detraheretur de imperatoria dignitate. *Jus Austregarum*, vti arbitratu delectorum principum lites ordinem finirentur, seruatum & publice definitum: ne foret deterior in actionibus causa ordinum quam priuatorum. (v)

Jura in foris Germanorum vsu recepta.

XI. Romanum JVS nunc plene in fora Germaniæ inuasit, *iuris*que *communis* naturam induit, postquam Camerale iudicium eo vti cœpit. Quo minus autem *Longobardicum ius feudale* plenam legis vim in Germania

(v) *Antiqua Aulici iudicii ordinationes vid. apud* GOLDASTVM *R.-Satz. P. II. pag. 17. sequ. &* LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. V. cap.* CVIII. Nouas Ordinationes exhibet LEHMANNVS *de Pace Relig. lib. I. cap. XXXVII. XXXVIII.* Vid. *Iudicii Aulici Reformatio* FRID. IV. *An.* cIↄ CCCC XLII. §. *vlt.* Iudicium Austregarum confirmatum per ORD. CAMER. *An.* cIↄ CCCC XCV. §. XXV. XXVI. XXVII.

mania obtinere potuerit, hiſtoria patria excoli cœpta, & ex ea veterum morum atque conſuetudinum notitia capta, non parum impediit. (x)

CAPVT VI.

GERMANIAE PRINCIPVM SVCCESSIONES.

I.

Cur Auſtriaci ſoli nunc imperatores?

Ab Alberto vsque ad noſtram ætatem auguſta gens *Auſtriaca* perpetuam habuit imperatoriam dignitatem; non alio quidem quam iure

(x) *Iuris Communis* crebra in *Ordin.* CAMERALI occurrit mentio. Feudales vero cauſas ex patriis moribus eſſe iudicatas, oſtendit Bauarica cauſa; de qua actum *hoc libro Cap. IV. num. XII.* Vid. Acta apud GOLDASTVM *R-Handl. pag* 45. *ſequ.* MVLLERVS *R-T-St. lib.* III. *cap.* XIIX. Conf. ADLZREITERVS *Ann. Boic. P.* II. *lib. IX. num.* LXXI

iure liberæ electionis: (*y*) quæ eo autem vix potuit diuersis principibus fauere, quod nulli æque ac Austriaci sustinendis imperatoriæ maiestatis oneribus, & continendæ perpetuæ finium Germaniæ securitati, viderentur pares. Hac præsertim ætate tot accessionibus aucta est iam ante prævalida domus Austriacæ potentia, vt abesse videretur parum, quo minus totius Europæ vna potentissima haberetur.

Austriaci Duces.

II. Primum *Ladislao*, *Alberti* posthumo, sine prole exstincto, fatoque deinceps pari *Alberto* & *Sigismundo* defunctis, tota Austria, diu diuisionibus lacerata ad vnum dominum rediit. FRIDERICVS, Cæsar, cui etiam Ciliæ Comitatus cessit, biennio quidem ante *Sigismundum* obiit: verum MAXIMILIANVS, filius, huius etiam ditiones, & paulo deinde

An. cIↃ CCCC XCIII.

(y) Vid. CAROLI *Mandatum Procuratorium ad Principes Electores super sua electione acceptanda apud* GOLDASTVM *Constit. Imp. Tom. I. pag.* 439. *sequ.* & ita deinde *Capitulationes* omnes.

de Gœrzenſem Comitatum, accepit. (z) Huic Maximiliano nupſerat *MARIA*, *Caroli*, *Audacis*, Burgundiæ opulentiſſimi Ducis, filia, ampliſſimasque Belgicas prouincias & Burgundiæ Comitatum dotis attulerat. Ex hoc fortunatiſſimo coniugio PHILIPPVS natus, *JOHANNAM*, *Ferdinandi*, Hiſpaniarum regis, filiam duxit. Ceteris Ferdinandi liberis exſtinctis ſola Johanna totius regni hæres exſtitit. Et ſuſcepit quidem cum coniuge Philippus, *Iſabella* ſocru mortua, Caſtellæ regis titulos. Verum ante ſocerum Ferdinandum eodem mortuo, (a) CAROLVS filius, in ſpem vaſtiſſimi imperii educatus, illud poſt Ferdinandi fata, triennio ante aui paterni obitum feliciſſime occupauit.

An. cIↃ CCCC XCV.

cIↃ CCCC LXXVII.

cIↃ IↃ V.

(z) GERHARDVS A ROO *Auſtr. Hiſt. lib.* VI. *pag.* 211. 212. 213. *lib. VII. p.* 256. *lib. X. pag.* 516. *lib.* XI. *p.* 534.

(a) GERH. A ROO *lib.* IX. *pag.* 375. 376. 380. *lib.* XII. *pag.* 559. 560. 561. 563. 564.

An. ciↄ Iↄ XV. uit. (*b*) Fratri FERDINANDO nupsit *ANNA*, *Vladislai*, Boiohœmi & Hungariæ regis, filia: vnde proximo tempore noua, vtroque accepto regno, Austriacæ potentiæ obuenerunt incrementa. (*c*) Ea iam ante Friderico Cæsari persuaserant, vti nouum decus *Archiducis* augustum nomen in gentem suam inferret. Nec valde dubium, iam vltra conatum Maximilianum regios domui suæ honores dare: licet consilium hoc ob multas rationes effectu caruerit. (*d*)

III. Re-

(b) GERH. DE ROO *lib.* XI. *pag.* 546. *lib.* XII. *pag.* 564. 598.

(c) GERH. DE ROO *lib.* XII. *pag.* 564. 596. DVBRAVIVS *Hist. Bob. lib.* XXXII. *pag.* 830.

(d) *ARCHIDVCIS* tit. Austriacorum paulo quidem antiquior, sed non perpetuo antea in vsu. vid. SCHOENLEBEN *de Orig. Habsb. gentis Prol. P.* II. *cap.* VII. *Diploma* FRIDERICI *habet* BOECLERVS *in Docum. pag.* 7. Rem testatur TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad ann.* ciↄ CCCIX. *pag.* 119.

III. Regum *Boiohæmi* hac ætate primus fuit ALBERTVS Auſtriacus, & alter LADISLAVS, Alberti filius. Hoc præmature exſtincto, (*e*) nequicquam pro ſuis iuribus Auſtriacis intercedentibus, rex electus GEORGIVS; ab nobili *Podiebradea* gente oriundus. Princeps callidus & aſtutus & Husſitarum ſtudioſus, multum Friderico Imperatori & Papæ facesſiuit negotium, regiamque dignitatem, impune ſpretis Papæ minis, fortiter defendit. (*f*) In locum eius ſucceſſit VLADISLAVS, Polonus, Alberti Cæſaris ex filia nepos; placidis mollibusque moribus & plus iuſto publicarum rerum incurioſus princeps. *Mathia* rege mortuo, eidem Hungari detulerunt regnum: quod cuperent regni optimates ſub benigno rege maiorum rerum

Boiohæmi reges.

An. cIↃCCCC LVII.

cIↃCCCC LXXI.

cIↃCCCC XC.

(e) ÆN. SYLVIVS *Hiſt. Bob. cap.* LV. LVI. LVIII. LXII. LXX. LXXI. DVBRAVIVS *lib.* XXIIX. XXIX.

(f) ÆN. SYLVIVS *H. B. cap.* LXXII. DVBRAVIVS *lib. XXX.*

An. cIↃIↃXVI. rerum potiri. (*g*) Vladislai filius LVDOVICVS minor annis patrem excepit. Tum vero aliorum ambitione, aliorumque luxuria & libidinibus, turbari & miſceri in vtroque regno omnia, & ad maximum exitium publicæ rei pleraque ſpectare. Et protractum quidem ad decimum annum Ludouici imperium: at, tam triſti demum finitum fato, quam illud dudum ante prudentiores præuiderant. (*h*)

Palatini electores. IV. In *Palatinis* ditionibus præter LVDOVICVM, qui præcipua amicitia Sigismundo iunctus fuerat, quatuor electores, duo filii, nepos, atque pronepos, hanc ætatem peregerunt. LVDOVICVS, *placidus* cognomine, ex parentis teſtamento
cIↃCCCC XXXIX. ſub *Ottonis* Mosbacenſis, iunioris patrui, tutela aliquandiu egit. Eo maturis fatis abrepto, pro filio poſt-
cIↃCCCC XLIX. humo FRIDERICVS, frater, *victoriosus* compellatus, primum tutoris, mox

(g) DVBRAVIVS *lib. XXXI. XXXII.*

(h) DVBRAVIVS *lib. XXXIII.*

mox adoptato PHILIPPO, electoris, nomine Palatinatum rexit. Diuturnum ipsius & parum quietum regimen non raro intutum imperium & stomachosum atque difficilem Fridericum Cæsarem reddidit. (*i*) *Philippus*, *ingenuus* dictus, An.
post adoptatoris patris mortem, diu cIↄCCCC
egregiis ab eo partis opibus quiete LXXVI.
fruitus: tandem in filii *RVPERTI* cIↄ IↄIV.
causa misere afflictus multaque ditionum parte mulctatus est. Ex numerosa prole, quam obiens reliquit, LVDOVICVS, cui *Pacifici* cIↄIↄVIII.
cognomen fuit, Palatinatum, tot cladibus nuper fractam & attritam prouinciam, longiori sanare pace studuit. Iisdem pacis almæ consiliis plurimum Germaniæ nostrum Ludouicum profuisse, imperatoris Caroli docet historia. (*k*)

V.

(i) TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad ann.* cIↄCCCCXXXV. *pag.* 393. 394. *ad ann.* XLIX. *pag.* 420. *&* *de Friderico late sequ.* ANDREAS *Presb. Chr. Bau. pag.* 61. 62. 63 64.

(k) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄIↄIII. IV. V. VIII. *pag.* 603. *sequ.* 636. 637. 638.

Boioariæ duces. V. *Boicæ* gentis trium familiarum plures duces, singularumque ditionum domini, prima hac ætate

An. cIↃCCCC XLV. fuerunt. Verum non exiguo potentis domus commodo mox defloruit Ingolstadensis familia, eiusque regiones proximæ Landshutanæ genti obuenerunt. Hæc inde ad sexagesimum prope annum floruit, & tres principes *Henricum*, *Ludouicum*, & *Georgium*, omnes *Diuites* adpellatos, habuit. Cum Georgio demum ista etiam stirps defecit, & tota Boioaria vni Monacensi genti

cIↃ IↃ IV. reddita est. (*l*) Habuerat hæc post ALBERTVM, lata lege, quo minus vltra ditiones diuiderentur, clarissimum, plures simul duces fratres. Jusserat pater, vti duo filii natu maiores, *JOHANNES* & *SIGISMVN-*

cIↃCCCC XLV. *DVS*, vna præessent prouinciæ. Sed cessit iure suo Sigismundus ALBERTO fratri, qui, dum ille & Johannes nulla prole relicta obeunt, solus occu-

(l) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ III. *pag.* 602. 603. ANDREAS *Presb. pag.* 65. 66. 67. 68.

occupauit, &, nequicquam intercedentibus *Christophoro* & *Wolffgango* fratribus, tenuit regimen. Huic Alberto soli Georgii Diuitis regiones, plurimum licet passim laceratæ, ex imperii decreto adiudicatæ sunt: vnde, denuo *primogenituræ*, quod vocatur, *iure* sancito, desiit iam vltra partitionibus esse obnoxia Boioaria. (*m*) Integra adeo cessit WILHELMO, Alberti maiori natu filio: qui tamen, ne tumultuaretur *LVDOVICVS* frater, consilii magis, quam iuris rationibus inductus, partem prouinciæ ei cælibi dedit regendam; quæ vero Ludouico exstincto facile ad Wilhelmum rediit. (*n*)

An. cIↃ IↃ IV.

cIↃ IↃ IIX.

VI.

(m) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ CCCCLX. *pag.* 436. *ad ann.* cIↃ IↃ III. *pag.* 602, 603. *ad ann.* cIↃ IↃ VIII. *pag.* 637, 638. P. LANGIVS *pag.* 889. 890.

(n) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃ IↃ VIII. *pag.* 638. P. LANGIVS *Chron. Citic* *pag.* 892. 893.

Saxonici electores. VI. *Saxonica* domus FRIDERICVM, electorem, ſatis diu Sigismundo & Alberto Cæſaribus ſuperſtitem, habuit. Quarto decimo

An. cIↄCCCCLXIV. poſt lites cum *Wilbelmo* fratre compoſitas anno obiens, filios duos reliquit, ERNESTVM & ALBERTVM, in pueritia quondam a patre abreptos ſtatimque receptos, feliciſſimos deinde vtriusque Saxonicæ, quæ hodieque floret, gentis parentes. Poſtquam iſtis Wilhelmi patrui ſine relicta prole demortui ditiones ceſſere, ita partiti ſunt pro-

cIↄCCCCLXXXV. uincias, vt *Erneſto* præter electoratum pars potior Thuringiæ, *Alberto* pars præcipua Miſniæ obueniret, (*o*) Poſt Erneſtum altero a partitione

cIↄCCCCLXXXVI. anno defunctum, FRIDERICVS, *Sapiens* nuncupatus, diu Saxoniæ præfuit. Fuit iſte cum patruo *AL-*

(o) P. LANGIVS *pag.* 863. 865. 874. 875. 878. 880. De raptu principum teſtantur ÆN. SYLVIVS *de ſtatu Eur. cap. XXIV.* TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ.CCCCLXIX. *pag.* 471. NAVCLERVS *pag.* 1097. FABRICIVS *Orig. Sax. lib. VII. pag.* 770.

ALBERTO præcipuo Germaniæ decori, & Maximiliano Cæſari auxilio. *Albertus* plerisque tum geſtis bellis aut ſocius armorum, aut omnino Dux interfuit. *Fridericus* tantum conſilio, quantum patruus fortitudine, iuuit imperatorem: vnde etiam adhuc viuente Maximiliano inſigne *Gubernatoris imperii* gesſit nomen, & illo mortuo primus omnium ad imperium deſtinatus eſt. (*p*) Jam obierat tum Albertus filiis *GEORGIO* & *HENRICO* relictis. An. ciɔ Iɔ. Hic Friſiæ, certis conditionibus patri donatæ, gubernator aliquandiu fuerat. Sed, quod rebel ciɔIɔXV. les Friſii armis perdomari non posſent, mox ceſſere fratres Cæſari prouincia vix maximis ſumtibus in obſequio continenda. Quam cetera *Georgius* doctrinæ Lutheri nu-

(p) *FRIDERICI* & *ALBERTI* laudes. P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 865. 878. 879. 880. 887. *Diploma Exſpectatiua in Iul. & Mont. Duc. habet* BOECLERVS *in Docum. pag.* 96. De Friſiæ donatione vid. ALB. KRANTZIVS *Saxon. lib. XIII. cap.* XXIII. XXVII.

per audiri cœptæ infensus erat, tam fratres patrueles *Fridericus*, elector, & *Henricus*, *Pius* cognomine, eam amarunt, fouerunt, & defenderunt. (*q*)

Brandenburgici electores. **An. cIↄCCCCXL.** VII. *Brandenburgicus* elector FRIDERICVS I. eodem, quo Fridericus Cæsar electus est, anno obiit. Ex filiis natu secundus FRIDERICVS, *Ferreus* cognominatus, ex patris fratrisque senioris voluntate in locum parentis successit, eiusque gloriam pacata Marchia reliqua, recuperata Marchia Noua, fortissimisque aliis factis, egregie **cIↄCCCCLXX.** æquauit. (*r*) Paulo ante mortem cessit prouincia fratri ALBERTO, *Achilli*, & *Vlyssi*, *Teutonico*; qui tum Franconicarum ditionum partem possedit. Alberto hoc fortiorem

(q) P. LANGIVS *pag.* 887. 888. 903.

(r) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄCCCCXVII. solius *ALBERTI*, stirpis propagatoris, meminit. Vid. KRANTZIVS *Vand. lib. XII. cap.* XIV. *lib.* XIII. *cap.* II. BOTHO *Chron. Pictur. Brunsuic. pag.* 406.

rem principem vix vnquam viderat Germania: adeo omnes regiones armorum ſuorum fama laudeque impleuerat. Quod poſt eum *Albertus* Saxo, ante Auſtriacis *Albertus* hic, tum alibi, tum in Burgundica cauſa, præſtitit: vt vere Saxonum & Brandenburgicorum meritis ad ſummum nunc potentiæ faſtigium adſcendiſſe Auſtriacos dixeris. Nequiuit vero Albertus Stetinenſes ditiones, vltimo duce mortuo Brandenburgicis debitas, vindicare, ſed, vt Fridericus frater, alterius Pomeraniæ Ducibus pactis quibusdam interpoſitis eas relinquere coactus eſt. Decimo ante obitum anno JOHANNI filio, *Ciceroni Germanico* compellato, regendas dedit prouincias: ipſeque, imperii ſimul tranſigendis negotiis intentus, cum Friderico Cæſare aſſiduo verſatus, in Francofurtanis demum comitiis viuis exceſſit. (*s*) *Johan-* An. cIↄCCCC LXXVI. cIↄCCCC LXXXVI.

(*s*) *ALBERTI* elogium. CAMPANVS *lib. VI. Epiſt.* III. P. LANGIVS *pag.* 862. GERH. DE ROO *lib. V. pag.* 162.

hannes, Franconicis regionibus datis *Friderico* & *Sigismundo* fratribus, Marchiam auxit Crosnensis ducatus accessione, & primus constanter in illa egit prouincia. Vertente seculo obeuntem excepit JOACHIMVS, *Nestor* vocatus; vix sedecim natus annos consilio principum dignus habitus, qui solus electorem ageret. Condita Francofurtana academia, plene vindicata Marchia Noua, & Ruppinensi Comitatu accepto, clarissimus, diu cum imperatore Carolo superstes fuit Germaniæ. (*t*)

An. cIↃCCCCXCIX.

VIII.

Titulus Ducis Franconiæ concessus ei a Papa fertur ab ANDREA *Presb. pag.* 65. Pomeranica acta. ALBERT. KRANTZIVS *Vand. lib.* XII. *cap.* XXXII. XXXIX. *lib.* XIII. *cap.* II. BOTHO *loc. cit pag.* 411. 412. MVLLERVS *R-T-Th. P. V. cap.* XVI. De Familia BOTHO *l. c. pag.* 407.

(t) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↃCCCC. XVII. *pag.* 356. P. LANGIVS *pag.* 862. 888. BOTHO *pag.* 417. 420.

VIII. *Brunſuicenſis* & *Luneburgicus* Ducatus hac ætate non diuiſi modo manſere, verum etiam ſinguli in plures, infelici partiendi regiones principum ſtudio, partes abierunt. Quæ vero alterius Brunſuicenſis familiæ opibus demum aucta eſt Luneburgica BERNHARDI Ducis proſapia, habuit hac ætate OTTONEM & FRIDERICVM Bernhardi filios; illum Eberſteinenſis Comitatus hæredem, hunc BERNHARDI & OTTONIS ducum, qui alter alterum excepere, patrem. Ottonis filius HENRICVS cum Brunſuicenſibus & agnatis bella geſſit, & Diepholdanum Comitatum feudi oblati nomine imperio ſuo complexus eſt. Proſcriptus in Hildesheimenſi cauſa a Carolo imperatore ſponte ceſſit filiis ditionibus, & im Galliam abiit exſulatum. (*v*)

Brunſuicenſis & Luneburgicus Ducatus.

An. cIↃIↃXXI.

 IX.

(v) KRANTZIVS *Sax. lib.* XI. *cap.* XVII. XXIV. *lib* XII. *cap.* IV. *lib.* XIII· *cap.* V. XXX. BOTHO *Chron. Brunſu. Pict. pag.* 402. 403. 407. 412. 423. De bel-

Hassia principes.

IX. Ceterarum illustrium Germaniæ familiarum fortunam describendi laborem non nostrum capit institutum. *Hassia* post LVDOVICI, *Pacifici*, quem ad imperium quondam destinatum vidimus, fata bifariam diuisa, Cassellanæ & Marpurgicæ gentis quosdam principes habuit.

An. cIↃCCCC XL.

Ex Cassellana demum gente Ludouici pronepos PHILIPPVS, cognomine *Magnanimus*, ditiones Marpurgicas, domo altera nuper exstincta, recepit, & in æui sequentis historia maxime celebrari meruit. (*x*) Incidit in nostram ætatem celeberrimum *pactum*, quod *confraternitatis* adpellatur, ab Hassis cum Saxonibus & Brandenburgicis initum: quo alterutra gente intereunte obtinendi electoratus & partis ceterarum ditionum certa spes Hassis facta. Eadem pactio succedenti ætate iterum atque iterum confirmata,

cIↃCCCC LXXV.

Io Hildesiensi CHYTRÆVS *Sax. lib.* VIII. *pag* 207. *sequ.*

(x) De *LVDOVICI*, *Pacifici*, dignatione supra *hoc libro Cap.* III. *Num.* II. laudati auctores

ta, & imperatoris consensu corroborata est. (y)

X. Nouas principum familiarum dignitates haud adeo nunc licet multas reperire. Fridericus Caesar VLRICVM Frisiae orientalis Dominum Comitem esse iussit: (z) & paulo ante in Italia BORSVM Mutinae & Regii primum creauit ducem. (a) Idem Holsatiae & Stormariae Comitatus CHRISTIANI, Daniae Regis, fauore motus ducatus imperii haberi voluit. (b) Eidem Saxonica Domus spem successionis in Juliacensem & Montensem ditiones, domusque Brandenburgica exspectatiuam, quam adpellant, in Pomeraniam &

Nova illustres dignitates.

An. cIↃ CCCC LIV.

cIↃ CCCC LXXIV.

(y) Primum pactum confirmauit Carolus IV. An. cIↃ CCC LXXIII. Accessit deinde Brandenburgica domus. Vid. Formulae apud *Celeb.* LVNIGIVM *R-Arch. P. Spec. Sect.* II.

(z) VBBO EMMIVS *Fris. Rer. lib. XXV. pag.* 373. NIC. SCHATENIVS *Ann. Paderb. ad Ann.* cIↃ CCCC LIV.

(a) ÆN. SYLVIVS *Hist. Frid. III. pag.* 94. 95. MVTIVS *pag.* 294.

(b) ALB. KRANTZIVS *lib. IIX. Dan. cap. XXXVII. lib. XII. Sax. cap. XII.* Diploma erectionis ducatus habet MEIBOMIVS *Tom. III. pag.* 213. &

& Megapolitanum ducatum, debent.
An. cIↄ CCCC XCV. (c) Maximilianus Cæsar Wurtenbergicum Comitem EBERHARDVM, cognomine *Barbatum*, ducis insigni dignitate donauit. Præter eaque *Radziuilii* Poloni imperii principes ab eodem renunciati sunt. (*d*)

CAPVT VII.

RES SACRÆ.

I.

Non vltra succedunt Papæ in Germania ausus:

Impulsa & conuulsa nuper PAPALIS AVCTORITAS prope prorsus modo conualuerat, & clam saltem atque tecte cum in sacris tum in

LEIBNITIVS *T. I. Cod. Dipl. Num.* CLXXXIX. *pag.* 431. 432.

(c) Exspectatiua in Iul. &c. apud BOECLERVM *in Docum. pag.* 96. & MVLLERVM *P. V. cap.* LXXXV. Exspect. in Pom. & Megap. apud MVLLERVM *P. V. cap. XVI. & P. I. cap. XIII.* Multa alia Brandenb. domus priuilegia apud BOECLERVM *pag.* 122. 124. 125. 127. 128.

(d) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCC-XCV. *pag.* 558. LINTVRIVS *pag.* 107. MVTIVS *lib. XXX. pag.* 306. 307. NAVCLERVS *pag.* 1114. *Par. ad* CONR. VRSP. *pag.* 334. P. LANGIVS *pag.* 887. Diploma apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. III. cap. I. pag.* 809.

in profanis causis idem quandoque tentauerat, quod quondam adfectauerat & vsurpauerat manifesto. Verum quod per attonitam superiori tempore superstitionem patienter & æquo animo tolerauerant maiores, non visum vltra perpeti oculatioribus posteris, qui vtique magis nunc erant fraudibus Papæ perspiciendis, quam vnquam fuerant maiores sæuæ eiusdem tyrannidi siue agnoscendæ, siue amoliendæ, apti.

II. Cum itaque Julius Papa more prisco agere tyrannum vel leuiter cœpisset, continuo a Germanis atque Gallis aspere improbi eius ausus confutati sunt. Ferunt omnino Ludouicum regem numum hac signasse inscriptione; *Perdam Babylonis nomen.* In Pisana synodo, quam initio Germani etiam probarunt, rursus Papa plane esse sub concilii imperio iussus est. Cum iam ante Julium quidam summi Pontifices conuocandi in Germania comitia, largiendique honores, *siue in profanis causis;*

 &co-

& cognoscendi in publicis cauſis, ſibi ius furtim arrogaſſent: non paſſi modo non ſunt iſtud nefas principes, ſed etiam publice interceſſerunt, quo minus talia conaretur Pontifex. Ita facile nunc agnouerunt noſtri & proſcripſerunt aduerſas Germaniæ majeſtati Papæ artes, nedum vltra Gregoriorum & Alexandrorum furores nunc ſuſtinuiſſent. (*e*)

ſiue in ſacris.

III. In ſacris cauſis non fere magis, quam in profanis & politicis, Papæ dominatus viſus inuiolabilis. In Bojohœmo hac omni ætate Huſſitæ Papæ doctrinas impugnarunt. Quotquot eſſent cordatiores in Germania viri illud ſacrarum rerum Romæ commercium deteſtati ſunt. Publice in comitiis noſtri ordines, Romana auaritia & ſuperbia cuncta miſceri, nunc conqueſti. Tandem veſanæ illæ vendibi-

(e) Conf. ſupra *hoc libro Cap. IV. n. XIIX. litt. e. n. XXIV. litt. v.* citati auctores. Numi memorabilis *LVDOVICI XII.* meminit SPANHEMIVS *Introd. ad Hiſt. Eccl. Sec. XVI. pag.* 536.

dibilium *Indulgentiarum* Papalium laudationes fecere, vt miro animorum motu atque consensu audiretur Lutherus, qui extrema hac ætate contra eas dicere cœperat. (*f*)

IV. Vt noua vero ætate tot principes populique posito papali iugo instauratam a Luthero saniorem doctrinam auide exciperent, multifariam præteriti temporis beneficio effectum cernimus. Reflorescentibus bonis litteris historia excoli & amari cœpit. Non visum vltra eruditis ex solo Pontificis ore pendere, sed magis placuit ipsa diuina oracula, & primorum ecclesiæ doctorum consulere doctrinam. Papæ quædam dogmata, quo magis essent manifesto impia & falsa, eo magis excutiendo sopori apta erant. (*g*) Ceterum quidam eo tempore vicarium Christi, quod putabatur, imperium

Ruentis prisca superstitionis variæ occasiones.

(f) KRANTZIVS *Metrop. lib.* XII. *cap* XVI. XXVIII. P. LANGIVS *Chr. Citic. pag.* 875. 897. 898. *Paraleip. ad* CONR. VRSP *pag.* 342. 343.

(g) KRANTZIVS *Vand. lib.* XI. *cap.* XXVII. *lib.* XII. *cap.* XXIV. *lib.* XIII. *cap.* V. XX. *lib.* XIV. *cap.* VI. Acriter

rium Pontifices adminiſtrabant, quorum ſumma impietas vulgo nota atque celebrata. *Alexander*, *Julius*, *Leo*, tot vitiis clari homines, quot virtutibus inſignis Chriſtus: quem quidem omnino in fabulis aperte habuiſſe Leo fertur. Quis dubitet hoc rerum ſtatu maxime paſſim neceſſariam viſam ECCLESIÆ REFORMATIONEM? (*b*) Quæ quidem, dum proximo tempore auſpicato cœpta & in variis regionibus perfecta eſt; ipſis iis, qui deſciſcere a Papa noluerunt, id commodi præſtitit, vti exuerint magnam auitæ ſuperſtitionis partem, vtque non vltra ſiue turbare Germaniæ iura, ſiue portentoſa doctrinarum mendacia poſthinc vulgare, Pontifices auſi fuerint.

Reformatio eccleſiæ maxime neceſſaria viſa.

V. Noſtri in Germania *SACERDOTES* iam hac ætate non fuerunt extremi, qui ſuperbiam & auaritiam Roma-

Eruditioris Germaniæ Cleri vota.

hoc tempore eruditisſimi viri *ERASMVS, HVTTENIVS*, *REVCHLINVS*, multique alii, in Papam inclamarunt.

(b) In Iulium bellisſime luſit VLR. DE

Romanorum Pontificum inclamarent. Pars ſtudiis operam dare cœpit; eoque fere omnis, niſi prorſus reformatoribus doctrinæ accesſit, ſaltem iis fauit beneque precata eſt. Ceteros, nec eruditos, nec cordatos, cum ad commoda cauſæ ſuæ omnia inclinarent, non mirum rebus nouis infenſe aduerſatos eſſe: metuentes quippe, vt nimias opes nimiamque potentiam purior doctrina Chriſti de Sacerdotio detraheret. (*i*)

VI. In *JVRIBVS* & inferiori & ſuperiori Clero debitis mutatum nihil eſt. Epiſcopi dudum acquiſiuerant, quod poſſent, omnia. *Jura ſacrorum* perquam diu de manibus imperatorum extorſerant Pontifices. Jam eo ventum, vt patefacta veritate, qui vellent, ius illud integrum repeterent, imperioque optimam partem, diu ab eo auulſam, reſtituerent. Id tamen ante- *Jura Cleri.* *Jus Sacrorum a multis principi-*

HVTTEN *in Epigrammatibus variis.* Vid. GVICCIARDINVS, IOVIVS, de huius æui Pontificibus Maximis.

(i) Teſtes veritatis huius æui ex clero habet FLACIVS *Cat. T. V. lib.* XIX. Contra improbos, auaros, luxurioſos, ſacerdotes aſperrime dicunt ALB. KRANTZIVS *Metrop. lib.* XII. *cap.*

bus repetitum. antequam fieret, non minus in comitiis mox prisco hac ætate *ſacras* eſſe *leges* latas, memoratu eſt digniſſimum: (*k*)

Studia litterarum efflorescentia. VII. *STVDIA* bonarum *LITTERARVM* indies nunc excoli & amari magis. Conſtantinopoli a Turcis expugnata paſſim Græci in Italiam profugerunt, & litteras humaniores docendo tolerarunt vitam. Inde ex Italia in Germaniam traductum eruditionis ſolidioris ſtudium: maximo, vt eſt viſum, totius Chriſtianæ rei bono atque commodo. Præſertim Maximilianus Cæſar, licet puero maxime exoſæ factæ eſſent litteræ, eas fouit & ſummo ſtudio proſequutus eſt. (*l*) Eius auſpiciis

XV. XXVII. *lib.* XI. *cap.* LIIII. ROLEWINCKIVS *Faſc. Temp. pag.* 87. 88.

(k) Vid. *ALBERTI II.* Imp. & *CAROLI VII.* Galliæ Regis *capitula Pragm. Sanctionis apud* GOLDASTVM *Tom. I. Conſt. Imp. pag.* 401. *Auiſamenta* MOGVNTINA *an.* cIↄCCCCXL. *apud* EVNDEM *ibid. pag.* 403. *MAXIMILIANI Conſtitutio de Blaſphemis an.* cIↄCCCCXCV. *apud* EVNDEM *T.* II. *pag.* 110. & ita paſſim in ceteris tomis.

(l) CVSPINIANVS *pag.* 489. GERH. DE ROO *lib.* IIX. *pag.* 288. 289.

ſpiciis conditæ *Baſileenſis*, *Wittenbergenſis*, *Francofurtana*, academiæ. Imperante Friderico *Gryphswaldi*, *Friburgi*, *Ingolſtadi*, *Tubingæ*, & *Moguntiæ*, item academiæ erectæ erant. (*m*) Inventa modo inſignis *ars Typographica*: cuius beneficio optimis vulgatis libris planiſſima ad eruditionem via reddita. Et hoc modo maxima contentione animorum fructuoſa paſſim Germaniæ ingenia inſigni crebraque cultura nunc reddita. (*n*) *Crebra academiæ condita.*

VIII. *Militares ſocietates*, quas *ORDINES* vocant, diu iam referri in ſacro ſtatu ſolitæ. In Germania erant ordines *Iohannitarum* & *Marianorum*, quos etiam *Teutonicos* ex natione vocant. Vtrique ſacrarum in Palæſtinam expeditionum occaſione conſtituti, &, ut iam antea eſſent ditiſſimi *Ordines militares.*

(m) TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCCLXXV. LXXVII. cIↄ Iↄ VI. *pag.* 485. 496. 630. P. LANGIVS *pag.* 868. 872. 888.

(n) ROLEWINCK *Æt.* VI. *pag.* 89. TRITHEMIVS *ad ann.* cIↄ CCCCL. *p.* 421, 422. JAC. WIMPFELINGIVS *Epit. Germ. rer. cap.* LXV. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 308. MVTIVS *lib.* XXVIII. *pag.* 289. SCHILTERVS *in notis ad Kœnigshofen pag.* 443. *ſequ.*

mi, aucti demum insigni opum, quas *Templariorum* ordo habuerat, accessione. Iis adiungere modo visum nouam *S. Georgii* societatem: cui quidem aliquot principes nomina dederunt, vt successu tamen ipsum consilium caruerit. Fuit vtique *Georgii* memoria Germanis præcipue venerabilis. Quasi dii tutelares exercituum ipse cum *Maria* habiti: eorumque effigies præcipua tunc vexilla monstrarunt. (*o*) Qui ceterum *Aurei Velleris Ordo* nupero tempore in Belgio erat conditus, & ex hinc in Germania illustrissimus haberi cœpit, non tam militaris fuit, quam vt omnes principe dignas colerent virtutes, qui isti societati darent nomina, laudabili exemplo institutus. (*p*)

Ordo Aurei Velleris.

LIBER

(o) De Sueuico fœdere sub *S. GEORGII* nomine vid. DATTIVS *lib.* II. *cap.* IX. X. XI. CRVSIVS *Ann. Sueu. P.* III. *lib.* IX. *cap.* I. Societas S. Georgii contra Turcos constituta.. DATTIVS *lib.* II. *cap.* I. MVLLERVS *lib.* II. *cap* *XV.*

(p) ALB. KRANZIVS *Vand. lib.* II *cap.* XIV. HARÆVS *Ann. Brab. T.* I. *p.* 408. 409. *& ibi Diploma.*

LIBER IV.

RES GERMANIAE SVB AVSTRIACIS IMPERATORIBVS

CAROLO, FERDINANDO, & MAXIMILIANO.

CAPVT I.

FINES ET REGIONES GERMANIÆ.

I.

SUnt hac ætate Germaniæ exemtæ aliquot *ad occasum* & *ad orientem* regiones: quæ finium mutationes necessario hoc loco declarantur. Jure belli Germaniæ abstulit Henricus, rex Galliæ, tres prope Lotharingiam Episcopatus; *Metensem*, *Tullensem*, & *Verdunensem*. Et intercesserunt quidem in comitiis

Fines Germaniæ ad occasum debilitati: tribus perditis episcopatibus;

tiis ordines, quo minus iure certo auulſæ ditiones viderentur. (*a*) At, cum tandem, licet ſerius, iis prorſus renunciarent, retrahi ius poſſe ad acquiſitionis initia vtique videtur.

Lotharingia libera declarata; II. Ceſſionis iure ſeparata a Germania *Lotharingia.* Nuper ea ſuperiori Rhenano Circulo adiecta erat. Nunc improuida futurorum honori ſibi duxit disiungi & ſupremo a duce ſuo regi iure. Et dux quidem imperii princeps & per ditionum quarundam poſſeſſionem cliens porro manſit. Sed Lotharingiam propriam poſt publica pacta vix ultra auſim in noſtris cenſere finibus. (*b*) In iisdem parum vltra ma-

(a) Factum narrat THVANVS *Hiſtor. lib.* XI. & omni iure factum contendit *pag.* 514. *ſequ.* vt ſeipſum autem iam antea *libro* II. confutauerit, & grauiter refutetur a CONRINGIO *de Fin. Imp. Germ. lib.* II. *cap.* XXVI. *num.* XXIV. *ſequ.* Conf. etiam infra *hoc libro cap.* III. *n.* IV.

(b) Vid. Tabulæ, quæ huc ſpectant, omnes, apud CONRINGIVM *l. c. cap.* XXVII. *num.* XIIX. *ſequ.* & in

magis Burgundicas prouincias plerasque retulerim. *Prouinciam*, *Delphinatum*, dudum Galli occupauerant; & vix leuiter turbata eorum possessio. *Sabaudia*, licet dux in clientela constans fuerit, non minus iure suo vti cœpit. *Heluetia* modo haberi in Germania modo ab ea disiungi voluit. Saltem, dum suo res omnes gerit arbitrio, licet iura Germaniæ prorsus antiquata nolim dicere; nec valde de ea Germaniæ vindicanda vltra laborauerim. (*c*)

Burgundicis prouinciis plerisque abstractis.

III. Diuersi proinde ad occasum Germaniæ fines modo fuerint statuendi, qui facilius vero in regionibus quam in fluuiis ponentur. *Minor Burgundia* nostra fuit, & cum Belgicis regionibus in circulum sin-

Limitanea versus Gallias prouincia.

Recueil des Traittés T. II. *pag.* 674. Nihilo tamen minus porro Lotharingiam censet in Germaniæ finibus THVANVS *lib.* II. *init. pag.* 73.

(c) Argumentum egregie disputatum a CONRINGIO *lib.* II. *cap.* XXIV. XXV.

gularem redacta. Præcipue Carolus imperator, vti nexum harum prouinciarum cum Germania firmiorem & conſtantiorem redderet, ſummo ſtudio contendit. Sunt itaque nunc extremæ verſus Gallias Germaniæ prouinciæ illa *Burgundia* & *Belgium*. Contra Lotharingiam *Alſatia*, *Palatinatus*, & *Treuirenſes* ditiones, Germaniæ fecerunt finem. (*d*)

Contra orientem contracti Germaniæ fines.

IV. Vt ad *auſtrum* & *aquilonem* antiqui ſervabantur limites; *Alpes*, inquam, ſuique exigua parte *Rhenus*, *Oceanus*, *Eidora*, & *mare Sueuicum*: ita rurſus *ad orientem* parte finium mulctata Germania. Tota modo *Pruſſia* atque *Liuonia*, quæ haud adeo diu auxerant Germaniam, ab ea ſunt auulſæ, & in clientelam a Polonis tractæ. Et in Pruſſiæ quidem parte Germanicus princeps ſummarum demum rerum potitus eſt: vt vero cum iure belli occupa-

ta

(d) Paulo adhuc latius in Gallias fines Germaniæ noſtræ protendit THVANVS *lib.* II. *pag.* 72. 73.

ta & deinde pleno iure nouo principi ea a Polonis tradita esset, nullam ille Germaniæ debuerit clientelam. Vbi ergo latissime trans *Viadrum* versus orientem Germania nunc excurrit, nondum ad Vistulæ pertingit ostia, verum *Pomerania* extremis finibus terminatur. (e)

Status prouinciarum.

V. Præter has vicissitudines terminorum de prouinciis quicquam addere non habeo. Quæ fuerunt superiori tempore siue diuisæ siue integritati restitutæ, nihil, aut parum admodum, hac ætate mutatæ sunt. Solum hoc nobis notetur, Saxonicum electoratum cum Misnicis ditionibus modo coniunctum, & contra separata esse ab eo Thuringiæ pleraque. Qui Episcopatus & quæ Ecclesiastica bona in Saxoni-

(e) SLEIDANVS *lib. XX. init.* CHYTRÆVS *lib.* XIII. *pag.* 340. THVANVS *lib.* I. *pag.* 57. *lib.* XXI. *pag.* 954. *sequ.* Iure excidisse Prussiam atque Liuoniam ex Germaniæ finibus, commonstrat CONRINGIVS *de Fin. Germ. lib.* II. *cap.* XXIX. *num.* XXX. *sequ.*

cis & Brandenburgicis ditionibus fuerunt, ceſſerunt principum territorio. Ceterum nuper facta omnium regionum diſtributio non variata perſtitit. De Boiohœmo cum Sileſia in circulum peculiarem referenda rurſus conſultatum: cum maxime iſtud & Hungariæ regnum Auſtriacis cederet. Sed vt ante conſilia ſucceſſu caruerunt. (f)

CAPVT II.

RES CAROLI AVSTRIACI IMPERATORIS.

I.

Difficile interregnum.

Poſt Maximiliani Cæſaris fata breue quidem, ſed variis difficultatibus obſeptum, vicarium imperium Saxone atque Palatino moderantibus, initum eſt interregnum. Conſiliis de nepote *Carolo* creando impe-

(f) THVANVS *lib. V. pag.* 234. *lib.* XVI. *pag.* 766. *lib. XXXVI pag.* 326.

imperatore auus immortuus. Nunc acrius ille inſtare, &, vti poſt vaſtum Hiſpaniarum regnum occupatum ſummi Germanici imperii potiretur, laborare. Contra niti *Franciſcus*, rex Galliarum, & vti ſiue ipſe, ſiue omnis præter Carolum alius princeps, eligeretur imperator, maximo ſtudio, nec exiguis ſumtibus impenſis, contendere. Fauere huic Papa, Veneti, & ex electoribus Treuirenſis, atque Brandenburgicus. Carolum optare electorum plerique, & vocare ad imperium auguſtæ gentis Auſtriacæ ſumma merita. (*g*) Itaque, dum vndique feruent partium ſtudia, metu Gallicæ potentiæ in arctum fœdus

(g) PONTVS HEVTERVS *lib. IIX. cap. II.* GVICCIARDINVS *lib. XIII. p.* 283. *ſequ.* BELCARIVS *lib. XVI. Gall. Rer. pag.* 477. *ſequ.* THVANVS *Hiſt. lib. I. pag.* 35. 36. GEO. SABINVS *Hiſt. Elect. & Coron. Caroli V. init. pag.* 2. 5. 6. SLEIDANVS *de Statu Rel. lib. I.* CHYTRÆVS *Sax. lib. IIX.* HARÆVS *Ann. Brab. T. II. pag.* 545.

coeunt quatuor Rhenani electores. (*h*) Mox dies electioni a Moguntino dictus. Præsentes Francofurti sex electores & Bohœmiæ ordinum, nam minor erat annis rex Ludouicus, legati. Omnes primum monente Papa *FRIDERICO* Saxoni electori offerunt imperium: quo generosissima mente ab eo recusato, & multis rationibus soli *CAROLO* destinato, (*i*) iste continuo a Moguntino, Coloniensi, Palatino, & Saxone, ægre Treuirensi & Brandenburgico consentientibus, publi-

Electio Caroli Austriaci.

An. cIↄIↄXIX.

(h) Electoralis fœderis formulam exhibet GOLDASTVS *in Polit. R-Handeln. P. I. pag.* 23. *P. VIII. pag.* 216. Papæ molimina ibidem ex actis enarrata.

(i) Nominantur præsentes Electores & legati a SABINO *l. c. pag.* 3. SLEIDANO *lib. I.* & in *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 347. *FRIDERICI*, Saxoniæ Electoris electio, & generosa declinatio imperii. P. HEVTERVS, SLEIDANVS, *loc. cit. pag.* 22. *lib. XVII. pag.* 441. P. LANGIVS *Chron. Cit. pag.* 878. HARÆVS *Ann. Brab. T. II. pag.* 545. præcipue ERASMVS ROTERODAMVS *lib. XIII. Epist. IV.*

publice imperator renunciatus eſt. Legatis eius, qui Moguntiæ erant, propoſitæ conditiones, ſub quibus adiri a Carolo electores vellent imperium. (*k*) Iis acceptatis miſſi ad nouum imperatorem, qui de electione facta renunciarent, & Aquasgrani eum ſolenniter ibi inaugurandum ducerent. (*l*)

Capitulatio præſcripta.

(k) Electio *CAROLI.* GEO. SABINVS *Hiſt. Electionis late.* Protocollum *Electionis Caroli apud* GOLDASTVM *Reichs-Handel* P. *I, pag.* 14. *ſequ.* & Acta quædam in *R Handl, pag* 97. *ſequ. Conſtit. Imp. T. I. pag.* 439. *ſequ.* Acta publica apud FREHERVM *Tom.* III. P. HEVTERVS, SLEIDANVS, THVANVS, CHYTRÆVS, BELCARIVS, *loc. cit.* HVB. LEODIVS *de Vita Frid.* II. *Palat. lib. V,* NIC. MAMERANVS *de præcipuis geſtis Car. V. pag.* 602. HARÆVS *pag.* 545. 546. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 347. Singularia memorat GVICCIARDINVS *l.* XIII. *pag.* 291. De Capitulatione præſcripta P. HEVTERVS, SLEIDANVS, *loc. cit.* Ipſa Capitulatio apud GOLDASTVM *Tom.* II. *R-Satz. p.* 181. *ſequ.*

(l) GEO. SABINVS *l. c. pag.* 14. 15. SLEIDANVS *lib.* I. MVTIVS *lib. XXXI.*

Res Caroli priuatæ.

II. Aberat tum CAROLVS a Germania, & agebat in Hiſpania, quæ nuper ei Ferdinando rege exſtincto obuenerat. Ad ſpem illius regni, mature perente fatis functo, vtriusque aui & ſimul *Ludouici*, Galliæ regis, tutoris conſtituti, cura egregie fuerat educatus. Ingenio formando ipſi datus *Adrianus*, Batauus, vir æque integerrimus atque eruditiſſimus. Gubernatorem iuuentutis *Guilielmus*, *Crogiacus*, præclare egerat. (*m*) Princeps diuini prorſus animi a puero omnibus virtutibus tanto erat ſtudio adſuefactus, vt mirum non ſit, vix eo prudentiorem, fortioremque imperatorem oſtendere hiſtoriam. *Caroli*, *Magni*, ſimillimus ingenii, niſi

Ingenium ejus.

pag. 317. P. HEVTERVS *lib.* VIII. *cap.* II. GOLDASTVS *R. Handl. pag.* 99.

(m) P. HEVTERVS *lib.* VII. *cap.* XVI. *lib.* VIII. *cap.* I. BELCARIVS *lib.* XVI. *pag.* 477. MVTIVS *lib.* XXX. *pag.* 316. SLEIDANVS *lib.* I. HARÆVS *Ann. Brab. Tom.* II. *pag.* 518. 535. 538. 539. 543.

ſi quod *Ludouici XI.* Galliæ regis imitatione paulo videretur ſeuerior atque aſtutior, ſecundiſſima, vt cognominis primus imperator, fortuna plerunque vſus eſt. (*n*) Imperatorem huius nominis *quintum* vulgo vocant. Malim eum vocare *quartum*, cum Carolus Caluus, licet rapuerit imperatoriam dignitatem, nullum in noſtris Germanicis imperatoribus locum obtineat. (*o*) *Quartus iure dicendus non Quintus.*

III. Acceptis electionis nunciis, facileque oppreſſis, qui æmuli Franciſci dolis in Hiſpania nati erant, *Inauguratio ſolennis.* moti-

(n) PONTVS HEVTERVS *Auſtr. Lib.* IIX. *cap.* I. *lib.* XIV. *cap.* VII. FR. BELCARIVS *lib.* XVI. *pag.* 477. NIC. MAMERANVS *l. c. pag.* 602. Optimum elogium Caroli percenſet THVANVS *Hiſt. lib.* XXI. *pag.* 944. *ſequ.* Conf. *Orationes Funebres apud* FREHERVM *Tom.* III.

(o) Eodem modo CAROLVS, qui vulgo *Quartus* adpellatur *Tertius* potius dicendus fuerit. Conf. *T. I. lib. III. cap. IV. num. III. X.* Non male tamen moribus aliquid in hac cauſa datur.

An. cIↃ Iↄ XX. motibus, (*p*) in Belgium nauigauit, & actutum Aquasgrani contendit Carolus, solennique ibi ritu nouæ dignitati inauguratus est. (*q*) Bina tum ciuilia bella Sueuia & Inferior Saxonia habuit. *VLRICVS*, Wurtenbergicus dux, ob Reutlingam violenter occupatam in magnum

Ciuilia in Germania bella.

(p) Rebellionis Hispanicæ causa & exitus. PONTVS HEVTERVS *Lib. IIX. cap. IV. usque IX.* P. MARTYR *Epist.* IↃ LXXX. IↃ CXXX. IↃ CXLIV. CHYTRÆVS *Sax. lib. IX.* HARÆVS *T. II. pag.* 546. 547. *sequ.*

(q) Iter in Angliam & Britanniam. PONTVS HEVTERVS *lib. IIX. cap. V.* SLEIDANVS *lib. I.* HARÆVS *Tom. II. pag.* 547. P. MARTYR *Epist.* IↃ CLIX. IↃ CLXXIII. MVTIVS *lib. XXXI. pag.* 317. MAMERANVS *p.* 602. Aquisgranensia solennia. P. HEVTERVS *lib. IIX. cap. X.* HARTM. MAVRVS *de Coronatione Caroli V.* SLEIDANVS *lib. II.* SABINVS *pag.* 15. MAMERANVS, MVTIVS, *l. c.* HARÆVS *pag.* 548. GVICCIARDINVS *lib. XIII. pag.* 304. ALF. VALDESIVS *in Epist.* IↃ CXCIV. *ad P. Martyrem.* Acta quædam publica apud GOLDASTVM *T. II. R-Satz. pag.* 185. *sequ. Pol. R-Handel P. I. pag.* 74. 151.

gnum odium venit; & paulo post a Sueuis fœderatis bello petitus, & ex ditionibus omnibus exturbatus est. Eas numerato acquisiuit nouus Cæsar. (*r*) Porro Hildesiensis Episcopus cum Luneburgico duce Mindensem antistitem & Brunsuicenses duces hostiliter impugnauit. Belligerantes a ciuilibus armis & ante electores & postea Carolus serio dehortati sunt. Non parentes mandatis & Wormatiensium comitiorum decretis Luneburgicus dux & Hildesheimensis Episcopus proscripti sunt. Hic plerisque exhinc regionibus exutus earum accessione hostium Brunsuicensium opes auctas vidit. Alter Lune-

(r) JOH. TETHINGERVS PEDIVS *Wurtenbergiæ libri II. pag.* 31. *sequ.* NIC. ASCLEPIVS BARBATVS *de expulso & restituto Vlrico, Duce Wurtenbergico pag.* 285. HORTLEDER *lib. III. Von Vrsachen des Teutsch. Krieges. cap. II.* CHYTRÆVS *Sax. lib. VII.* MVTIVS *lib. XXXI. pag.* 316. THVANVS *lib. I. pag.* 55. SLEIDANVS *lib. IX. pag.* 200.

Luneburgicus dux paulo post cum Cæsare in gratiam rediit. (*s*)

Wormatiensis curia. An. cIↄIↄXXI. IV. Cæsar Coloniæ, quo Aquisgrano mouerat, Wormatiensia comitia indixerat. In iis præter Hildesheimensem causam publicæ paci & Cameralis iudicii restitutioni prospectum. Quod cogitaret etiam Carolus in Hispaniam, Regimentum Imperii instauratum, quod publicas imperii causas imperatoris auctoritate transigeret. Confirmata ibidem Electorum & Austriacæ domus iura. (*t*) Porro ad hanc *Lutheri causa.* curiam citatus venit *Martinus Lutherus*, qui nuper Augustæ causam suam

(s) GOBLERVS *de Hildesiensi bello pag.* 81. *sequ.* CHYTRÆVS *Sax. lib.* *IIX.* THVANVS *lib. I. pag.* 55.

(t) SABINVS *pag.* 15. P. HEVTERVS *lib. IIX. cap. XI.* CHYTRÆVS *Sax. lib. IIX.* SLEIDANVS *lib. II.* HVB. LEODIVS *in Vita Frid. Pal. lib. V. Ordinatio Cameralis & Ordinatio Regimenti, in Corpore Recessuum.* Alia acta publica, & priuilegiorum confirmatio solennis, apud GOLDASTVM *R-Satz. T. I. pag.* 245. *sequ. T. II. pag.* 193. *sequ. Stat. & Rescr. Imp. pag.* 19. *Pol. R-Handeln P. IIX. pag.* 217.

ſuam orauerat. Fruſtra iſte iuſſus palinodiam canere, ſecure dimiſſus, ſed ſtatim ab abitu proſcriptus eſt. Tam autem ingenua veritatis teſtificatione, quam inepti Papæ conatus magis exacuerant, non Saxones modo, verum & vicini alii populi, iam permoti & quodammodo occupati erant, vt prorſus in caſſum Cæſar ageret, cum fauore Papæ, ne quis Lutheri doctrinam amplecteretur, ſerio ediceret. (v)

V. Interea primo bello Cæſar & Franciscus rex committi cœperant. Immiſerat *Franciscus Henricum* exſulem regem in Nauarram a Ferdinando quondam occupatam: præterea-

Primum gallicum bellum.

(v) SLEIDANVS *lib. II. III.* P. HEVTERVS *lib. IIX. cap. X.* THVANVS *lib. I. pag.* 34. 35. 36. 53. 54. MVTIVS *lib XXXI. pag.* 317. *Par. ad* CONR. VRSP. *pag.* 348. HARÆVS *pag.* 552. 553. Acta publica in Lutheri cauſa apud GOLDASTVM *R-Satz. P. I. pag.* 244. *P. II. pag.* 187. *R Handl. pag.* 105. *ſequ. Pol. Imp. P. XXIV. pag.* 1095 *Pol. R-Handel P. XIV. pag.* 464. *P. XXII. pag.* 940. *Conſt. Imp. Tom* I. *pag.* 441. *Reſcr. pag.* 5. SECKENDORFIVM *de Luther. lib. I.*

tereaque *Carolum*, Geldrum, & *Robertum*, Marcanum, Belgii pacem turbantes aperte iuuerat. Bello ſumto facile ex Hispania Galli exturbati. Caletano conuentu fruſtra acto in Belgio etiam compresſi. Tandem de iis ex Inſubria eiiciendis cum Papa *Leone* conſultatum; & mox memorabili prope Bicocam prœlio proſtrati Italiam linquere coacti. (*x*) Mixta tum arma ciuilia. *Franciscus Sickingius*, Cæſaris copiarum dux ſupremus, Treuirenſem Pontificem priuatas iniurias conqueſtus bello petiit. Parum curasſe iſtos conatus Cæſarem Treurenſi infenſiorem fama fuit. At, dum in Hiſpanias Cæſar profectus eſſet, excidit tamen, iudicante imperii Regimento, Sickingius ſua cauſa, &

An. cIↃ IↃ XXII. *Civile in Germania bellum.*

(x) GVICCIARDINVS *lib. XIII. XIV.* P. HEVTERVS *lib. VIII. cap.* XII. XIII. BELCARIVS. *lib.* XVI. XVII. SLEIDANVS *lib.* III. THVANVS *lib. I. pag.* 36. 37. *ſequ. Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 349. HARÆVS *Tom.* II *pag.* 553. 554. *ſequ.*

& proſcriptus atque ad incitas redactus paulo poſt infelix obiit. (y)

VI. Noribergæ tum, cum iter ſuum Cæſar pararet, frequentes conuenerunt imperii ordines. Miſſi ab *Adriano* Papa ad comitia legati, & Turcicum bellum, & Lutheranæ doctrinæ oppreſſionem, magna contentione flagitarunt. Ingruerat Turcica vis vehementer in Hungaria. Ideo roganti *Ludouico* regi auxilia, Romanæ expeditionis more præſtanda, promiſſa. Et *FERDINANDVS*, Cæſaris frater, conſtitutique imperii ſenatus perpetuus præſes, inſtitit quidem, vti ſententia ſuperiori anno Wormatiæ contra Lutherum lata rata eſſet. Ipſe etiam in ditionibus ſuis acerrime *Noribergenſes conuentus.*

(y) SLEIDANVS *lib.* III. CHYTRÆVS *lib. X.* MVTIVS *lib. XXXI. pag.* 317. HVB. TH. LEODII *ſcriptum de Franc. a Sickingen rebus geſtis & calamitoſo obitu apud* FREHERVM *T.* III. BARTH. LATOMI *actio memorabilis Franc. ab Sickingen cum Treuirorum obſidione, tum exitus eiusdem apud* SCHARDIVM *T.* II. *pag.* 121. BROWERVS *Treu. Ann. lib. XX. pag.* 337.

An. cIɔ Iɔ XXIII.

nouas res inſectatus eſt. (z) Verum multis principibus repugnantibus nec hac vice, nec in ceteris comitiis, quæ Noribergæ Carolo abſente menſium paucorum interuallis interiectis habita ſunt; quicquam hac in cauſa ſiue Pontificum, nam modo *Clemens* VII. *Adriani* in locum ſucceſſerat, obteſtationes, ſiue Cæſaris minæ, potuerunt. (a) Oblata potius a principibus centum, quæ vocarunt, *Grauamina Germanicæ nationis*; & rogati ſimul Papa, & Epiſcopi, vti ab iniuriis vltra inferendis plane faceſſerent. Tandem, quam male res Cæſarem & quos-

Grauamina Germanicæ nationis.

(z) SLEIDANVS *lib.* III. MVTIVS *lib. XXXI. pag.* 317. HORTLEDERVS *lib.* I. *cap.* I. GOLDASTVS *in Polit. R-Handeln P. XVI. pag.* 576. *Rec. Imp. Norib. in Corpore Receſſuum.*

(a) SLEIDANVS *lib. IV.* CHYTRÆVS *lib. X.* P. MARTYR *Epiſt.* IɔCCCI. Acta publica apud GOLDASTVM *Conſt. Imp. T.* I. *pag.* 448. *ſequ. T.* II. *pag.* 150. *ſequ. Reſcr & Stat. T.* II *pag.* 24. *ſequ.* SECKENDORFIVM. *Lib.* I.

quosdam aduersarum partium studiosos principes haberet, ibidem decretum; vt, limitato Wormatiensi decreto, proximo tempore libera synodus in Germania coeat, quæ dirimat lites nuper natas, & de ecclesia in puriorem statum reformanda serio laboret. (*b*) An. cIↃ IↃ. XXIV.

VII. Porro absente a Germania Cæsare, dum bellum Gallicum pacatis Hispaniæ, rebus in Belgio, vbi Angliæ rex ex fœdere in Galliam inuaserat, & in Italia feliciter administratur; (*c*) magnam in Germaniæ seditionem mouet plebs rusticana. Hæc durius habita cum a principibus, tum maxime a clero, nouæ doctrinæ amore obtentui sum- *Bellum rusticanum & seruile.*

(b) SLEIDANVS *lib.* IV. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag* 349. 350. Ipsa Grauamina exhibet GOLDASTVS *Const. Imp. Tom.* I. *pag.* 447. 456. *sequ. Rescr. & Stat. P.* II. *pag.* 36. *R-Satz. P.* II. *pag.* 197. HORTLEDER *lib.* I. *cap.* I. SECKENDORF *l. cit.*

(c) P. HEVTERVS *lib.* IIX. *cap.* XVI. *sequ.* GVICCIARDINVS *lib.* XV. BELCARIVS *lib.* XVII. HARÆVS *pag.* 556. 557. *sequ.*

to, paſſim in Sueuia, ad Rhenum, in Franconia, Saxonia, atque in Thuringia, correptis armis inſurrexit magiſtratibus, & quo plebis furor facile procedit, ſatis egit crudeliter. Sueuicum vero fœdus, nuper Cæſare agente perpetuatum, (*d*) Vlmæ conuentu habito, ſtatim duxit in rebelles, variisque eos cladibus partim deleuit, partim ad officia reduxit. Eodem fato confeſtim aut cæſi aut oppreſſi, qui *Munzero*, turbulento homine, duce Saxoniam turbauerant. (*e*) Res in magnum odium

(d) SLEIDANVS *lib.* IV. *fin.*

(e) SLEIDANVS *lib.* IV. V. CHYTRÆVS *Sax. lib.* XI. MVTIVS *lib.* XXXI. *pag.* 317. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 352. 353. 354. G. FABRICIVS *Orig. Sax. lib.* VII. THVANVS *lib.* I. *p.* 55. P. HEVTERVS *lib.* IX. *cap.* III. HARÆVS *pag.* 563. 564. MAMERANVS *de præcipuis geſtis Caroli pag.* 602. PETRVS GNODALIVS *de ruſticanis tumultibus in Germania pag.* 131. *ſequ.* PETRVS CRINITVS *de Ruſticorum tumultibus in diuerſis Germaniæ partibus.* JOH. ATROCIANVS *in Elegia de Ruſtico bello.* HVB. TH. LEODIVS *in ſeditionis Ruſticanæ hiſtoria:* *apud* SCHARDIVM *T.* II. & FREHERVM *T.* III.

dium Lutheri & adſeclarum doctrinam adduxit: ſatis autem id manifeſta, cum maxime ab iſtis turbis illi abhorruerint, iniuria. (*f*)

Fortuna Caroli. VIII. Modo nunc pax Germaniæ reſtituta, cum inſigni victoria Ticinenſi a Cæſareis parta res Gallicæ admodum afflictæ nunciarentur. Captus *Franciſcus* rex, ductus in Hiſpaniam; &, qua in cauſa a ſolita prudentia haud parum Cæſar deſciuerat, non niſi durisſimis conditionibus in ſe receptis ex cuſtodia dimisſus eſt. (*g*) Quod vero, adhuc

An. cIↄ Iↄ XXV. *Madritenſis pax.*

(f) PETRVS GNODALIVS *pag.* 131. 132. Pontificias criminationes doctrinæ Lutheri hac in cauſa egregie confutauit. Vid. etiam late SECKENDORFIVS *l. cit. lib.* II.

(g) GVICCIARDINVS *lib.* XV. XVI. P. HEVTERVS *lib.* IX, *cap.* I. II. III. IV. V. BELCARIVS *lib.* XIIX. P. IOVIVS *in Vita Ferd. Dauali lib.* VI. VII. BELLAIVS *Comm. lib.* II. III. P. MARTYR *Epiſt.* IↄCCXCIV. XCV. IↄCCCV. X. XII. THVANVS *Lib.* I. *pag.* 37 *ſequ.* HARÆVS *pag.* 561. 562. 565. SLEIDANVS *lib.* IV. V. VI. CHYTRÆVS *Sax. lib.* XI. MAMERANVS *pag.* 602. MVTIVS *lib.* XXXI. *pag.*

Secundum bellum Gallicum & Sociale.

nondum libero rege contra nimis potentem Cæſarem a Papa, Anglis, Venetis, atque Inſubribus, nouum fœdus conflatum erat; continuo rupta Madritenſi pace acceſſione Gallorum, qui vi metuque extorta pacta cauſabantur, auctum eſt. Varium inde bellum in Italia geſtum, Cæſaris fortuna plerunque ſuperiore. *Clemens* Papa, binis vicibus expugnata vrbe, facta demum deditione, ad pacis leges vi adactus eſt. Galli in Neapolitano agro, & in Inſubria, male pugnarunt, varioque fato exagitati omni prope ſpe exciderunt. Anglorum, Venetorumque, auxilia parum fœderatis profuerunt. Genua vrbs ea occaſione in libertatem vindicata. (*h*) Tandem per-

317. HADR. BARLANDVS *in Narrat. Hiſtor. de Obſidione Papienſi. pag.* 670. PRVDENTIVS *de Sandoual &* LVDOVICVS DE CABREM *Hiſt. captiuitatis Franc.* I. Diſcurſus Polit. de illo bello apud GOLDASTVM *R. Hand. P.* XI. *pag.* 284. Formula Madritanæ pacis in *Recueil T.* II. *pag.* 112.

(h) Nouum contra Cæſarem fœdus & eius rationes P. HEVTERVS *lib.* IX. *cap.*

pertæsum bellorum, & Barcinonæ cum Papa, eodemque tempore tertio a Madritensi pace anno Cameraci cum Gallis pax æquis conditio- *Barcinonensis & Cameracensis pax.*

III. V. GVICCIARDINVS *lib.* XVI. XVII. BELCARIVS *lib.* XIIX. SLEIDANVS *lib.* VI. CHYTRÆVS *lib.* XI. THVANVS *lib.* I. *pag.* 39. HARÆVS *p.* 563. 567. Formulæ fœderum in *Recueil T.* II. *pag.* 102. 124. Acta publica in Madritensis pacis causa apud GOLDASTVM *Pol. Imp. pag* 863. *Rescr. & Stat. P.* II. *pag.* 104. Nouum cum fœderatis bellum, & asperior Papæ fortuna. P. HEVTERVS *lib.* IX. *cap.* VI. VII. *Lib. X. cap.* I. II. III. GVICCIARDINVS *lib.* XIIX. XIX. BELCARIVS *lib.* XIX. XX. P. JOVIVS *lib.* XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. THVANVS *l.* I. *p.* 40. 41. HARÆVS *p.* 568. 569. *sequ.* MAMERANVS *pag.* 602. 603. BELLAIVS *Comm. lib.* III. SLEIDANVS *lib.* VI. MVTIVS *lib* XXXI. *pag.* 318. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 355. *sequ.* CHYTRÆVS *lib.* XI. XII. CÆSAR GROLIERIVS *de direptione vrbis Romæ. Historia expugnationis vrbis Romæ, cum* STAPHYLÆI & *alterius Orationibus de eodem excidio, apud* SCHARDIVM *T.* II. *Relatio de eadem re apud* GOLDASTVM *Pol. R-Hand. P.* XII. *pag.* 443.

tionibus ſancita eſt. Cum Venetis & Inſubrum Duce Cæſar, exhinc in Italiam profectus, præſens in gratiam rediit, & eo pacto pacem vbique inſtauratam vidit. (*i*)

Frequentia comitia.

IX. Dum iſta fierent extra Germaniam, in ea Regimenti conſtituti conſiliis ſatis commode publicæ paci & quieti conſultum. Duo autem cum eſſent, quæ in magnum periculum ſemper viſa Germaniam adductura; potentia, inquam, Turcica continuo augeſcens, & nouæ doctrinæ ſiue odium, ſiue ſtudium: in perpetuam deliberationem ea nunc in

(i) P. HEVTERVS *lib. X. cap.* III. *ſequ.* GVICCIARDINVS *lib.* XIX. JOVIVS *lib.* XXVII. BELCARIVS *lib. XX.* BELLAIVS *Comm. lib.* III. THVANVS *lib.* I. *pag.* 40. HARÆVS *p.* 579. 580. SLEIDANVS *lib.* VI. CHYTRÆVS *lib.* XII. XIII. MVTIVS *lib.* XXXI. *pag* 318. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 360. *Gal. Capella de rebus geſtis pro reſtitut. Franc.* II. *apud* SCHARDIVM *T.* II. ERASMVS *lib.* XXII. *Epiſt.* XXVI. Formula Cameracenſis pacis in *Recueil T.* II. *pag.* 170. 184.

in comitiis venere. Primum augustæ paucis præsentibus decretum, ne seditiose verbum DEI doceatur. (*k*) Nouo anno Spiræ frequentissimo imperii senatu sancitum, vti quilibet in territoriis eam, quoad usque generale concilium habeatur, doctrinam sequeretur, cuius DEO & Cæsari se rationem redditurum confideret. Prima hic de fœdere feriendo inter quosdam principes & ciuitates deliberatio : dum acrius videretur Cæsar Wormatiense mandatum vrgere. Contra Turcos hoc loco celeria auxilia, quæ vocarunt, *Ludouico* regi mittenda edicta sunt. (*l*) Sed, dum consultatur de auxiliis, iam prope Mohazium victi Hunga-

An. cIↃ IↃ XXVI.

 ri,

(k) SLEIDANVS *lib. V. Rec.* AVGVSTANVS *in Corp. Rec. pag.* 210.

(l) SLEIDANVS *lib.* V. VI. CHYTRÆVS *lib.* XII. MVTIVS *pag.* 318. HARÆVS *pag.* 581. 582. Acta publica apud HORTLEDERVM *T. I. lib.* I. *cap.* II. & SECKENDORFIVM *de Luther. lib.* II. *Rec.* SPIR. *in Corpore. p.* 213.

ri, misereque cæsus erat rex Ludouicus. (*m*) Eslingæ quidem Regimentum protinus mittendas periclitanti Hungariæ copias decernit. (*n*) At, vt nunc iura successionis ad vtriusque regni possessionem *Ferdinandum* modo vocarent, adeoque magis necessaria Hungariæ defensio fieret; (*o*) nullum tamen exitum siue

An. cIↃ IↃ XXVII.

(m) STEPH. BRODERICVS *de clade Ludouici Hung. Regis in* SCHARDII *Tom.* II. SLEIDANVS *lib.* VI. CHYTRÆVS *lib.* XII. MVTIVS *pag.* 318. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 355. THVANVS *lib. I. p.* 58.

(n) SLEIDANVS *lib. VI.* SECKENDORF *lib.* II. *p.* 46. *Rec. in Corpore p.* 222.

(o) *FERDINANDVS* Pragæ coronatus. SLEIDANVS *lib.* VI. MVTIVS *lib.* XXXI. *pag.* 318. HARÆVS *pag.* 568. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 355. Sed in Hungaria rex ei, licet iam inaugurato regi, oppositus *JOHANNES* Transiluaniæ princeps; vnde Turcici belli occasio. CHYTRÆVS *Sax. lib.* XII. *pag.* 306. *sequ.* SLEIDANVS *lib.* VI. JOVIUS *lib.* XXVIII. THVANVS *lib.* I. *pag.* 58. 59. P. HEVTERVS *lib. X. cap.* IV. *Par. ad* CONR. VRSP. *pag* 360. MICH. SOITERVS *de Pannonico bello apud Schardium* T. II.

ue Spirensia, siue Eslingensia, siue noua Ratisbonensia, quae infrequentibus comitiis erant facta, (*p*) decreta habuerunt.

X. Post, neque ita multo, ad graue bellum res in Germania omnes inopinato spectarunt. *Otto Packius*, qui *GEORGIO*, Saxoni, a consiliis fuerat, *PHILIPPVM* Hassum foederis cuiusdam, quod *Georgius* cum *Ferdinando* rege, Bauaris, & Episcopis aliquot, fecerit, certiorem reddidit. Cum eo foedere se aliosque Lutheri fautores peti Hassus Saxoque accepissent, statim copiae magnae paratae, & proximum bellum decretum. Dum vero de causa gerendi belli curatius inquiritur, fictam foederis famam perdocuere, qui eius percussi a Packio in-

Tumultus Packianus.

An. cIↄ Iↄ XXVIII.

JOH. ZERMEGH. *in Historia Gestarum rerum inter Ferdinandum & Johannem, Hungariae reges.*

(p) SLEIDANVS *l. c.* SECKENDORF *Lib.* II. *pag.* 80. *Rec.* RATISBON. *in Corp. pag.* 224.

insimulati erant. Igitur restitutis Hasso Saxonique bellicis impensis pacem quidem isti impetrarunt. (*q*) Verum alta mente reposti violenti hi *Protestantium* conatus apud Catholicos manserunt.

Spirensis conuentus An. cIↄ Iↄ XXIX.

XI. Nominibus hisce commode modo diuersarum partium principes & ciuitates distinguimus. Quippe Spiram iussu absentis Cæsaris frequens senatus conuenerat. Lata ibi sententia, ne quicquam uspiam vltra in sacris causis innouetur, & vt seruetur Wormatiense decretum, vbicunque nondum a priscis sacris recessum fuerit. Quo minus hæc sententia publico consensu promulgata censeretur, continuo intercessere principes & ciuitates aliquot, & ex hac contradictione, quam vulgo *protestationem* appellant, *Protestantium* accepere nomen. Formula contradictionis per legatos in Ita-

Protestantium nomen.

(q) SLEIDANVS *lib.* VI. CHYTRÆVS *Sax. lib.* XII. *pag.* 312. FABRICIVS *Orig. Sax. lib.* VII. HORTLEDER *lib.* II. *cap.* I. SECKENDORF *lib.* II. *pag.* 94. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 359.

Italiam ad Cæſarem miſſa eum valde irritauit. (*r*) Contra principes & ciuitates eo iam impenſius de fœdere firmando Suabaci, Smalcaldiæ, atque Noribergæ, cœperunt laborare, quo maius ſibi a potentis Cæſaris ira periculum metuendum cernerent. (*s*) Ceterum Spiræ per illa principum diſſidia in Turcici belli cauſa, quam ea, cum *Solimannus* ipſam nunc Vindobonam grauiſſima premeret obſidione, eſſet peri-

Fœdus ab eis tentatur.

(r) SLEIDANVS *lib.* VI. *pag.* 143. *Lib.* VII. *init.* P. HEVTERVS *lib.* X. III. IV. MVTIVS *pag.* 318. HARÆVS *pag.* 581. 582. *Par. ad* CONR. VRSP. *pag.* 360. THVANVS *lib.* I. *pag.* 54. CHYTRÆVS *lib.* XII. *Sax. pag.* 314. COELESTINVS *in Hiſt. Comit. Auguſt* LAMBERTVS HORTENSIVS MONTFORTIVS *lib. I. de Germ. bello pag.* 443. Acta publica apud GOLDASTVM *Conſt. Imp. T.* III. *pag.* 494. HORTLEDERVM *lib. I. cap. IV.* SECKENDORFIVM *lib.* II.

(s) SLEIDANVS *lib.* VI. *fin. lib.* VII. *init.* SECKENDORF *pag.* 140.

periculosa, parum rursus aut nihil omnino actum. (*t*)

Bononiensis Cæsaris inauguratio. An. cIↃ IↃ XXX.

XLI. Cæsar postquam Bononiæ vltimus imperatorum & Italiæ regno & Romano imperio, administrante Clemente summo Pontifice, inauguratus esset; (*v*) & Turcici belli & sacrorum turbatorum causa ipse in præsentia Augustæ comitia venire

(t) Vindobonæ obsidium. SLEIDANVS *lib. VI. pag.* 147. P. HEVTERVS *lib. X. cap.* IV. HARÆVS *pag.* 582. JOVIVS *lib.* XXVIII. CHYTRÆVS *lib.* XII. *pag.* 314. MVTIVS *pag.* 318. *Par. ad* CONR. VRSP. *pag.* 360. THVANVS *lib.* I. *pag.* 59. SOITERVS *de Pann. bello lib. I. pag.* 250. *sequ. Historia Viennæ a Solymanno obsessæ. p.* 237. *sequ.*

(v) GVICCIARDINVS *lib. XX. pag.* 941. *sequ.* JOVIVS *lib.* XXVII. *pag.* 213. *sequ.* BELCARIVS *lib XX. pag.* 628. SLEIDANVS *lib.* VII. *pag.* 153. MVTIVS *lib.* XXXI. *pag.* 319 CHYTRÆVS *lib.* XIII. *pag.* 319. *Paral ad* CONR. VRSP. *pag.* 363. MAMERANVS *pag.* 603. THVANVS *lib. I. pag.* 41. H. CONR. AGRIPPA *de duplici coronatione Caroli V. apud Bononiam*, *in* SCHARDII *T. II. pag.* 266. *sequ. Acta der Kayserl. Kroen. in Bononia apud* GOLDASTVM *Pol. R-Hand. P. II. pag.* 155. 156.

venire constituit. De bello, donec in sacris causis conuenisset, vix consultare visum principibus. Quantum pertineret ad religionem, eius summam scriptam Cæsari exhibuerunt, & deinde in publico consessu recitarunt Protestantes. Confutarunt illam *Augustanam*, quam compellarunt, *Confessionem* Catholici: sed, vt nollet vltra Protestantium apologeticum accipere Cæsar, verum vrgeret eos, vt ocyus ad prisca sacra omnes redirent. (*x*) Præter *Reformationem Politiæ*, & *Cameralis iudicii Visitationem*, decretam, vltra nihil

Augustana comitia.

Confessio exhibita.

(x) SLEIDANVS *lib.* VII. *pag.* 153. *sequ.* CHYTRÆVS *lib.* XIII. *pag.* 319. *sequ.* & *in Historia Confessionis August.* COELESTINVS *in Hist. Comit. August.* MVTIVS *pag* 319. *Paral. ad* CONR. VRSP *pag.* 363. MAMERANVS *pag.* 603. THVANVS *lib. I. pag.* 54 HARÆVS *pag.* 585. 586. P. HEVTERVS *lib. X. cap. V.* Acta Publica apud HORTLEDERVM *lib I. cap. IX.* SECKENDORFIVM *lib.* II. *pag.* 151. *sequ.* GOLDASTVM *Const. Imp. T.* III. *p.* 508. *T. I. p.* 509. *R- Satz. P. I. p.* 253. *sequ.*

nihil actum, & satis infestis animis vtrinque discessum. (*y*)

Ferdinandi regis electio.

XIII. Statim a comitiis actum a Cæsare cum Electoribus, vti frater Ferdinandus Romanorum rex Coloniæ eligeretur. Posse hac ratione imperium Germanicum commodius administrari, posse securitatem domi forisque rectius parari, ceteris electoribus, qui Coloniæ conuenerant, facile persuasit Cæsar. Igitur nequicquam contradicente Saxone, qui eodem tempore cum Protestantibus Smalcaldiæ fœdus fecerat, & frustra etiam ipsis Bauaris ducibus, & Protestantibus omnibus, reclamantibus; Coloniæ Agrippinæ a maiori electorum parte electus & continuo Aquisgrani inauguratus est

An. cIɔ Iɔ XXXI.

(y) *Reformatio Politiæ & Recessus Visitationis, cum Rec. Comit. vid. in Rec. Corpore pag.* 244. 267. 279. Ferdinandus cum aliis principibus solenni ritu in comitiis inaugurati. COELESTINVS *in Hist. Com. Aug.* GOLDASTVS *R-Handl. pag.* 126. *Polit. Imp. P.* VI. *pag.* 361.

est rex FERDINANDVS. (z) Quanto magis vero iuberet Cæsar, vt Ferdinandum omnes pro rege agnoscerent; tanto studiosius iterum Smalcaldiæ & deinde Francofurti Protestantes fœdus suum firmarunt. (a) Vnde ingrauescente Turcica potentia visaque Protestantium constantia, coactus demum imperator, postquam Spirensia & Ratisbonensia comitia exitum nullum habuissent,

Fœdus Smalcaldicum.

Ff

(z) SLEIDANVS *lib.* VII. *pag.* 171. *sequ. lib.* IIX. *init.* CHYTRÆVS *lib.* XIII. *pag.* 332. P. HEVTERVS *lib. X. cap.* VI. BELCARIVS *lib. XX. pag.* 632. HARÆVS *pag.* 586. THVANVS *lib.* I. *pag.* 41. MVTIVS *pag.* 319. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 364. Acta publica in huius electionis causa apud GOLDASTVM *R. Satz. P.* II. *pag.* 230. *R.Hand. P.* II *p.* 137. *Pol. Imp. P.* II. *p.* 220. SECKENDORFIVM *lib.* III.

(a) SLEIDANVS *lib* VII. *pag.* 172. *sequ. lib.* IIX. *pag.* 175. *sequ.* P. HEVTERVS *lib.* X. *cap.* VI. HARÆVS *p.* 587. SECKENDORFIVS *lib.* III. *pag.* 5. *sequ.* THVANVS *lib. I. pag.* 54.

Noribergensis pax religiosa. An. cIↄ Iↄ XXXII. ſent, (*b*) primam Noribergæ publicam pacem edicere; & ne cui mutata ſacra, donec generalis ſynodus diuerſum ſtatuiſſet, ſint fraudi, neue iudicium Camerale lædat Proteſtantes, ſolenniter iubere. (*c*) Hac pace promulgata facile Proteſtantes, qui in Ratisbonenſibus comitiis adhuc frequentes aderant, obſequia Cæſari & auxilia contra Turcos cum ceteris ordinibus ſunt polliciti, & reli-

(b) SLEIDANVS *lib.* VIII. *p.* 185. *ſequ.* 187. *ſequ.* CHYTRÆVS *lib.* XIII. *p.* 336. MVTIVS *lib.* XXXI. *p.* 319. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 365. SECKENDORFIVS *lib.* III.

(c) SLEIDANVS *lib.* IIX. *pag.* 191. *ſequ.* BELCARIVS *lib.* XX. *pag.* 635. HEVTERVS *lib.* X. *cap.* VI. HARÆVS *p.* 589. MVTIVS *pag.* 319. CHYTRÆVS *l. cit.* FABRICIVS *lib.* IIX. *Orig. Sax.* MAMERANVS *pag.* 603. Formula religioſæ pacis & acta publica apud HORTLEDERVM *lib.* I. *cap.* X. XI. XII. GOLDASTVM *Conſt.* T. I. *p.* 511. T. II. *pag.* 172. SECKENDORFIVM *lib.* III. *pag.* 19. *ſequ.*

reliquis comitialibus decretis manus dederunt. (*d*)

XIV. Dum Cæſar acceptis auxiliis in Turcos, qui denuo in Auſtriam inuaſerant, mouet, ſed fugiente Solymanno parum rei gerit: (*e*) interea porro Ratisbonæ in comitiis præter reliqua enarrata Pruſſica cauſa tractatur. *ALBERTVS*, Brandenburgicus, Teutonici ordinis Magnus Magiſter, ante hos octo annos deſertus & deſtitutus imperii auxiliis, quæ Noribergæ præſens ſollicitauerat, ſe in clientelam & fidem Poloniæ regis *Sigismundi* ea dedit conditione, vt ipſe Dux eſſet, & Teutonici ordinis antiquatis iuribus hæ-

Turcicum bellum.

Ratisbonensis conuentus.

Pruſſica cauſa.

 redi-

(d) SLEIDANVS *pag.* 192. *Rec. Imp. Ratisbon. in Corpore pag.* 285. cum adiuncta *Criminali lege Germ.* quæ latino etiam ſermone exhibetur apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom.* III *pag.* 516.

(e) SLEIDANVS *lib. IIX. pag.* 193. P. HEVTERVS *lib. X. cap.* VII. HVB. THLEODIVS *in Vita Frid. Palat. lib.* IIX. MVTIVS *pag.* 319. 320. *Paral. ad* CONR. VRSP. *pag.* 364. HARÆVS *pag.* 590. MAMERANVS *pag.* 603.

reditariam haberet prouinciam. Nouus Magiſter *Waltherus Cronbergius*, duce, qui etiam ducta coniuge Proteſtantium partibus acceſſerat, accuſato apud Cæſarem, vt eius pacta factaque irrita declararentur, ipſeque deinceps dux a Camerali iudicio proſcriberetur, impetrauit. Igitur rex miſit ad ſenatum imperii legatum, qui Alberti cauſam ageret, Pruſſiamque Polonici iuris eſſe perdoceret. Et intercedente Walthero parum quidem legatus effecit. At parum etiam ſiue proſcriptionem, ſiue alias minas, Albertus dux curauit. (*f*)

An. cIↃ IↃ XXXIII. XV. His actis Cæſar in Italiam, in qua nouo fœdere res ſuas admodum ſtabiliuerat, profectus primo vere nauigauit in Hiſpaniam. (*g*) In

(f) SLEIDANVS *lib.* VI. VII. IIX. *p.* 192. 193. CHYTRÆVS *lib.* XIII. *pag.* 340. THVANVS *lib.* I. *pag.* 57. Acta apud GOLDASTVM *R-Handl. pag.* 149. *ſequ.*

(g) SLEIDANVS *lib. IIX. pag.* 193. 194. P. HEVTERVS *lib. X. cap. IX.* HARÆVS *pag.* 591. 592.

In Germania Gallorum, & Hassiæ principis, *Philippi*, artibus, Nordlingæ, vbi de perpetuando Sueuico fœdere actum, illud modo ruptum & solutum est. (*h*) Tum commode Hassus, consiliis cum Gallis communicatis, pro *Vlrico*, Wurtenbergico duce, dudum exsule, arma sumsit, & eiectis *Ferdinandi* regis copiis Vlricum ditioni restituit. (*i*) Ca-

Sueuicum fœdus ruit.

An. cIↃ IↃ XXXIV.

Ciuile bellum.

Ff 3

(h) SLEIDANVS *lib. IX. pag.* 200. THVANVS *lib. I. pag.* 55. TETHINGERVS *Comm. Wurt. lib. III. pag.* 80. MVTIVS *pag.* 320.

(i) SLEIDANVS *lib.* IX. *pag.* 200. 204. 205. CHYTRÆVS *lib.* XIII. XIV. *pag.* 347. *sequ.* MVTIVS *lib. XXXI. pag.* 320. *Paral. ad* CONR. VRSP. *p.* 366. GVICCIARDINVS *lib. XX.* THVANVS *lib. I. pag.* 58. 59. HARÆVS *pag.* 593. BELCARIVS *lib. XX. pag.* 642. *sequ.* BELLVIVS *Comm. lib. IV. pag.* 137. NIC. ASCL. BARBATVS *de expulso & restituto Duce Wurtenbergensi Vlrico.* EOB. HESSVS *Acclam. Gratul. ad Philippum, Landgrafium, de Wurtenbergensi victoria.* JOH. PEDIVS TETHINGERVS *de Wurt. Rebus gestis Comm. lib.* III. *pag.* 80. *Omnes tres auctores apud* SCHARDIVM *T. II.* Acta publica apud HORTLEDERVM *lib. III. cap. VIII. sequ.*

Cadami eo tempore, interuentu Moguntini & *Georgii* Saxonis, cum *Johanne Friderico*, Saxoniæ nouo Electore, Ferdinandus rex æquis conditionibus in gratiam redierat. Egit proinde Saxo Elector, vt Hassus etiam & *Vlricus* Wurtenbergicus Ferdinando reconciliarentur. Ea demum lege conuentum, vt se clientelæ Austriacæ Wurtenbergicus dedat, & tota ditio Austriacis cedat, si exstingui Wurtenbergicam gentem contigerit. (*k*)

Transactio Cadamensis.

Turbæ Monasterienses.

XVI. Superiori pacata Germania visum vndique natis in inferiori Germania turbis occurrere. Anabaptistarum furor cum reliquas prouincias intutas, tum maxime Monasterii ciuitatem infestam, reddiderat. Primum ab eis pars ciuium, mox

(*k*) SLEIDANVS *lib. IX. pag.* 205. 206. CHYTRÆVS *lib.* XIII. *pag.* 332. MVTIVS *pag.* 320. *Par. ad* CONR. VRSP. *p.* 366. THVANVS *lib. I. p.* 56. HARÆVS *pag.* 593. HEVTERVS *lib. X. cap. X.* Cadamensis pacificationis formula apud HORTLEDERVM *lib.* II. *cap.* XIII. GOLDASTVM *R. Satz. P. I. pag.* 269.

mox omnes ex vrbe eiecti, qui cum ipsis nollent facere. *Rotmannus*, *Matthæus*, *Johannes Leidensis*, & *Cnipperdollingus*, sceleſtiſſimæ factionis principes, inauditas res moliti. Johannes Leidensis regis imo tyranni personam induit. Obſeſſa ab Epiſcopo ciuitate, ad frangendam veſanæ plebis pertinaciam, publice auxilia in Confluentinis & Wormatienſibus comitiis ſunt decreta. Non recuſarunt Proteſtantes de ferenda ope. Tandem ex inſidiis miſera vrbs capta: &, vt plebeculæ ad errores ſeductæ parceretur, diriſſima ſupplicia de rege & præcipuis tantæ veſaniæ auctoribus & adminiſtris ſumta ſunt. Monaſterienſis ciuitas in antiquum ſtatum reſtituta. (*l*) An. cIↄ Iↄ XXXV.

(*l*) SLEIDANVS *lib. X. pag.* 225. *ſequ.* CHYTRÆVS *lib. XIV. pag.* 354. BELCARIVS *lib. XXI. pag.* 648. P. HEVTERVS *lib. X. cap. X. XI. lib. XI. cap.* II. III. HARÆVS *p.* 593-598. THVANVS *lib. I. p.* 55. MVTIVS *lib. XXXI. p.* 320. LAMBERTVS HORTENSIVS MONTFORTIVS *de Tumultibus Anabaptiſtarum p.* 298 *ſequ.* ANT. COR.

Tunetana Caroli expeditio.

Tertium Gallicum bellum.

XVII. Inter hæc Carolus ex Hispania in Africam nauigauit, & Tunetana vrbe Goletaque arce expugnatis Male Aſſanem regno, annuis ſtipendiis pactis, reſtituit. (*m*) Vix in Italiam redierat, cum, *Franciſco Sfortia*, extremo Inſubriæ duce, mortuo, nouum ei negocium *Franciſcus* rex faceſſeret. Is, vt potiretur facilius Inſubria, Sabaudiæ ducem, *Carolum*, bello petitum, ex ditio-

VINVS *de miſerabili Monaſterienſium Anabaptiſtarum obſidione & excidio p.* 314. *sequ. apud* SCHARDIVM *T.* II. CONR. HERESBACH *de factione Monaſterienſi.*

(m) SLEIDANVS. *lib. IX. p.* 213. CHYTRÆVS *lib. XIV. pag.* 359. P. JOVIVS *lib.* XXXIII. XXXIV. BELCARIVS *lib. XXI. pag.* 649. HEVTERVS *lib. XI. cap. III.* HARÆVS *p.* 599. *sequ.* MVTIVS *lib. XXXI. p.* 320. MAMERANVS *p.* 603. JOH. ZENOCARVS *in Vita Car. V. lib. I. fin. lib.* III. JOH. ETROPII *Diarium Expeditionis Tunetanæ, apud* SCHARDIVM *T. II. p.* 320. *sequ. Fragmenta ex* JOVII *hiſtoriarum libris ibid. p.* 343. 352. *sequ.* ANTONIVS PONTIVS *in Hariadeno Barbaroſſa, ſiue hiſtoria belli Tunetani, in* ANT. MATHÆI *Analectis.*

ditionibus cunctis exturbauerat, & modo inhiabat Insubriæ. Itaque bellum simul in Italiæ finibus, simulque in Belgio, cum Gallis geri cœptum. Varia fortuna ad tertium istud annum extractum, tandem, summo Pontifice suasore & auctore, induciis decennibus sancitis, Niceæ est compositum. Præsentes cum Papa Cæsar & rex, factis induciis, ad Aquas Mortuas conuenere: indeque iterum in Hispaniam nauigauit Carolus (*n*) *Niceensis pax.*

XVIII. In Germania hoc tempore, dum a *Paulo III.* Pontifice Maximo, concilium proxime habendum *Crebri Protestantium conuentus.*

(n) BELCARIVS *lib.* XXI. XXII. BELLAIVS *Hist. Gall. lib.* V. VII. VIII. JOVIVS *lib.* XXXVI. XXXVII. HEVTERVS *lib.* XI. *cap. IV. sequ.* HARÆVS *pag.* 602-610. THVANVS *lib. I. pag.* 42. 43. 44. RIPAMONTIVS *Hist. Mediol. lib. X.* SLEIDANVS *lib. IX. X. XI. XII.* CHYTRÆVS *lib. XIV. XV.* MVTIVS *pag.* 321. MAMERANVS *pag.* 603. 604. *Articuli induciarum Niceensium in* GOLDASTO *Pol. R-Hand. P. X. pag.* 364.

dum indicitur, (*o*) omnia quam maxime contrariis inuicem turbari principum & ciuitatum ſtudiis. Noribergæ non placuerat, plures in Smalcaldicum fœdus recipi. Contra poſt paulo Smalcaldiæ, quod Synodo congregata videretur grauius imminere periculum, neminem, qui recipi vellet, excludere ab eo viſum. Conſilia ibidem cum Galliæ & Angliæ regibus, auxilia pollicentibus, communicata. Francofurti deinde plures ad fœderis ſocietatem admiſſi; & Smalcaldiæ Codemanno ad nouum decennium fœdus prorogatum: atque definitum, quid a ſingulis, dum defendendum bellum fuerit, præſtari debeat.

An. cIↃ IↃ XXXVI.

(*o*) SLEIDANVS *lib. IIX. pag.* 194. *lib. IX. pag.* 214. *ſequ.* THVANVS *lib. I. pag* 56. P. HEVTERVS *lib. X. cap. Vlt.* SECKENDORF *lib.* III. *pag.* 93. *ſequ.* Bullam conuocationis, & aduerſam Imperii ſtatuum ſententiam, exhibent HORTLEDER *T. I. lib. I. cap.* XXIII. *&* GOLDASTVS *Polit. Imp. P.* XXVII. *pag.* 1197.

beat. Iterum Smalcaldiam conuocati fœderis socii cum *Matthia Heldo*, Cæsaris legato, multa egerunt. Compositi ibi *Smalcaldici*, quos nuncuparunt, *articuli*. Heldus Smalcaldia abiens cum Catholicis principibus tractauit, quo pacto possent Smalcaldicorum interuerti consilia. Placuit demum aduersum *fœdus* Noribergæ sancire; quod, vt sanctum compellatum est, ita vnice Catholicam fidem defensurum dictum. Res quidem admodum arcano pertractata: vt rescisceret tamen pleraque Philippus, & ægre porro a vi armisque abstineret. (*p*)

An. cIↃ IↃ XXXVII. *Smalcaldici articuli.*

cIↃ IↃ XXXIIX. *Fœdus Pontificium Noribergense.*

XIX.

(p) SLEIDANVS *lib. IX. pag.* 215. *sequ. Lib. X p.* 242. *sequ. lib. XI. pag.* 250. *sequ. lib. XII. pag.* 280. *sequ.* 286. CHYTRÆVS *lib. XIV. pag.* 370. *sequ. lib. XV. pag.* 378. *sequ* LAMB. HORTENSIVS *de Bello Germ. Comm. lib. I. pag* 446. *sequ.* MVTIVS *lib. XXXI. pag.* 320. Acta variorum horum conuentuum publica exhibent HORTLEDERVS *T. I. lib. I. cap. XXV. ad XXX.* SECKENDORFIVS *lib. III. passim.*

Franco-furtanus conuentus.

XIX. Per ista publica dissidia Francofurtanus conuentus indictus, & ne continuo, dum adhuc imparatus esset Cæsar, veniretur ad bellum, pacis seruandæ a Ferdinando Rege capta consilia. Confirmata igitur Noribergensis Religiosæ Pacis ante hos septem annos promulgata formula: &, vti concilii auctoritatem admitterent, rogati Protestantes. (*q*) Cæsar tum ex Hispania per mediam Galliam, Gandauensis seditionis sedandæ gratia, in Belgium contendit. Quo cum venit, & minus se Francofurtanum decretum probare testatus est; (*r*) magis

An. cIɔIɔ XXXIX.

(q) SLEIDANVS *pag.* 287. 289. MVTIVS *pag.* 321. BELCARIVS *lib. XXII. pag.* 706. *Decretum Francofurtanum exhibent* GOLDASTVS *Constit. T. III. pag.* 562. *R - Satz. P. II. pag.* 233. HORTLEDERVS *lib. I. cap.* XXXII. XXXIII.

(r) SLEIDANVS *lib. XII. pag.* 294. *sequ. lib. XIII. pag.* 306. P. HEVTERVS *lib. XI. cap.* XI. XII. XIII. XIV. XV. BELCARIVS *lib* XXII. *pag.* 704 *sequ.* BELLAIVS *lib.* IIX. *pag.* 335. *sequ.* JOVIVS *lib.* XXXVIII. HARÆVS

magis sollicititi de rebus suis Protestantes Arnstadii primum, & rursus Smalcaldiæ, de mutua defensione deliberaturi conuenerunt. Missi ad Cæsarem Galliæque regem legati, qui apud illum deprecarentur iniuriam, & ab hoc, dum forte bello petantur, auxilia peterent. (s) Auditis legatis Spiram indixit Cæsar comitia: quæ Hagenoæ vero sunt habita, dum Spiram contagio infecisse nunciaretur. Hagenoæ placuit, amico colloquio præcipuas, quæ in litem venirent, doctrinas Wormatiæ transigere. Et, decretum hoc adprobante Cæsare, inchoatum quidem colloquium, vt statim vero iussu eiusdem rumperetur, & tota res Ratisbonensibus comitiis integra reseruaretur. (t)

Noui conuentus Smalcaldicorum. An. cIↄIↄ XL.

Hagenoensis conuentus.

Wormatiense colloquium.

XX.

pag. 612-617. THVANVS *lib. I. p.* 44. 45. *lib. XXI. pag.* 945. CHYTRÆVS *lib. XV. pag.* 390. MAMERANVS *p.* 604.

(s) SLEIDANVS *lib. XII. pag.* 294. *sequ.* SECKENDORFIVS *lib.* III. *pag.* 232. *sequ.*

(t) SLEIDANVS *lib.* XIII. *p.* 306. 311. *sequ.* CHYTRÆVS *lib.* XV. *pag.* 392. P.

An. cIↄ Iↄ XLI. *Ratisbonensis curia. Nouum colloquium.*

XX. Ad comitia hæc cum Cæsar & Ferdinandus rex, tum frequentes principes, accesserunt. Denuo ibi aduersarum partium delectis Theologis disputatio solennis demandata. Quæ cum modo non magis, quam antea succederet, omnis actio ad vniuersale concilium reseruata; intereaque iussi Protestantes nihil innouare vlterius, eaque conditione immunes esse a Cameralis iudicii sententiis. (v) Cæsar ex comitiis in Italiam profectus, con-

Algiriensis expeditio.

HEVTERVS *lib.* XI. *cap.* XV. BELCARIVS *lib.* XXII. *pag.* 709. *sequ.* HORTENSIVS MONTFORTIVS *lib.* I. *pag.* 448. *Acta publica apud* HORTLEDERVM *lib.* I. *cap.* XXXV. XXXVI. GOLDASTVM *Pol. Imp. P.* XXVII. *pag.* 1204. SECKENDORFIVM *lib.* III. *pag.* 258. *sequ.*

(v) SLEIDANVS *lib.* XIII. *pag.* 316. *sequ. lib.* XIV. *p.* 324. *sequ.* CHYTRÆVS *lib.* XV. *pag.* 394. *sequ.* MONTFORTIVS *p.* 449. HARÆVS *pag.* 618. 619. Acta publica in HORTLEDERO *cap.* XXXVII. GOLDASTO *R-Satz. P.* II. *pag.* 237. SECKENDORFIO *lib.* III. *pag.* 364. *Rec. Ratisb. in Corpore pag.* 355.

contra Algirienses cum exercitu in Africam nauigauit, sed tempestatibus disiecta classe spe magna excidit, mœstusque in Hispaniam diuertit. (*x*) Dum postea, occasione Gallicorum legatorum in Insubria cæsorum, nouum Gallos Cæsaremque inter bellum exardescit; (*y*) absente Cæsare comitia habentur Spiræ, & rogante illo Turcicum bellum, nam Turci modo cum Gallis

Quartum bellum Gallicum.
An. cIↃ IↃ XLII.
Spirensis conuentus.

(x) JOVIVS *lib.* XL. BELCARIVS *lib.* XXII. *pag.* 716. 717. HEVTERVS *lib.* XI. *cap.* XV. HARÆVS *pag.* 620. 621. THVANVS *lib. I. p.* 60. SLEIDANVS *lib.* XIV. *p.* 331. 332. MAMERANVS *p.* 604. MONTFORTIVS *lib. I. p.* 450. NIC. VILLAGAGNONVS *de Caroli V. Cæs. exped. in Africam ad Argieram, apud* SCHARDIVM *T. II. pag.* 365. *sequ.*

(y) JOVIVS *lib.* XL. BELCARIVS *lib.* XXII. *p.* 717. *sequ.* GVILH. BELLAIVS *lib.* IX. *p.* 339. *sequ.* P. HEVTERVS *lib.* XI. *cap. XV. XVI. sequ.* HARÆVS *pag.* 621. *sequ.* THVANVS *lib. I. p.* 45 46. SLEIDANVS *lib. XIV. p.* 330. CHYTRÆUS *p.* 398. 399. JOH. SERVILIUS *in Geldro-Gallica Coniuratione apud* FREHERUM *T.* III.

lis contra Cæſarem conſenſerant, decernitur. Cetera vt porro omnes pacem colerent, & proximo Tridenti habendo concilio intereſſent, quæ poſtrema quidem cauſa minime Proteſtantibus probata eſt, publice edictum. (*z*)

Bella in Germania ciuilia.

XXI. Variis iam locis, ſed maxime in Belgio, bellatum eſt contra Gallos: cum, dum pax ſperaretur, leuiter etiam turbaretur Germania. Cliuienſis Dux, vt Geldriæ potiretur, cuius hæredem eum moribundus ſcripſerat Dux *Carolus*, Gallicis fretus auxiliis Cæſari aperte inſurrexerat. At mox, cum in Germaniam rediiſſet Cæſar, ſupplex ei factus ceſſit Geldria & in gratiam rediit. (*a*) In Saxonia in Naumbur-

(z) SLEIDANUS *lib.* XIV. *pag.* 335. *ſequ.* CHYTRÆUS *lib.* XV. *p.* 398. HORTENSIUS MONTFORTIUS *p.* 449. SECKENDORF *lib.* III. *p.* 382. *Rec. in Corpore p.* 369.

(a) SLEIDANUS *lib.* XII. XIII. XIV. XV. P. HEUTERUS *lib.* XI. *cap.* X. XV. XX. XXI. CHYTRÆUS *lib.* XV. XVI.

burgensi causa Elector Saxo cum *Mauritio* agnato non discordauit modo, verum & bellum administrare paratus fuit, nisi Hassi interuentu lites forent compositæ. (*b*) Eodem tempore a Saxone Electore, & *Philippo* Hasso, bello petitus, & ditionibus omnibus exutus *Henricus*, Dux Brunsuicensis; turbulentus homo, quique Protestantes indignis principe modis vexare conuictus, nec destitit priuatim monitus, nec publice in Ratisbonensibus & Spirensibus comitiis a vi prohibitus. Exsul dux concessit ad Bauaros du-

Gg ces,

HARÆUS *p.* 621. *vsque* 629. P. JOUIUS *narrat. de Iuliacensi bello apud* SCHARDIUM *T.* II. *pag.* 422. *sequ.* PONTANUS *in Hist. Geldriæ lib.* XII. Formulæ diuersorum pactorum in *Recueil T.* II. *p.* 671. 681.

(b) SLEIDANVS *lib. XIV. pag.* 335. 340. CHYTRÆVS *lib. XV. pag.* 395. 398. BELCARIVS *lib. XXIII. pag.* 729. Singularem simultatum causam narrat MONTFORTIVS *lib I. pag.* 450. Acta publica apud HORTLEDERVM *lib. V. cap. XI. ad XXII.* SECKENDORFIVM *lib. III. p.* 387.

Noribergensis conuentus. ces, & in maximum odium Protestantium adduxit causam. (*c*) Quam ipsi quidem in nouis Noribergensibus comitiis tam egregie sunt tutati, vt, quantum succenserent eis Cæsar & Catholici, nihil tamen in eos iniqui statuere auderent. (*d*)

An. cIↄIↄ XLIII. *Gallicum bellum continuatur.* XXII. Cæsar hoc tempore ex Hispania in Italiam indeque venit in Germaniam, vnde statim in Belgium contendit, nouoque Anglicano fœdere auctior alacrius Gallos impugnat. (*e*) Eius iussu, quietioribus

(c) SLEIDANVS *lib. XII. XIII. XIV. pag.* 347. 348. CHYTRÆVS *lib. XV. pag.* 397. MONTFORTIVS *l. c. pag.* 450. BELCARIVS *lib.* XXIII. *pag.* 725. Acta publica apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. IV. cap. I. sequ.*

(d) SLEIDANVS *lib. XIV. pag.* 348. 349. MONTFORTIVS *l. cit.* BELCARIVS *lib. XXIII. pag.* 727. Acta publica præcipue in Brunsuicensi causa adfert HORTLEDERVS *cap. XL. sequ. Rec. Norib. in Corpore pag.* 393.

(e) P. HEVTERVS *lib. XI. cap. XX.* SLEIDANVS *lib. XV. pag.* 363. De graui hoc variis in regionibus administrato bello vid. late HEVTE-

ribus in Germania rebus omnibus, habita rursus Noribergæ comitia, & cum confirmata pax Religiosa, tum de bello contra Turcos porro actum, & decretum, vti publicæ fierent in muniendas quasdam Hungariæ vrbes impensæ. (f) Idem nouo anno in Spirensibus comitiis ipso Cæsare Ferdinandoque rege præsentibus pertractatum. Agi cœptum de dissidiis religionis causa natis. Quod multa vero deliberanda essent alia, ad proximum conuentum reseruatæ res sacræ: & modo Turcica Gallicaque bella decreta, & quantum quisque conferre sumtuum debeat, definitum. In Brun-

Comitia crebra.

An. cIↄ Iↄ XLIV.

RVS *lib. XI. XII.* BELGARIVS *lib.* XXIIII. BELLAIVS *lib.* IX. X. JOVIVS *lib.* XLIV. XLV. HARÆVS *pag.* 621. *vsque* 635. SLEIDANVS *lib.* XIV. XV. CHYTRÆVS *lib.* XV. XVI. MAMERANVS *pag.* 605. 606.

(f) SLEIDANVS *lib.* XV. *pag.* 355. *sequ.* CHYTRÆVS *lib.* XVI. *pag.* 405. SECKENDORF *lib. III. pag.* 416. *Rec.* NORIB. *in Corpore pag.* 403.

Brunſuicenſi cauſa ditiones ſequeſtri Cæſari dare viſum. Vt iudicii Cameralis inſtauraretur auctoritas, placuit vtriusque partis iudices in poſterum in illud recipere; ceterum, donec aliud conuenerit, ſancte ſeruare, quæ dudum fuerit ſancita, religioſam pacem. (*g*)

XXIII. Adhuc tum Spiræ hæſere frequentes Cæſar & principes, cum, poſtquam Daniæ rex *Chriſtiernus*, qui in fœdere cum Gallis fuerat, pacem cum Cæſare feciſſet, Galli etiam æquis conditionibus offerrent pacem. Ea poſt paulo, quam ſolutum eſſet comitium, Creſpiaci eſt transacta. (*h*) Jam liber

Creſpiacenſis pax.

(g) SLEIDANVS *lib.* XV. *pag.* 363. *ſequ.* CHYTRÆVS *lib.* XVI. *pag.* 408. MAMERANVS *pag.* 606. THVANVS *lib. II, pag.* 78. P. HEVTERVS *lib.* XII. *cap. I.* BELCARIVS *lib.* XXIII. *pag.* 753. MONTFORTIVS *lib. I. pag.* 450. SECKENDORF *lib. III. pag.* 473 *ſequ. Rec.* SPIRENSIS *in Corpore p.* 415.

(h) Pax Danica. SLEIDANVS *lib.* XV. *pag.* 378. CHYTRÆVS *lib.* XVI. *pag.* 408. Creſpiacenſis pacificatio. SLEI-

liber Cæſar a ceteris bellis viſus promtior atque paratior ad oppreſſionem Proteſtantium moliendam. Habita quidem Wormatiæ eo præſente frequentia comitia, & iterum decretum, vti Ratisbonæ ſolenne inſtituereretur colloquium. At, quod contenderent Proteſtantes, ita ſibi de pace cauendum, ut ipſi concilio, quod modo Tridenti conuenerat, non foret ſecus ſtatuendi integrum: recuſauit de ea rogatione Cæſar. Pontificius legatus, Cardinalis *Farneſius*, qui cum Cæſare frequens erat, boni nihil viſus portendere. (*i*)

Wormatienſis curia.

An. cIↄ Iↄ XLV.

DANVS *lib.* XV. *p.* 381. 382. CHYTRÆVS *l. c.* THVANVS *lib. I. p.* 67. HEVTERVS *lib.* XII. *cap. IV.* BELCARIVS *lib.* XXIV. *pag.* 762. JOVIVS *lib.* XLV. *fin.* HARÆVS *p.* 635. 636. BELLAIVS *lib.* X. *pag.* 414. Tabulæ pacis in *Recueil T. II. p.* 227. 235. 238.

(i) SLEIDANAS *lib.* XVI. *pag.* 389. *ſequ.* CHYTRÆVS *lib.* XVI. *p.* 409. HORTENSIVS *lib. I. p.* 451. THVANVS *lib. II. p.* 78. 79. 80. BELCARIVS *lib.* XXIV. *p.* 765. SECKENDORF *lib. III. p.* 543. *ſequ. Rec.* WORMATIENSIS *in Corpore p.* 435.

Brunsuicense bellum. Cum demum eodem tempore *Henricus*, Dux Brunsuicensis, cum bello recuperare ditiones suas conatus esset, a *Philippo* Hasso proelio aperto prostratus cum filio caperetur: rem iniquissime ferre Cæsar, & vltimam operi admouere manum. (*k*)

Ratisbonense colloquium. XXIV. Ratisbonæ ex nupero decreto colloquuti diuersarum partium Theologi, vt semper, nihil egerunt. (*l*) Interea sparsa, vbique fama, certum a Cæsare parari bellum, Francofurti Smalcaldici de bello defenden-

(k) SLEIDANVS *lib.* XVI *p.* 399. 401. 402. 405. CHYTRÆVS *Sax. lib.* XVI. THVANVS *lib. II. p.* 81. MONTFORTIVS *lib. I. p.* 451. 452. Acta publica apud HORTLEDERVM *cap.* XLIX. *vsque* LIV. Exhibet SCHARDIUS *T. II. p.* 407. *Commemorationem causarum a Smalkaldici fœderis sociis editam, belli a se contra Henricum Brunsuicensem anno* XLII, *suscepti, cum expositione historiæ, quomodo ab iisdem ducatu exutus & captus sit.*

(l) SLEIDANUS *lib.* XVI. *p.* 408. 409. 410. THUANUS *lib.* II *p.* 82. SECKENDORFIUS *lib.* III. *p.* 567.

dendo, & de rebus ſuis ceteris, communicarunt conſilia. (*m*) Ratisbonam ad imperii conſcriptum ſenatum Smalcaldicorum venit nemo, ſed per legatos de variis iniuriis cum Cæſare expoſtulare ſat habuerunt. (*n*) Ipſi Vlmæ extrema capere conſilia, &, cum per litteras fruſtra Cæſarem a bello dehortati eſſent, primi cum copiis prodire in aciem. (*o*) Contra Cæſar, ſatis modo

An. cIↄ Iↄ XLVI.

Ratisbonenſis conuentus.

(m) SLEIDANUS *lib.* XVI. *p.* 406. 407. CHYTRÆUS *lib.* XVI. *p.* 413. THUANUS *lib. II. p.* 81. 82. SECKENDORFIUS *lib.* III. *p.* 612. MONTFORTIUS *p.* 452.

(n) SLEIDANUS *lib.* XVII. *p.* 418. *ſequ. p.* 426. *ſequ.* P. HEUTERUS *lib.* XII. *cap. VI.* HARÆUS *p.* 638. THUANUS *lib. II. p.* 83. 84 85. CHYTRÆUS *l. cit.* MONTFORTIUS *lib.* III. *p.* 453. 454. Acta Comitiorum apud HORTLEDERUM *T.* II. *lib.* III *cap.* II.

(o) Wormatiæ antea Smalcaldici conuenerant. SLEIDANUS *lib.* XVII. *pag.* 425. HORTENSIUS MONTFORTIUS *lib. I. p* 454. ULMENSIS conuentus, belliquе præparatus. SLEIDANUS *lib* XVII. *pag* 435. THUANUS *lib.* II. *pag.* 87. 90. MONTFORTIUS *lib.* II. *pag.* 455. HEUTERUS *lib.* XII. *c. VII.*

Smalcaldicum bellum a Cæsare paratum.

do parato bello, ad ſuas partes pertractum *Mauritium*, Saxonem, Ratisbona dimiſit; & proſcriptis *Johanne Friderico*, Electore Saxone, *Philippo*, Haſſiæ Landgrafio, ceterisque his fœderatis, continuo ex pacto Mauritium monuit, vti Saxoniam omnem occuparet: ſin minus, lata proſcriptionis formula facile eam ab aliis occupatum iri. (*p*)

XXV.

(p) Cæſaris fœdus cum Papa. SLEIDANUS *lib.* XVII. *pag.* 435. 436. THUANUS *lib.* II. *pag.* 90. BELCARIUS *lib.* XXIV. *pag.* 773. Fœderis huius formula apud HORTLEDERVM *T.* II. *lib.* III. *cap.* III. GOLDASTUM *R-Handl.* *pag.* 139. *R-Hand. P. VI. pag.* 592. Fœdus arcanum cum Mauritio, & mandata ad eum data. SLEIDANUS *lib.* XVII. *pag.* 433. 463. *ſequ.* HEUTERUS *lib.* XII. *cap. VI.* HARÆUS *pag.* 638. 639. 642. THUANUS *lib.* II. *pag.* 115. 116. De Proſcriptione Smalcaldicorum SLEIDANUS *lib.* XVII. *pag.* 445. *ſequ.* HEUTERUS *lib.* XII. *cap.* IIX. THUANUS *lib.* II. *pag.* 97. HARÆUS *pag.* 640. BELCARIUS *lib.* XXIV. *pag.* 773. MONTFORTIUS *lib.* II. *pag.* 461. Tabulæ proſcriptionis apud HORTLEDERVM *lib.* III. *cap. XVI.* Smalcaldici ſubmiſſe iniuriam deprecati. SLEI-

XXV. Nuper *Lutherus*, veræ doctrinæ felix reductor & reformator, ex pio pacificoque voto, antequam flagrare bellum cœpisset, Islebii obierat. (*q*) Statim ab eius obitu arma sumta, & paulo deinde expedita. Smalcaldici semel atque iterum, maxime prope Ingolstadium ad satis magnas angustias Cæsarem redegerant. Dum perderentur vero occasiones, glis cerentque inter *Obitus Lutheri.* *Aduersæ res Smalcaldicorum.*

 Du-

DANVS *lib. XVII. pag.* 439. MONTFORTIVS *pag.* 459. THVANVS *lib. II. pag.* 91. 92. 93. 94. De iustitia sui belli publice omnes docuerunt. Vid. scripta & acta publica apud GOLDASTVM *Polit. Imp. p.* 1370. HORTLEDERVM *T. II. lib. III. cap. XI. & lib. I. cap. II. III.*

(q) SLEIDANVS *lib. XVI. pag.* 413. 414. CHYTRÆVS *lib. XVI. pag.* 413. IVSTVS JONAS *in relat. ad Joh. Fridericum El. Sax. de obitu Lutheri apud* SECKENDORFIVM *lib. III. pag.* 636. Historica integritate Lutheri obitum commemorat THVANVS *lib. II. pag.* 84. 85. Sed inique & indigne BELCARIVS *lib. XXIV. pag.* 773. & ex COCHLÆO, insulso blaterone, HARÆVS *pag.* 637. 638.

Duces copiarum dissidia, facile emersit imperator, & fœderatorum principum consilia interuertit. Siquidem nuncio Saxoniæ occupatæ ab Electore accepto, continuo is, publica propemodum destituta caussa, suis succurrit rebus, & in patriam reduxit. Diffluxere statim deinde reliqui Smalcaldicorum exercitus, & Cæsari planum ad omnem superiorem Germaniam aditum patefecere. Tum passim oppressi Smalcaldici, & ægre, durissimis in se conditionibus receptis, victorem placarunt Cæsarem. (*r*)

XXVI.

(r) SLEIDANVS *lib. XVII. pag.* 442. *sequ. lib. XIIX. pag.* 454. *lib. XIX. pag.* 485. 486. THVANVS *lib. II. pag.* 95. *ad pag.* 123. *lib. IV. pag.* 164. *ad* 175. P. HEVTERVS *lib. XII. cap. IX. X. XI.* HARÆVS *pag.* 638. *ad* 644. BELCARIVS *lib XXIV. pag.* 775. *sequ.* HORTENSIVS MONTFORTIVS *de Germ. bello lib.* II. III. IV. V. VI. CHYTRÆVS *lib. XVI. pag.* 413. *sequ.* MAMERANVS *pag.* 606. LVDOVICVS AB AVILA *Comm de Bell. Germ. lib. I. II* ZENOCARVS *in Vita Car. V. lib.* III. Acta publica exhibet HORTLEDERVS *Tom.* II. *lib.* III. *cap.* XI. *sequ.*

XXVI. Iſte, ſoluto Smalcaldico fœdere, receptaque nunc Superiori Germania, mouit in Saxoniam, quam pene totam profligato Mauritio Elector receperat. Inconſulto bellum huc attractum; inconſultius modo proelium ad Muhlbergam commiſſum. Captus eſt ipſe Elector, pauloque poſt capitis damnatus; mox, mutata ſententia, cum dederetur Witteberga, electorali dignitate mulctatus, & perpetuæ cuſtodiæ addictus. (s) *Philippus*,

Ruit fœdus Smalcaldicum.
An. cIↃ IↃ XLVII.
Saxonis Electoris & Haſſi fata.

(s) SLEIDANVS *lib. XIX. pag.* 487. 488. 489. THVANVS *lib. IV. pag.* 175. *ad* 191. HEVTERVS *lib. XII. cap.* XII. XIII. HARÆVS *pag.* 645. 646. 647. BELCARIVS *lib. XXIV. pag.* 785. *ſequ.* HORTENSIVS MONTFORTIVS *lib. VII. pag* 498. 499. 500. 501. CHYTRÆVS *lib. XVI. pag.* 421. *ſequ.* FABRICIVS *Orig. Sax. lib.* IIX. IX MAMERANVS *pag.* 606. LVD. AB AVILA *lib. II.* FALETVS *de initiis & progreſſu belli Germanici. Deſcriptio pugnæ, qua Johannes Fridericus El. Sax. a Caſ. exercitu victus & captus eſt*, *apud* SCHARDIVM *T. II. p.* 506. Varia acta & ſcripta apud HORTLEDERVM, *T.* II. *lib.* III. *cap.* LXIX. *ſequ.*

pus, Hassus, desperans cetera, interposita fide publica, ipse ad Caesarem accessit. Sed, nequicquam intercedentibus nouo Saxoniae electore, *Mauritio*, & *Joachimo*, Brandenburgico Electore, Hispanica cauillatione circumscriptus, & in custodia a Caesare detentus est. (*t*) Ita vero Smalcaldicum diu deliberatum saepeque firmatum foedus ipsa sui multiformi mole breui tempore corruit. (*v*)

Vlmensis & Augustanus conuentus.

XXVII. Interea Vlmae iussu Caesaris senatus imperii conuenerat, & absentium Caesaris & Ferdinandi regis

(t) SLEIDANVS *lib.* XIX. *p.* 491. 492. 493. 494. 495. THVANVS *lib.* IV. *p.* 192-198. *lib.* XXI. *pag.* 945. *lib.* XLI. *pag.* 544. HEVTERVS *lib.* XII. *cap.* XIV. HARÆVS *pag.* 647. 648. BELCARIVS *lib.* XXIV. *pag.* 787. MONTFORTIVS *lib.* VII. *pag.* 501. *ad finem.* CHYTRÆVS *lib.* XVI *pag.* 423. MAMERANVS *pag.* 606. HORTLEDERVS *l. c. cap.* LXXVI. LXXV.

(v) Vid. THVANVS *lib.* IV. *pag.* 203. 204. 205. qui praeclaro iudicio addito suam hanc historiam finit.

regis legati de rebus, quæ geſtæ erant, omnibus in publico conſeſſu renunciauerant. (*x*) Translata inde Auguſtam comitia ipſum Cæſarem, Ferdinandumque regem, & maximam principum frequentiam atque celebritatem, magnamque inſuper vndique agentium copiarum vim, habuerunt. Pax publica primum edicta, & toti Germaniæ, quæ breui bello ſatis exhauſta erat, reſtituta. Actum deinde de religione, &, vt omnes principes ſynodo ſe obtemperaturos pollicerentur, poſtulatum. (*y*) *Interim* conſcriptus & publice omnibus man-

An. cIↃ IↃ XLVIII. *Liber* INTERIM.

(x) SLEIDANVS *lib.* XIX. *pag.* 495. 497. P. HEVTERVS *lib.* XII. *cap.* XIII.

(y) SLEIDANVS *lib.* XIX. *pag.* 497. 499. 500. 503. *sequ.* THVANVS *lib.* IV. *p.* 206. 207. P. HEVTERVS *lib.* XII. *c.* XV. XVI. BELCARIVS *lib.* XXIV. *pag.* 787. *sequ* HARÆVS *p.* 649. CHYTRÆVS *lib.* XVI. *p.* 422. MAMERANVS *p.* 606. 607. Acta publica apud HORTLEDERVM *lib.* III. *cap.* LXXXIV. GOLDASTUM *Conſt.* T. I. *p.* 536. 547. *Reſcr.* & *Stat. p.* 126.

mandatus liber, potioribus componendis litibus par visus. Plerique principes hunc libellum adprobarunt. Alii vero, & inter eos *Johannes Fridericus*, captiuus elector, nec precibus, nec minis, potuerunt induci, vt libro huic *Interim*, donec aliud synodo placeret, valituro, & ex hac re compellato, subscriberent. Magdeburgum & Constantia vrbes ob hanc causam proscriptæ, aliæque non parum adflictæ sunt. (z) Actum præterea de instaurando & reformando Camerali iudicio; de Prussici noui ducatus iuribus; de Tridentina synodo frequentanda; de Burgundico circulo cum Germania magis coniun-

(z) SLEIDANUS *lib.* XX. *p.* 529. *sequ. lib.* XXI. *p.* 540. THUANUS *lib. V. p.* 227-232. 235. 237. 238. P. HEUTERUS *lib.* XII. *cap.* XVI. BELCARIVS *lib.* XXV. *p.* 800. *sequ.* HARÆUS *p.* 651. CHYTRÆVS *lib.* XVI. *p.* 429. Acta publica ratione libri habent HORTLEDERVS *lib.* III. *cap.* LXXXVI. *&* GOLDASTVS *Const. T. I. p.* 518. *Rescr. & Stat. pag.* 107.

iungendo: de impensis in Turcicum bellum factis Ferdinando regi, & ceteris Cæsari restituendis, quæ in Smalcaldicum bellum factæ essent. (*a*) Quod denique *MAVRITIVS* Electorali dignitate priuatim a Cæsare donatus esset, nunc publice & ritu solenni traditis redditisque vexillis in Augustano foro huic dignitati inauguratus est. (*b*) *Mauritius Elector inauguratur.*

XXVIII.

(a) De singulis his actis late SLEIDANUS *lib.* XX. *p.* 514. *sequ. p.* 532. 539. *lib.* XXI. *init.* THUANUS *lib. V. p.* 232. 233. 235. HEUTERUS *lib. XII. cap.* XVI. BELCARIUS *lib.* XXV. *p.* 796. HARÆUS *p.* 650. 651. Varia comitiorum decreta vid. in *Corpore Rec.* & conf. GOLDASTUS *R-Satæ. P. I. p.* 278.

(b) SLEIDANUS *lib.* XX. *p.* 528. 529. THUANUS *lib. V. p.* 234. HEUTERUS *lib.* XII. *cap.* XVI. FALETUS *lib.* VII. HARÆUS *p.* 650. MAMERANUS *in hist. inuestituræ Mauritii apud* SCHARDIUM *T.* II. *p.* 508. *sequ. & Germ. lingua apud* HORTLEDERUM *T.* II. *lib.* III. *cap.* LXXXV. SIMON STENIUS *in Vita Mauritii apud* FREHERUM *T.* III *p.* 454. FABRICIUS *lib.* IX. *Sax. Orig.*

Odia noua glifcunt inter aduerſas partes.

XXVIII. Auguſta in Belgium abeunte Cæſare, publice quidem in Germania nullum bellum geſtum, at priuatim multis odiis inter ſe diſſidere diuerſarum partium principes & ciuitates non deſiere. Conſtantia vrbs ab Auſtriacis expugnata, & in horum ditionem redacta. (*c*) Magdeburgenſis ciuitas promiſcue a vicinis petita & impugnata. In Camerali iudicio conniuente Cæſare Smalcaldicis varias actiones intenderunt Pontificii; ex his maxime Henricus Brunſuicenſis, nuper ab Haſſo ex cuſtodia dimiſſus. (*d*) Interea Cæſar in Belgio filium, *PHILIPPVM*, nuper Hiſpaniæ regem declaratum, circumduxit, rectoremque prouinciarum conſtituit. Deſtinaſſe eundem ad Germaniæ imperium, & ſemel

Conatus Caroli pro filio Philippo.
An. cIↃ IↃ XLIX.

(c) SLEIDANUS *lib.* XXI. *pag.* 541. 542. 543. 547. 548. P. HEUTERUS *lib.* XII. *cap.* XVI. HARÆUS *p.* 651. THUANUS *lib. V. p.* 237. 238.

(d) SLEIDANUS *lib.* XXI. *p.* 547. THUANUS *lib. V. pag.* 235.

mel atque iterum egisse de hac caussa cum Ferdinando fratre, perhibetur. At repugnante Ferdinando ambitiosa spe sua excidit. (*e*)

XXIX. Iterum inde ex Belgio Augustam Cæsar in præsens venit comitium. In alterum istud annum extractum, nec noui tamen quicquam decretum est. Turcus ab Hispanis irritatus bellum in Hungariam intulerat: ideoque auxilia postulata & ægre impetrata. Magdeburgensis ciuitas satis commode huc usque defenderat bellum: vnde publice nunc istud decretum, & Mauritius elector militiæ imperialis dux dictus. (*f*) Statim

Augustana curia. An. cIↄ Iↄ L.

Magdeburgense bellum.

(e) SLEIDANUS *lib.* XXI. *p.* 547. 553. 571. *lib.* XXII. *p.* 583. 584. P. HEUTERVS *lib.* XII. *cap.* XV. *lib.* XIII *cap.* I. II. HARÆUS *pag.* 652. 653. 654. 655. THUANUS *lib. V. p.* 239. 240. *Lib. VI. p.* 260. 262. 263 311. *lib. VIII. p.* 363. *lib.* XVI. *p.* 770.

(f) SLEIDANVS *lib. XXI. pag.* 571. *lib. XXII. p.* 576. 577. 591. 592. 593. THVANVS *lib. VI. pag.* 300. 301. 304. 306. CHYTRÆVS *lib. XVII. pag.* 435. FA-

tim ergo Mauritius obſidione arctiori cingit vrbem: at, cum alieniori a Cæſare animo iam tum cœpiſſet eſſe, de induſtria protrahit obſidionem, donec ad bellum eſſet paratior: quo ſatis præparato viſo facile & æquis conditionibus in gratiam vrbem accipit, & contra Cæſarem arma vertit. (*g*)

An. ɔIɔ Iɔ LI.

XXX.

BRICIVS *Or. Sax. lib.* IX. *pag.* 102. P. HEVTERVS *lib. XIII. cap. III.* HARÆVS *pag.* 656. *ſequ. Rec.* AVGVSTANVS *in Corpore pag.* 515. Noribergæ poſt ſolutum Auguſtanum comitium rurſus Cæſaris iuſſu conuentum. SLEIDANVS *lib. XXII. p.* 593. 594. THVANVS *lib. IIX. pag.* 362. 365.

(g) De diuturna Magdeburgi obſidione, eiusque cauſa, & euentu, vid. SLEIDANVS *lib. XIX. pag.* 496. *lib. XXI. pag.* 541. 561. 562. 563. *lib. XXII. p.* 572. 573. 577. 578. *ad* 597. 604. *lib. XXIII. pag.* 606. 608. 609. 610. 611. THVANVS *lib. IV. pag.* 192. *lib. VI. pag.* 263. 264. 265. 266. 302. *vsque* 310. *lib. IIX. pag.* 364. 365. 366. 367. P. HEVTERVS *lib.* XIII. *cap.* III. V. XII. XIII. BELCARIVS *lib. XXV. pag.* 813. *ſequ.* HARÆVS *pag.* 659. 663. CHYTRÆVS *lib.* XVII. *pag.* 438. FABRICIVS *loc.*

XXX. Scilicet nuper in comitiis satis aperte *Mauritius* Tridentinam synodum reiecerat: quæ res male habuerat imperatorem. Iste licet pluries a Mauritio & principibus interpellatus dimittere ex custodia noluerat Philippum Hassum: vnde in magna offensa erat apud omnes, qui non recte vltra Germanicam ab Hispanis peti libertatem conquerebantur. Igitur clam cum *Henrico*, Gallorum rege, inito fœdere, communicatisque cum diuersis principibus consiliis, (*b*) his mo-

Mauritius insurgit Cæsari.

Fœdus cum Gallis.

Hh 2

cit. CAMERARIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LII. SEB. BESSELMEIERVS *in descript. obsidionis* MAGDEBVRGI *apud* SCHARDIVM *T. II. pag.* 518. *sequ. Hujus*, & MERCKELII, & *alia plura scripta exhibet etiam* HORTLEDERVS *T. II. lib. IV.*

(b) SLEIDANVS *lib.* XXII. *pag.* 594. 597. 599. *lib.* XXIII. *pag.* 608. 610. 611. 613. 614. 615. 616. 617 - 627. late docet callida Mauritii percommode Cæsarem Variis rationibus circumscribentis consilia. Conf. THVANVS *lib.* VI. *pag.* 301. *lib.* IIX. *pag.* 368. 369. 370. 379. 380. *lib.* IX. *pag.* 444 - 455

Bellum cum Cæsare.

An. clↃ IↃ LII.

modo maturescentibus, qua potuit maxima celeritate contra Cæsarem duxit, & summa fortuna vsus in Tirolensem vsque comitatum inuasit. Ab altera parte Henricus rex in Germaniæ fines ex pacto transgressus Mediomatricos vrbem, Tullum, & Verdunum, expugnauerat. (*i*) Cæsar adeoque, cum bina bella gerenda essent, maluit pacisci

Gallicum bellum.

BELCARIVS *lib. XXV. pag.* 823. *sequ.* P. HEVTERVS *lib.* XIII. *cap.* XI. XIII. HARÆVS *pag.* 662. 663. 664. CHYTRÆVS *lib.* XVII. *p.* 443. *sequ.* CAMERARIVS *ad ann.* clↃ IↃ LII. Formula fœderis Gallicani in *Recueil. T.* II. *pag.* 258.

(i) SLEIDANVS *lib.* XXIII. *pag.* 627. 628. 631. *lib.* XXIV. *pag.* 634. *vsque* 651. THVANVS *lib.* IX. *pag.* 455 - 460. *ib. X. pag.* 461. *vsque* 487. BELCARIVS *lib. XXV. pag.* 825. *sequ.* P. HEVTERVS *lib.* XIII. *cap.* XIII. XIV. XV. HARÆVS *pag.* 664. 665. CHYTRÆVS *lib.* XVII. *pag.* 458. *sequ.* CAMERARIVS *loc. c.* Acta publica exhibet HORTLEDERVS *T.* II. *l. V. cap.* IV. *sequ.* GOLDASTVS *R-Handl. pag.* 187. *R-Handl. P.* XXVI. *pag.* 1060. SCHARDIVS *T.* II. *pag.* 543. *ex Sleidano.*

cisci cum Mauritio, quam in ancipiti causa diu periclitari. Versis proinde contra Gallos armis, interuentu Ferdinandi regis cum Mauritio Passauii rediit in gratiam, & plenam pacem atque securitatem Protestantibus, libertatemque principibus captiuis, dedit. (*k*) *Passauiensis transactio.*

XXXI. Dum Gallicum bellum a Cæsare varia fortuna in Lotharingiæ finibus, & in Belgio, administratur; (*l*) in Germania *Albertus*, *Alberti Brandenburgici infestum bellum.*

(k) SLEIDANVS *lib.* XXIV. *p.* 651-661. THVANVS *lib. X. pag.* 487. 488. 489. P. HEVTERVS *lib.* XIII. *cap. XV.* BELCARIVS *lib.* XXVI. *pag.* 832 *sequ.* HARÆVS *pag.* 666. CHYTRÆVS *lib.* XVII. *pag* 458. 461. FABRICIVS *lib.* IX. *pag.* 106. Formula Passauiensis fœderis apud HORTLEDERVM *Tom.* II. *lib. V. cap.* XIII. XIV. GOLDASTVM *R-Satz. P.* II. *pag* 257 *Stat. & Rescr. pag* 175. *Constit T.* I *p.* 566. *in Recueil. T.* II. *p.* 261. *& in Corpore Recessuum.*

(l) SLEIDANVS *lib.* XXIV. XXV. XXVI. THVANVS *Hist. lib.* IIX. *pag.* 394. *sequ. lib.* IX. *pag.* 452. *seq. lib. X. pag.* 460. *sequ.* HEVTERVS *lib.* XIII. *cap. XV. seq. l. XIV.* HARÆVS *p.* 667. *seq.*

tus, Brandenburgicus, repudiatis Paſſauienſis pacis conditionibus, infeſta vbique arma ſolus oſtentat. Poſtquam, quam eſſet lata, Germaniam vltra Rhenum vſque depopulatus eſſet, primum Gallis fidem addixit ſuam, mox, vbi ſatis non ipſi cum Gallis conueniſſet, profligato Gallorum exercitu ad Cæſarem Mediomatricos obſidentem ſe contulit, & dummodo fidem ſeruet, facile veniam factorum impetrauit. (*m*) Obſidione male cedente,

An. ϹIϽ.IϽ. LIII. (*n*) dubium an iubente volenteque,

BELCARIVS *lib.* XXVI. XXVII. CHYTRÆVS *l. cit.*

(m) SLEIDANVS *lib.* XXIV. *p.* 660.-666. THVANVS *lib.* XI. *pag.* 513-524. P. HEVTERVS *lib* XIII. *cap. XV.* XVI. BELCARIVS *lib.* XXVI. *p* 841. HARÆVS *pag.* 667 668. CAMERARIVS *ad ann.* ϹIϽIϽLII.

(n) SLEIDANVS *lib.* XXIV. *pag.* 666. 667. THVANVS *lib.* XI. *p* 525-533. HEVTERVS *lib.* XIII. *cap.* XVI. XVII. HARÆVS *pag.* 668. CHYTRÆVS *lib.* XVII. *pag* 458 *ſequ.* BELCARIVS *lib.* XXVI. *p.* 840. *ſequ.* Narratio plenior de Metenſi obſidione apud HORTLEDERVM *T.* II. *lib.* V. *cap.* XV.

que, vtrum inſcio & inuito Cæſare? in Germaniam rediit & diris exactionibus omnes regiones, maxime Epiſcopatus, vexauit. Tum publice ſancitum fœdus, quo furori eius obuiam iretur: & contra proſcriptum *Albertum* militiæ dux *Mauritius* Elector publice renunciatus. Ventum inde ad atrox prœlium, quod Siuershuſæ in Luneburgico agro commiſſum eſt. Vicit Mauritius; at fatali ictu traiectus biduo poſt obiit. Albertus denuo paulo poſtea ab *Henrico* Brunsuicenſi profligatus, ægre ſe fuga in Franconiam proripuit. Cum repetitis autem vicibus proſcriberetur, tandem exſul rerumque omnium inops in Gallias profugit, & quadriennio poſt miſeris fatis ſuis functus eſt. (o)

Siuershuſanum proelium.

Alberti fata.

(o) SLEIDANVS *lib.* XXIV. XXV. *pag.* 667-678. 682. 684. 685. 686 690. 691. 692. 693. 694. 697 698. THVANVS *lib.* XI. *p.* 533. 538-549. *lib.* XIII. *pag.* 612-615. *lib* XIX. *p.* 862. HEVTERVS *lib.* XIII. *cap.* XVII. *ſequ. lib.* XV. *c.* I. BELCARIVS *lib.* XXVI. *p.* 835. *ſequ.* HARÆVS *p.* 670. 671. 672. 673. 674.

Transacta lites inter Augustum & Johannem Fridericum.

XXXII. Saxonicum electoratum Mauritio mortuo *Johannes Fridericus* sibi reddi postulauit. Recusante vero *Augusto*, Mauritii fratre, Danorum rege conciliante, pactaque Cæsare probante, demum conuenit: vti elector sit Augustus, teneatque prouinciam; nomen electoris simul gerat Johannes Fridericus, &, dum prolem nullam Augustus relinquat, cum liberis succedat in locum eius. (*p*) Cæsar in Bel-

An. cIↄ Iↄ LIV.

CHYTRÆVS *lib.* XIIX. *p.* 466. *l.* XIX. *p.* 496. FABRICIVS *Orig. Sax. l.* IIX. *p.* IX. CAMERARIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LIII. *& in oratione in Mauritii funere habita.* SIMON STENIVS *in Vita Mauritii p.* 457. 458. TH. WINTZER *in hist. pugnæ infelicis inter Mauritium & Albertum apud* SCHARDIVM *T.* II. *p.* 560. *sequ.* Scripta alia publica exhibet HORTLEDERVS *T.* II. *lib.VI.*

(p) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 688. 689. THVANVS *lib.* XIII. *p.* 611. 612. BELCARIVS *lib. XXVI. p.* 846. CHYTRÆVS *lib.* XIIX. *p.* 477. FABRICIVS *l. cit.* HORTLEDERVS *lib.* III. *cap.* LXXXVIII.

Belgio porro agens filio *Philippo* imperii nomine tradit Insubriam, (*q*) &, quod promiserat in Passauiensibus pactis, comitia Augustæ in religionis caussa habenda indicit. Hæc sequenti demum anno Ferdinando rege præsente habita. Plene ibi & *profana & religiosa pax* confirmata. Protestantes immunes esse iussi a Papalis iugi metu: cetera iisdem iuribus, quibus Pontificii, donati. Solum *Ecclesiasticum*, quod adpellatur, *Reseruatum* pacis formulæ insertum minus placuit Protestantibus: vt faciles tamen essent, dum votorum reliquorum essent plene facti compotes. (*r*)

Augustana comitia.

An. cIↃ IↃ. LV.

Pax religiosa.

(q) SLEIDANVS *l. XXV. p.* 698.

(r) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 691. 700. *ad fin. lib.* XXVI. THVANVS *lib* XIII. *p.* 612. *lib.* XVI. *pag* 761. 762, 764. 765. 766. HEVTERVS *lib.* XIII. *cap.* XXII. BELCARIVS *lib* XXVI. *p* 868. CHYTRÆVS *lib* XIIX. *pag.* 480. 481. FABRICIVS *lib.* IX *pag.* 113. Acta publica exhibet GOLDASTVS *R-Satz. P.* I. *pag.* 283. *sequ.*

Carolus se abdicat regnis,

XXXIII. Hæc inter pertædere cœpit Carolum Cæſarem difficillimi imperii: vnde in Belgio, induciis cum Gallis pactis, primum Belgicas prouincias, mox Hiſpaniarum & Indiarum regna Philippo filio plene tradit, (*s*) & miſſis ad Ferdinandum

(s) Induciæ Gallicanæ. SLEIDANVS *lib.* XXVI. THVANVS *lib.* XVII. *p.* 778. 779. huc enim iſte vsque belli poſtremi hiſtoriam, a libro IIX. orſus, perſequutus eſt. HEVTERVS *lib.* XIV. *cap.* IV. BELCARIVS *lib.* XXVII. *p.* 879. HARÆVS *pag.* 684. *Tabulæ induciarum in Recueil. T.* II. *pag.* 272. Cæſar ſe regnis & ditionibus omnibus abdicat. SLEIDANVS *l. c.* THVANVS *lib. XVI. pag.* 767. 768. 769. 770. *lib.* XVII. *pag.* 778. HEVTERVS *lib.* XIV. *cap.* I. II. BELCARIVS *lib.* XXVII. *pag.* 878. HARÆVS *pag.* 681. 682. 684. CHYTRÆVS *lib.* XIIX. *pag.* 481. CAMERARIVS *ad ann.* cIɔ Iɔ LV. NATALIS COMES *lib.* IX. *pag.* 197. 198. ZENOCARVS *in Vita Car. V. lib. V.* GVILH. PARADINVS *de motibus Galliæ. pag.* 9. 10. VIPERANVS *in Orat. funebri p.* 526. WILH. GODELEVÆVS *de abdicatione imperii & regnorum a Carolo V. facta, apud Schardium T.* II. *pag.* 638. *ſequ.* Diploma ceſſionis exhibet GOLDASTVS *Conſt. T.* I. *pag.* 575. *Stat. & Reſcr. p.* 199.

dum fratrem & Camerale iudicium legatis ipſo imperio ſe abdicat. *& imperio.* Legatio ad electores ſolennis decreta ſero nimis aduenit in Germaniam: vnde binis adhuc annis abſentis quaſi Cæſaris nomine omnia in Germania ſunt transacta. (*t*) Cæſar priuatam ſortem, memorabili conſtantiæ magnanimitatisque exemplo, amplexus nauigauit in Hiſpaniam, & in S. Juſti monaſterio dudum delecto reliquum vitæ piiſſime exegit. (*v*)

An. cIↄ Iↄ LVI. *Priuatus agit.*

XXXIV.

(t) THVANVS *lib.* XVI. *pag.* 770. *lib.* XVII. *pag.* 819. HEVTERVS *lib.* XIV. *cap.* VI. CHYTRÆVS *lib.* XVIII. *p.* 481. 485. PARADINVS, VIPERANVS, *l. c.* GODELEVÆVS *l. c. pag.* 647. HARÆVS *pag.* 687. 688. Litteræ ad Cameram & principes exhibentur a GOLDASTO *St. & Reſcr. pag.* 200. 201. *Conſt. T. I. p.* 576.

(v) THVANVS *lib. XVII. pag.* 819. 820. HEVTERVS *lib. XIV. cap. VI.* GODELEVÆVS *l. c. pag.* 647. ZENOCARVS *l. c.* CAMERARIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LVI. BELCARIVS *lib.* XXVII. *pag.* 891. HARÆVS *pag.* 688. 689. SANDOVAL *in hiſtoria vitæ, quam Carolus V. in monaſterio S. Iuſti transegit. pag.* 300. *ſequ.*

Comitia per biennium eius nomine celebrata.

XXXIV. Celebrati interea bini ſolennes Ratisbonæ & Spiræ imperii conuentus. In prioribus comitiis vtrique paci nuper ſancte confirmatæ rurſus proſpectum. In Turcicum bellum octo Romani, quos adpellant, Menſes deſtinati. Porro in religionis cauſa nouum colloquium Wormatiæ habendum decretum eſt. (*x*) Sed antequam iſtud haberetur, aſtutia Pontificiorum, inter ipſos Proteſtantes Theologos lites ſerentium, ruptum eſt. (*y*) Spiræ, præter quod Cameralis iudicii reformatio quædam inſtitueretur,

An. cIↃ IↃ LVII.

(x) SLEIDANVS *lib. XXVI. fin.* THVANVS *lib. XVII. pag.* 813. CAMERARIVS *ad ann.* cIↃ IↃ LVI. CHYTRÆVS *Sax. lib. XIX. pag.* 495. 496. Reſcriptum Ferdinandi exhibet GOLDASTVS *R-Satz. P. I. pag.* 289. *& Rec. in Corpore pag.* 653.

(y) CHYTRÆVS *pag.* 496. CAMERARIVS *ad ann.* cIↃ IↃ LVII. THVANVS *lib. XIX. pag.* 864. 865 Acta publica apud GOLDASTVM *Pol. R-Hand. P. XIIX. pag.* 740.

tur, nihil valde actum eſt. (z) Cum demum Francofurti electores, ſecundo anno ab abdicatione imperii a Carolo facta, ſolennem agerent conuentum; aduenit ſplendidiſſima legatio, quæ Caroli nomine cauſis abdicationis renunciaret imperio, iſtudque ſoli *Ferdinando* deferri peteret. Aegre electores conſenſere cum legatis. Verum probata denique Cæſaris petitione ex rege modo imperator eſſe Ferdinandus cœpit. (*a*)

An. cIↄ Iↄ LVIII.

Solennis poſiti imperii renunciatio.

XXXV. Septem circiter menſibus præceſſerat ſolennis poſiti imperii renunciatio glorioſiſſimum Caroli

Extrema vita & obitus Caroli.

(z) *Rec.* SPIRENSIS *in Corpore pag.* 667. & latino ſermone apud GOLDASTVM *T. II. Conſt. Imp. pag.* 366.

(a) THVANVS *lib. XVII. pag.* 819. *lib. XXI. pag.* 949. 950. GODELEVÆVS *de abdic. Car. pag.* 650. *ſequ.* HEVTERVS *lib. XIV. cap. VI.* CAMERARIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LVIII. ZENOCARVS *lib. V. de eius vita.* CHYTRÆVS *lib. XIIX. pag.* 481. Acta Francofurtenſia collegit GOLDASTVS *Pol. R. Hand. P. V. pag.* 181. *ſeq. P. XXIII. pag.* 950.

Caroli obitum. Is, dum ruptis induciis Hiſpani Gallique ſæuum rurſus in Belgio bellum exercerent, (*b*) priuatim in monaſterio ſolis vacauerat pietatis exercitiis. Tandem ex continua febri fractis viribus mirifica mentis conſtantia DEO animam, glorioſiſſima vndique vita defunctam, reddidit. Vixit LVIII. annos, VI. menſes: regnauit XL. imperauit XXXVI. annos. (*c*) Ex *ISABELLA*, *Emanuelis*, Portugalliæ regis, filia, PHILIPPVM, filium & regnorum hæredem; MARIAM, *Maximiliano* II. Auſtriaco, & JO-

Familia eius.

(b) Nouum Hiſpanorum cum Gallis adminiſtratum bellum nihil pertinuit ad Germaniam noſtram. Late illud deſcripſit THVANVS *a libro XVII. ſequ.*

(c) THVANVS *lib. XXI. pag.* 944. 945. 946. 947. CHYTRÆVS *lib. XIX. p.* 501. 512. CAMERARIVS *ad ann.* cIↄ. Iↄ LVIII. ZENOCARVS *de eius vita in fin.* SANDOVAL *l. c. p.* 325. P. HEVTERVS *lib. XIV. cap. VI.* JVLIVS PFLVGKIVS *&* JOH. ANT. VIPERANVS *in Orat. fun.* HARÆVS *p.* 689.

JOHANNAM, *Johanni III.* Lusitaniæ regi, nuptas filias, genuit. Ex vagis amoribus procreati *JOHANNES AB AVSTRIA* & *MARGARETHA.* Ille incerta matre natus variis ante fatis conflictatus Belgium gubernauit, ibique obiit. Margaretha bis vidua item rexit Belgium, & priuata demum in Hispania mortua est. (*d*)

CAPVT III.

RES FERDINANDI I. AVSTRIACI.

I.

Quod dudum FERDINANDVS, Caroli frater, Romanorum rex electus esset, non isto se abdicante potestate nouum est initum interregnum, verum continuo proprio nomine ab illo administrari cœptum imperium. Electores Francofurti so- *Ferdinandus capessit imperium.*

(d) THVANVS *lib. XXI. pag.* 947. HARÆVS *pag.* 564. 570.

ſolenniter nouam dignitatem gratulati, certas conditiones propoſuerunt, quas iuraret Ferdinandus. Eas quidem ægre admiſit, nec omnino iurauit; at dedit vero electoribus litteras, quibus nihil ſe contra iura electorum & principum imperiique ſalutem admiſſurum ſancte polliceretur. Fecere etiam multa merita, quibus ſapienter huc vsque adminiſtratis rebus omnibus Germaniam ſibi deuinxerat, vt facile acquieſcerent in hiſce promiſſis electores. (*e*)

Priuatæ eius res. II. Erat præterea Ferdinandus tam gratioſo ingenio, vt nihil prorſus ab eo mali reipublicæ metueretur. Princeps pius, prudens, conſtans, fortis, benignus, moderatus, pacis, quietis, patriæque ſalutis, amantiſſimus, vix vnquam ſiue ambitione, ſiue duritate, in ordinum offen-

(e) THVANVS *lib. XXI. pag.* 949. 950, Auctores alii laudati paulo ante litt. a. Litteras Ferdinandi ad Electores exhibet GOLDASTVS *Pol. R-Hand. P. V. pag.* 162.

offenſam incurrerat. Natus erat Compluti in Hiſpania, & apud Hiſpanos educatus, non in horum modo, verum, & aui Ferdinandi tanta iuuenis fuerat gratia, vt, quam placidum magis, ac vehemens, principum ingenium amari ſolet, ſi licuiſſet per leges, omnes hunc ac *Carolum* fratrem, regem legere maluiſſent. Vt abeſſet proinde ab Hiſpania, mox miſſus in Germaniam ad Maximilianum auum; qui eius fauore non alienus fuit a conſiliis imperium ipſi procurandi. (*f*) Ducta *ANNA*, *Ludouici*, Boiohœmi & Hungariæ regis, ſorore, ſpem ampliſſimorum regnorum, & paucis poſt annis, illo in proelio ad Mohaczium cæſo, ipſa regna feliciter accepit. (*g*) Boiohœmum quidem

Ii quie-

(f) CHYTRÆVS *lib. V. pag.* 131. *lib. XXI. pag.* 545. *ex oratione* SIG. A SARAW *de Ferdinando.* P. HEVTERVS *lib. VI. cap. IV.* THVANVS *lib. XXXVI. pag.* 323.

(g) P. HEVTERVS *lib. IIX. cap. XI.* Conf. *ſupra hoc libro cap. II. n. IX. litt. m. & o.*

quiete satis regnauit. Ob Hungariam semel atque iterum grauissima bella cum *Johanne de Zapolia*, Transiluaniæ principe, & cum Turcis, administrauit. (*h*) A Carolo Austriacas ditiones, quæ in Germania sunt, impetrauit; & eo persuadente ab electoribus Romanorum Rex electus est: (*i*) quo munere quam optime esse defunctum, Germaniæque saluti præclare prospexisse, hactenus satis visum.

Lites cum Papa. An. cIↄ Iↄ LVIII.

III. Postquam Francofurti imperator est renunciatus, Romam misit ad *Paulum*, Pontificem Maximum, susceptumque a se imperium ipsi declarauit. Superbe atque satis insulse imperii iura impugnantem strenue redarguit, & reuocato legato, quo minus Pontificia confir-

(h) Vid. *hoc libro cap. II. n. IX. litt. o & ibi laudati auctores.*

(i) P. HEVTERVS *lib. IIX. cap.* XI. SIGISM. A SARAW *in Oratione de Ferdinando apud* CHYTRÆVM *lib.* XXI. *pag.* 546. De electione *FERDINANDI* regis vid. *hoc libro cap. II. num.* XIII. *litt. z.*

firmatione imperatori opus esse censeretur, solenniter intercessit. (*k*) In Germania primum omnium illustrem litem, quæ de proscripti Brandenburgici *Alberti* ditionibus inter eos erat, qui eas occupauerant, & cum *Georgio Friderico*, qui istas agnationis iure postulabat, iudicauit. Redditæ huic publicæ pacis tenendæ causa non regiones modo omnes, sed & impensæ, quæ in castellorum instaurationem visæ sunt necessariæ. (*l*)

IV. In Augustanis comitiis maxima principum celebritate Carolo imperatori nuper mortuo exsequiæ factæ. Consultatum sedulo de Tridentina synodo, quam nec probauit admodum Ferdinandus, nedum eius *Augustana comitia.* An. clↃ IↃ LIX.

(k) WILH. GODELEVÆVS *pag.* 652. THVANVS *lib.* XXI. *pag.* 950. 951. 952. CHYTRÆVS *lib.* XIX. *pag.* 499. P. SARPIVS *hist. Conc. Trid. lib.* V. GEO. SIG. SELDII *consilium ratione Papalis denegationis exhibet* GOLDASTVS *Pol. R Handeln P. V. pag.* 201. 202.

(l) CHYTRÆVS *lib.* XIX *pag.* 513. THVANVS *Hist. lib.* XXI. *pag.* 952. 953.

eius auctoritatem amplecti potuerint Protestantes. Docuerunt hi, quale optent concilium, cuius fidei res suas ex animo sint commissuri. Quod in solis esse votis cum facile prospiceretur, confirmata vtraque *pax*, & quæ *Profana*, & quæ *Religiosa* dicta, & ceterum de Synodo prorsus desperatum. Porro decreta Liuonis contra Russos auxilia, & legatio ad Gallos iussa ire, vti restituantur, quæ vi nuper ex imperii clientela abstracta erant. Nec hæc vero legatio effecit, vt Galli redderent occupata: nec missa Liuonis subsidia, vnde destituti ab imperio proximo tempore Polonorum, Russorum, Suecorumque, prædecesserunt. (*m*)

V. Tum

(m) THVANVS *lib.* XXII. *pag.* 999. 1000. 1001. 1002. BELCARIVS *lib.* XXIIX. CHYTRÆVS *lib.* XX. *pag.* 518. 519. CAMERARIVS *ad ann.* cIↃ IↃ LIX. SCHARDIVS *in Epit. Rer. Gest. sub Ferdinando T.* III. *pag.* 134. *Recessus & reliqua acta in Corpore pag.* 677. 699. 694.

V. Tum obierat Romæ *Paulus* IV. & in eius locum *Pius IV.* ſucceſſerat. Continuo is Ferdinandi probauit imperium, &, magna nuper eius legatum iniuria eſſe adfectum, ingenue confeſſus eſt. Satius egiſſet Ferdinandus, ſi diſſimulata callidioris, Papæ voluntate maluiſſet eo minime ſalutato imperare. At ſuaſit tamen auita ſuperſtitio, nouum ad clementiorem Papam mittere legatum: qui ſimul, cum ſolam Papæ reuerentiam præſtare iuſſus eſſet, obſequia & obedientiam, non exiguo imperatoriæ maieſtatis diſpendio, præſtitit. (*n*) Ita, quam prioris Papæ imprudentia auctoritatis Pontificiæ fecerat iacturam, mox alterius reſarciuit calliditas & aſtutia.

Reconciliatio Papæ cum Cæſare. An. cIↄ Iↄ LX.

VI. His ita actis principes, qui Auguſtanam probant confeſſionem, frequentes Naumburgi conuenerunt,

cIↄ Iↄ LXI.

Ii 3

(n) THVANVS *lib.* XXI. *pag.* 952. GODELEVÆVS *l. c. fin. Acta publica apud* GOLDASTVM *Pol. R-Hand. P. V. pag.* 201. 202.

Naumburgensis conuentus Protestantium. runt, & iterum eius formulæ subscripserunt. Multa ibi dissidia inter principes, quos diuersæ doctorum sententiæ infecerant, visa. Auditi oratores Cæsaris atque Pontificis, qui, vti Tridentina synodus probaretur, etiam atque etiam sunt obtestati. Cum nihil vero de sua auctoritate remissurus Pontifex videretur, nihil omnino legati potuerunt. Synodus ideoque Tridenti

An. cIↃ. IↃ LXII. celebrata, vt prorsus autem Protestantes protestarentur, minime eius se placitis decretisue staturos. (*o*)

Electio Maximiliani II. VII. Francofurtum eo tempore frequens imperii senatus a Cæsare conscriptus est. Electores, quibus *MA-*

(o) Naumburgi alius An. cIↃ IↃ LV. conuentus celebratus; De quo vid. THVANVS *lib.* XVI. *pag.* 763. De nouo ob eandem causam ibidem celebrato conuentu commemorant THVANVS *lib.* XXIIX. *pag.* 29. 30. 31. 32. CHYTRÆVS *Sax. lib.* XX *pag.* 523. SCHARDIVS *l. c. pag.* 146. P. SARPIVS *Hist. Conc. Trid. lib. V. & VII. Mercurius Gallo-Belgicus* T. I. *lib.* II. *m.*

MAXIMILIANI, Ferdinandi filii, egregiæ virtutes essent exploratissimæ, concordi eum consensu elegerunt regem. (*p*) De Tridentina synodo ita actum, vt facile constaret, eam minime a Cæsare, qui iustam ecclesiæ reformationem suaserat, laudari. Sane Protestantes denuo solenniter declararunt, non hoc esse istud, quod optauerint, & ad quod prouocauerint, concilium. Tantum enim abesse visum, vt conscripti patres ab vlla veteri erratione recederent, vt potius dirissimis exsecrationibus omnes propellerentur,

Tridentina Synodus improbata.

(p) CHYTRÆVS *lib.* XX. *pag.* 538. B a BOLHEIM *apud eundem pag.* 633. THVANVS *lib.* XXXII. *pag.* 171-176. SAMBVCVS *in Orat. Jun. Maxim. pag.* 602. HARÆVS *T.* III. *pag* 16. *Mercurius* G. B. *T.* I. *lib.* II. *pag.* 214. SCHARDIVS *l. c. pag.* 154. *Acta & gesta conuentus Electoralis Francofurtani apud* SCHARDIVM *T.* III. *p.* 83-110. & GOLDASTVM *Pol. Imp. P.* I. *pag.* 141. *Protocollum electionis & varia alia apud* GOLDASTVM *Pol. R-Hand. P.* I. *pag.* 66. *R-Handl. pag.* 263. *Capitulatio præscripta apud Eundem R-Satz. P.* II. *pag.* 285.

tur, qui illam inclamare aut vllam doctrinæ piæ & salubris corruptionem testari ausi fuerint. (*q*)

Grumbachii & coniuratorum facinora. An. cIↄ Iↄ LXIII. VIII. Inter hæc publica Franconiæ pax inopinato a coniuratorum haud adeo magna manu turbata est. *Grumbachius*, eques aliquis, quod bona ipsius, cum Alberto Brandenburgico militasset, publicata essent, cædem *Zobelii*, Herbipolensis Pontificis, procurauerat. Cum ex indiciis constitisset, & porro inquiri cœpisset de auctore, nouo is scelere Herbipolin cum coniuratis adortus est, & coëgit Canonicos, vti omni renunciarent actioni, & resarcitis damnis impensisque omnibus cuncta

(q) De ipsa Tridentina synodo CHYTRÆVS *lib. XX. pag.* 538. SCHARDIVS *l. c. pag.* 169. P. SARPIVS *in huius concilii historia.* THVANVS *lib. XXIIX pag.* 27. 28. Cæsaris graue iudicium de ea synodo memorat THVANVS *lib. XXXVI. pag.* 323. Declaratio Protestantium in comitiis. THVANVS *lib. XXXII. pag.* 177. CHYTRÆVS *l. c.* Acta publica apud GOLDASTVM *Polit. Imp. P. XXVII. pag.* 1166. *R. Handl. pag.* 194. HORTLEDERVM *lib. I. cap. XXIX.*

cta publicata bona restituerent. Tantum nefas fidenter commissum a coniuratis, quod magnam in *Johannis Friderici*, Saxoniæ Ducis, implorato patrocinio spem collocarent. Quod res vero pessimi exempli essent, continuo Grumbachius & fœderati equites proscripti: & simul Wormatiæ in conuocatis Deputatorum imperii comitiis decretus miles, qui seruandæ tranquillitati prospiceret, & eius turbatores coërceret. (*r*) An. cIↃ IↃ LXIV.

(r) CHYTRÆVS *lib. XXI. pag.* 556. *sequ.* THVANVS *lib. XXI. pag.* 953 954. *lib. XXXVI. pag.* 315. 316. 317. SCHARDIVS *ad ann.* cIↃ IↃ LVIII. LXIII. *pag.* 124. 167. *sequ.* CAMERARIVS *ad ann. LVIII. Merc.* G. B. *T. I. lib. II. pag.* 241. PETRVS LOTICHIVS *&* CASP. STILBINVS *de cade Zobelii apud* SCHARDIVM *T. III. pag.* 1. 5. *sequ. Descriptio belli Gothani apud Eundem T. IV. pag.* 34. 35. Acta anteriora in Grumbachiana caussa exhibet HORTLEDER *T. II. lib. VI. cap. XXVI. XXVIII.*

Cura publicæ pacis & concordiæ religionis.

IX. Extrema hæc Wormatiæ, conuocante Moguntino electore, habita sunt comitia, & in iis publicæ paci magis consultum est. (*s*) Totus tum in eo erat Ferdinandus, vt, dum Pontifex Maximus *Communionem sub Vtraque*, qualem vocare moris est, singulari edicto permisisset, ceteras etiam lites componeret. (*t*) Parum autem his consiliis superuixit optimus imperator, ex febri & intercute aqua paulo post fatis suis Vindobonæ functus. Vixerat annos LX. menses IX. Corpus Pragam ductum, ibique humatum est. (*v*) Pater XV. liberorum ex

Ferdinandi obitus;

AN-

(s) THVANVS *lib.* XXXVI. *pag.* 319. 320. SCHARDIVS *pag.* 170. 171. *Rec. in Corpore pag.* 713.

(t) BARO A BOLHEIM *apud* CHYTRÆVM *Sax. lib.* XXIII. *pag.* 635. *sequ.* SARPIVS *lib. VI. Hist. Conc. Trid* THVANVS *lib.* XXXVI. *pag.* 323. 324. Litteras Ferdinandi ad P. M. exhibet GOLDASTVS *Const. Imp. T. II. pag.* 379. 380.

(v) THVANVS *lib.* XXXVI. *pag.* 323. 322. CHYTRÆVS *lib.* XXI. *pag.* 543 *& p.*

ANNA Bohœmica fuit. Tres filii MAXIMILIANVS, FERDINANDVS, CAROLVS, nouemque filiæ regibus principibusque potentissimis nuptæ, ipsi fuerunt superstites. (*x*) *Maximiliani Ferdinandi*que stirpes haud adeo diu floruerunt. *Caroli* progenies hodieque felicia sceptra regit. *& filii.*

CAPVT IV.

RES MAXIMILIANI II. IMPERATORIS AVSTRIACI.

I.

MAXIMILIANVS princeps prudentiæ, iustitiæ, benignitatisque, laudibus summis clarissimus, in mori- *Maximiliani prima res.*

633. vbi BOLHEIMI *oratio* exhibetur. HARÆVS *T. III. pag.* 31. SCHARDIVS *pag.* 172. ISTHVANSIVS *Hung. rer. lib.* XXII. *pag.* 459.

(x) THVANVS *l. c. pag.* 324. CHYTRÆVS *lib. XVI. pag.* 417. SCHARDIVS *pag.* 172.

morientis parentis locum ſtatim ſucceſſit, & de ſe diu conceptam Germaniæ ſpem non modo impleuit, ſed omnino ſupergreſſus eſt. (*y*) Erat in Hiſpaniis puer verſatus, atque in ſumma *Caroli* Cæſaris gratia. Inde adultior duxit *MARIAM*, Caroli filiam, & pro ſocero gubernauit Hiſpaniam. In Germaniam redux paci ſtuduit, quam qui maxime: quo quidem nomine, & quod maxime obſtaret, quo minus Ferdinandus pater imperio Carolo fratri roganti cederet, in magnum Hiſpanorum incurriſſe odium, & vix venena propinata incolumis euaſiſſe, fertur. (z) Ante Pragæ, & paulo poſt Poſonii,

(y) BARO DE BOLHEIM *apud* CHYTRÆVM *lib. XXIII. pag.* 631. *ſequ.* SAMBVCVS *Or. cit. in Append. Hung. rerum* BONFINII *pag* 600. THVANVS *lib.* XXXVI. *pag.* 324. *lib. LXII. pag.* 180.

(z) BOLHEIM *pag.* 631. 632. SLEIDANVS *lib.* XXII. *pag.* 583. 584. THVANVS *lib. V. pag.* 239. *lib. VI. pag.* 311. *lib. IIX. pag* 363. *lib. XVI. pag.* 770. HARÆVS *pag.* 651.

nii, regiis diadematibus est insignitus, quam esset Francofurti rex electus & coronatus. (*a*)

II. Postquam ad imperium accessit, licet postulasset Papa, vt per legatos præstaret obedientiam, de ea tamen rogatione recusans, solum fauorem & reuerentiam Papæ testari legatum iussit. (*b*) In Germania passim feruebant inter principes dissidia. In Pannoniis graue Turcicum incumbebat bellum. Quæ vtraque negotia transacturus, Wormatiæ in comitiis, iam ante parentis obitum indictis, multam operam nauauit. Verum, vt auxilia contra Turcos decernerentur, & de imperii

Papalis confirmatio prorsus recusatur.

An. cIↄ Iↄ LXIV.

Wormatiensis curia.

(a) Bohœmica inauguratio præcessit Francofurtanam, quam paulo deinde excepit Posoniensis. CHYTRÆVS *lib.* XX. *pag.* 538. ISTHVANSIVS *lib.* XXI. *pag.* 421. SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXII. LXIII. Vid. auctores paulo supra laudati *cap. III. num. VII. litt. p.*

(b) SARPIVS *in hist. Conc. Trident. lib.* VIII. quem vero confutare nititur PALLAVICINVS *lib.* XXII. *cap. VI.*

perii matricula deliberaretur, vltra nihil actum est. (*c*)

Turcicum bellum. III. Geritur inde varia fortuna cum Turcis & Transiluaniæ principe bellum: quod vero defendere sat habuit imperator, cum nulla aut exigua ex Germania mitterentur auxilia. (*d*) Domi variis modis tentata reconciliatio concordiæ inter Pontificios & Protestantes, qui recte multis odiis commissi erant. Quam prudenter vero & sedulo rem tractaret Maximilianus, infesta tamen Germaniæ fuerunt Papæ synodi Tridentinæ placita defensuri & obtrusuri consilia. (*e*) In ceteris, quæ ad turbas spectarunt, caussis ita egit im-

Cura pacis & concordia.

An. cIↃ IↃ LXV.

(c) Vid. paulo supra *cap.* III. *num.* IX. *litt. s.*

(d) ISTHVANSIVS *lib* XXI. XXII. THVANVS *lib.* XXXVII. *pag.* 381. *sequ.* SCHARDIVS *de rebus gestis sub Maximiliano ad ann.* cIↃ IↃ LXV. *pag.* 41. *sequ.*

(e) THVANVS *lib.* XXXVI. *pag* 350. 351. 352. *lib.* XXXVII. *pag.* 385. *lib.* LXII. *pag.* 180. ISTHVANSIVS *lib.* XXII. *pag.* 451.

imperator, vt nihil ac pacem æque malle videretur. *Johannem Fridericum*, Saxoniæ Ducem, qui proſcriptos Grumbachium & coniuratos in fidem acceperat, valde ab improbis his ſtudiis dehortatus eſt, fecitque, vt alii etiam principes inconſultum principem officii periculique monerent. (*f*) Contra Roſtochienſes ciues tumultuantes tulit ſententiam, eiusque exſequutionem *Johanni Alberto*, Megapolitano duci, mandauit. Qui, cum transgresſus mandatum, grauius in ciues ſtatuiſſet, ipſe non in leuem Cæſaris & imperii indignationem incurrit. (*g*)

Gothani motus.

Roſtochienſes turbæ.

IV. Auguſtæ in ſolenni imperii procerum conuentu rurſus promiſſa maiora, quam vnquam antea, contra

Auguſtana comitia.

An. cIↃ IↃ LXVI.

(f) *Hiſtoria Gothani belli pag.* 36. 37. THVANVS *lib.* XLI. *p.* 546. 547. SCHARDIVS *pag.* 49. 50. LONDORPIVS *lib. VI.*

(g) CHYTRÆVS *lib.* XXI. *Sax. pag.* 554. *ſequ.* SCHARDIVS *l. c. pag.* 43. THVANVS *lib.* XXXVIII. *pag.* 424. 425. 426. 427. 428.

tra Turcos subsidia. Stabilita & firmata pax publica. Iterum proscripti coniurati, qui aliquot annos miserum ducem Gothanum turpissimis artibus circumscripserant. Denunciata eadem proscriptionis pœna duci, nisi continuo decretis imperii paruerit, & a se dimiserit, proscriptos. Tentata variarum illustrium litium, quas præcipue Itali principes iudicio Cæsaris permiserant, compositio. Decreta cameræ & monetariæ rei, reformatio. (*b*) Ceterum, quam perpetua inter Protestantes & Pontificios odia magis atque magis accenderet Papa; tam incommode visi modo Protestantes a se ipsis dissidere, & satis imprudenter vim inuicem intentare, quam adeo nuper in religionis causis iniustam docuerant. Moderatior autem animo ipse Cæsar esse, & non leui-

Publica inter ipsos Protestantes dissidia.

(b) CHYTRÆVS *lib.* XXI. *p.* 561. 562. BOLHEIM *in Orat. ibid. pag.* 637. SCHARDIVS *pag.* 48. 49. THVANVS *lib.* XXXIX. *pag.* 441-445. 449. *Merc. G. B. T. I. lib. III. pag.* 304. *sequ.*

leuiter increpare eos, qui *FRIDERICVM*, Palatinum Electorem, exuendum censuerant dignitate, quod Caluini magis quam Lutheri doctrinam probasset. (*i*)

V. Ab illo conuentu fortiora arma Turcis opposita, & adiutus a Germanis Cæsar proximo anno illos coëgit, vt in octo annos inducias sancirent. (*k*) In Germania sumtum ab *Augusto*, Saxone Electore, Gothanum bellum. Quippe, detrectante duce sua officia, mandatum erat illi & *Johanni Guilielmo*, Vinariensi Duci, vt contra Gothanum Ducem, modo cum sociis consiliorum proscriptum, ducerent. Gotha ad mensem quartum obsessa

Turcicæ induciæ.

An. cIↄ Iↄ LXVII.

Gothanum bellum.

Kk dedi-

(i) THVANVS *lib.* XXXIX. *pag.* 446. SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXVI. *pag.* 48. 49.

(k) ISTHVANSIVS *lib.* XXII. XXIII. XXIV. THVANVS *lib.* XXXIX. *pag.* 448. *sequ. lib. XLI. pag.* 555. *sequ. lib. XLIV. pag.* 675. SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ IↄLXVI. LXVII. CHYTRÆVS *pag.* 561. *sequ.* LONDORPIVS *lib. VI.* BELCARIVS *lib.* XXX.

deditione capta est. Dirissimis suppliciis adfecti coniurati. Dux ipse Viennam ductus, & inde Neostadii perpetuæ custodiæ datus. Gothani ciues & reliqua parentium turba ita iurare in fratrem ducis & electorem iussa, vt prorsus vltra nulla filiorum Johannis Friderici ratio haberi debeat. At pietate in miserum fratrem motus frater restituit tandem ditiones nepotibus, quos noluit parentis culpa iniquiori fortuna semper conflictari. (*l*)

Varia imperii negotia transacta.

VI. Post paulo quam Gotha expugnata est, Erfurti Circulorum generalis conuentus habetur. Actum de impensis, quæ in bellum ab Augusto factæ sint, a Johanne Guilielmo restituendis. Actum porro de ceteris, qui fuga se proripuerant, con-

(l) THVANVS *lib. XLI. pag.* 546-555. CHYTRÆVS *lib. XXI. pag.* 568. FABRICIVS *lib IIX. Orig pag.* 53 *sequ.* SCHARDIVS *de rebus gestis sub Maxim. pag.* 58. *sequ. Mercurius* G. B. *T. I. lib.* III. *pag.* 400. LONDORPIVS *lib. VII. Historia belli Gothani p.* 37. *sequ.*

coniuratis peruestigandis. (*m*) Ratisbonæ eodem circiter tempore frequens imperii senatus erat. Nondum firmatis induciis Turcicis noua decreta Cæsari subsidia. (*n*) Qua occasione, cum multa pecunia Austriacis imperaretur, commode illi vsi libertatem religionis petierunt a Cæsare, &, quam ille erat moderatissimo animo, impetrarunt. (*o*) In Gothana causa arx Grimmenstein iussa destrui atque dirui; nuperæque adeo rebellionis memoria prorsus aboleri. (*p*)

An. cIↄ Iↄ LXVIII.

(m) SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXVII. *pag.* 63. GVDENVS *Hist. Erfurt. lib. III. pag.* 235. *Rec. in Corpore pag.* 768. Vid. etiam THVANVS *lib.* XLI. *pag.* 555.

(n) SCHARDIVS *l. c.* THVANVS *l. c.* *Rec. Ratisbon. in Corpore pag.* 753.

(o) THVANVS *lib. XLIV. pag.* 675. CHYTRÆVS *lib. XXII. pag.* 579. *&* B. A BOLHEIM *in Orat. pag.* 636. SCHARDIVS *pag.* 99.

(p) SCHARDIVS *pag.* 63.

Ausus Papæ a Cæsare strenue compressi.

VII. In Italia eo tempore duces Florentinus atque Ferrarienſis magna lite de præcipua dignitate contenderunt. Cauſam iudicio Cæſaris alter permiſit. Dum eam trahit vero Cæſar, auſus Pontifex dirimere litem, & Florentino *Magni Ducis* dignitatem largiri. Rem iniquiſſime tulit Cæſar, & cum auſus Papæ ſeuere redarguit, tum edixit; nequis nouum Florentini titulum probaret. Nec itaque Hetruriæ princeps optatis honoribus perfruitus eſt, donec quintum poſt annum in Ratisbonenſibus comitiis Cæſarem placaret, denuoque ab eo Magni Ducis dignitate ornaretur. (q)

An. cIɔ Iɔ LXIX.

Ciuilia ad Rhenum arma.

VIII. In Germania poſt Gothanas turbas compreſſas in regionibus prope Rhenum ſemel atque iterum pax turbatur. *JACOBVS*, Treuirenſis Pontifex, Auguſtam Treuirorum

(q) SCHARDIVS *ad ann.* cIɔ Iɔ LXIX. *pag.* 130. *ad ann. LXX. pag.* 136. THVANVS *Hiſt. lib.* XLIV. *pag.* 676. 677. *lib.* XLVI. *pag.* 782. *ſequ. lib. LIV. p.* 1153. *lib. LX. pag.* 109.

rorum, ſuperbius ſe gerentem, cinxit obſidione, & ad officia reduxit. (*r*) *Wolfgangi*, Palatini Comitis, copiæ Spirenſem & vicinos agros; & Alſatiam Arauſionenſis principis ex Galliis reduces milites, male adflixerant. Iſtos motus ſedaturi Deputati imperii Francofurti conuenerunt. Qui conuentus cum parum reſtituendæ ſuffeciſſet paci, (*s*) comitia Spiræ habita, & multa ibi publica negotia transacta. Decreta celeria auxilia, ſi quando in quadam regione pax in poſterum exuatur. Juſſi Germani milites priſca viuere diſciplina, & peregrinam mittere militiam. Juſſum Camerale iudicium iuſtitiæ alacrius inuigilare. Decreta auulſarum Germaniæ pro-

Conuentus Deputatorum imperii.

An. cIↄ Iↄ LXX.

(r) SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXVIII. *pag.* 89. 98. LONDORPIVS *lib. IIX.* THVANVS *lib.* XLIII. *pag.* 653. 654. BROWERVS *Ann. Treu. lib.* XXII. *pag.* 402.

(s) SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXIX. *pag.* 123. 125. *adde pag.* 98. *Rec. in Corpore pag.* 780.

uinciarum recuperatio, & publicorum onerum iuſtior diſtributio. Multæ aliæ politicæ leges ibi latæ. (*t*)

An. cIↄIↄ LXXI. *Francofurtanus conuentus.*

IX. Pars cauſarum, quæ Spiræ tractatæ erant, nouo anno Francofurti, dum ablegati ab imperio conuenerunt, retractatæ ſunt. (*v*) Nihil inde turbarum Germania pacifico Cæſare imperante vltra vidit.

Jura imperii contra Papam adſerta. cIↄIↄ LXXII.

Quod auſus vero eſſet Papa in Florentina cauſa imperii iura violare, non modo ſeuere, ita vt diximus, & iam porro eum Cæſar repreſſit, ſed legatum omnino Roma reuocauit, vt indignationem publice teſtaretur.

(t) SCHARDIVS *pag.* 140. 141. 146. 148. CHYTRÆVS *lib.* XXII. *Sax. pag.* 598. 599. THVANVS *lib.* XLVII. *p.* 802-805. *Mercurius* GALLO-BELG. *T. II. lib I. pag.* 38. Alia negotia publica in Belgica, Pannonica, Hamburgenſi, cauſa in comitiis pertractata præter auctores laudatos deſcribunt METERANVS *lib. III. pag.* 861. ISTHVANSIVS *lib. XXIV. pag.* 517. LONDORPIVS *lib.* X. *Receſſus* SPIRENSIS *in Corpore pag.* 790.

(v) vid. *Receſſus* FRANCOFVRTANVS *in Corpore pag.* 836.

tur. (x) Ceterum dum in Belgio atque Galliis *Philippus*, *Carolus*que, reges, Cæſaris generi, ſæuiſſimis armis & ſuppliciis aduerſæ Pontificiis doctrinæ ſocios perſequerentur: tantum abfuit, vt eorum Cæſar probaret conſilia, vt potius admodum iis ſuccenſeret, & præſertim maxime barbaram illam, quæ Pariſiis tum inſtituta fuerat, lanienam deteſtaretur. (y) *Moderatus Maximiliani animus.*

X. Anno ante quam Maximilianus iam diu æger abiret, facile impetrauit ab Electoribus Ratisbonam ad comitia euocatis, vt filium *RVDOLPHVM*, nuper Boiohœmi & Hun- An. cIↄ Iↄ LXXV. *Ratisbonensis Rudolphi electio.*

(x) vid. auctores laudati ſupra *hoc capite num. VII. litt. q. & præſertim* SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXXII. *pag.* 177.

(y) THVANVS *lib* XLIII. *pag.* 644 645. *lib.* LXXIX. *pag.* 904. litteræ Cæſaris apud GOLDASTVM *R-Satz. P. II. pag.* 324. *Conſt. Imp T II. pag.* 385. *Stat. & Reſcr. pag.* 208. De laniena barbara Pariſienſi vid. THVANVS *lib. LII.* NATALIS COMES *lib.* XXIII. SCHARDIVS *pag.* 185. *ſequ.* CHYTRÆVS *lib.* XXIII. *Sax. pag* 616. *ſequ.*

Hungariæ regem a patre declaratum, Romanorum regem eligerent. (z) Hisce votis potitus inopinato rex a Polonis in *Henrici*, qui ad Galliæ regnum capessendum auocatus erat, locum electus est. Obtinuisset procul dubio hoc tertium vicinum regnum, nisi corpore animoque æger subterfugisset curas atque molestias, lentisque consiliis permouisset Polonos, vti *Stephanum Batborium*, Transiluaniæ principem, a parte procerum regni regem electum omnes adprobarent. (*a*)

Poloniæ regnum Cæsari oblatum.

XI.

(z) THVANVS *lib. LIV. pag.* 1153. *lib.* LX. *pag.* 109. NATALIS COMES *Hist. lib.* XXVI. *pag.* 583. CHYTRÆVS *lib.* XXIII. *pag.* 626. LONDORPIVS *lib.* XV.

(a) THVANVS *lib. LXI. pag.* 134. *sequ. lib.* LXII. *pag.* 177. *sequ.* CHYTRÆVS *lib.* XXIII. *pag.* 626. 627. POLHEIM *in Orat. ibid pag.* 637. ISTHVANSIVS *lib.* XXV. *pag.* 538. LONDORPIVS *lib.* XV. XVI. *Mercurius* G. B. *T. II. lib. III. pag* 301. NATALIS COMES *lib.* XXVI. *pag.* 590. SAMBVCVS *in App. Bonfinii pag.* 604.

XI. Extremum ad nouum Ratisbonense comitium præsens venit Cæsar. Nuper ruptis induciis nouum in Hungariam bellum Turci intulerant. Istud defensurus cum ordinibus egit, vt opportune subsidia mitterent. Ceterum eædem caussæ hic partim retractatæ, partim transactæ, quæ Sexto anno ante Spiræ in deliberationem fuerant adductæ. (*b*) Nondum hisce finitis comitiis, quasi in sinu imperii, & inter pias ordinum manus, ibi optimus imperator de vita pie & gloriose exacta decessit; (*c*) parentis cum in reliquis tum ea maxime in caussa simillimus, quod cum numquam odisset Protestantium doctrinam, tum præcipue moribundus recusauerit de

Ratisbonensia comitia: An. cIↄ Iↄ LXXVI.

quibus immoritur Cæsar.

(b) THVANVS *lib.* LXII. *pag.* 179. 180. CHYTRÆVS *pag.* 628. 629. NATALIS COMES *lib.* XXVII. *pag.* 597. ISTHVANSIVS *pag.* 566.

(c) THVANVS *pag.* 180. CHYTRÆVS *p.* 629. POLHEIM *p.* 637. SAMBVCVS *pag.* 604. *sequ.* LONDORP. *lib.* XVI. ISTHVANSIVS *l. c.* *Mercurius* G. B. *l. c. pag.* 350.

de Pontificiis placitis, ſolique DEO animam crediderit atque commendarit. (*d*) Ex *MARIA* coniuge numeroſam ſuſcepit prolem. Filii ſuperſtites patri fuere; RVDOLPHVS, ERNESTVS, MATTHIAS, MAXIMILIANVS, ALBERTVS, WENCESLAVS, FERDINANDVS, ALBERTVS, FRIDERICVS, CAROLVS, patris fata ſuis anteuerterunt. Ex filiabus *ANNA Philippo*, *ELISABETHA Carolo*, Hiſpaniarum & Galliarum regibus, nupſerunt. (*e*)

Eius familia.

CAPVT V.

IVRA PVBLICA.

I.

Jus publicum ſcriptis legibus confirmatius.

Poſtquam ſemel *PVBLICA JVRA*, quæ quondam ſolis conſtitere moribus & conſuetudinibus, in ſcriptas

(d) THVANVS *l. c.*

(e) *Vid. ſupra hoc capite num. I. litt. n. Conf.* THVANVS *lib.* LXII. *pag.* 180. POLHEIM *pag.* 637.

ptas referri cœperunt leges; nulla non ea ætate multis nouarum ſanctionum acceſſionibus aucta, ſimulque clariora certioraque reddita ſunt. Hoc æuo, poſtquam nuper electorum principumque iura eſſent legibus definita; Cæſareæ poteſtati modus in *Capitulationibus* nunc primum præſcriptus eſt. Vt olim Francicæ leges Capitularia, ita Capitulationes adpellatæ ex capitibus, in quæ fuerunt diuiſæ. Porro præter frequentes legum formulas, quæ, quod diſcedentibus ex comitiis ordinibus conſcribuntur, *Receſſus* dici ſolent; promulgatæ *Pacis Religioſæ & Profanæ tabulæ*, quæ merito in ſanctiſſimis imperii noſtri legibus ſemper habentur, & æque Pontificiorum ac Proteſtantium veram proſperitatem & dignitatem ſtabilire & firmare aptæ ſunt. (*f*)

II. *ROMANVM IMPERIVM Italiaque regnum* præcipue modo omnium Carolus Germanis adſeruit. Tan- *Romanum imperium Germanorum proprium.*

(f) Vid hæ conſtitutiones partim *in Corpore Receſſuum* partim *apud* GOLDASTVM *l. c.*

Tanta illius in Italia rurſus erat au-ctoritas, quanta vix vllius ſuperiori tempore imperatoris. Papa, licet ſeuere ſatis aliquoties habitus, non vltra auſus more priſco vim ipſi ſacram intentare. Dum Bononiæ inauguratus Cæſar eſt, non dominum, ſed adminiſtrum, Papa egit.

Non vltra Romæ inaugurati Cæſaris.

(*g*) Vt Ferdinandus & Maximilianus æque ius in Italia ſuum ſeruarent, non vltra ſiue neceſſarium ſiue conſultum duxere coronam a Papa Romæ ſumere. Negaſſe Ferdinando imperatoriam dignitatem, maximi hodieque Romanis conſtat pontificibus. Interea abſceſſum ab errore priſco, quaſi imperatoris nomen ſolus largiretur Papa, dum Germaniæ aut Romanorum regem Romæ coronaret. Statim iam iure ſuo *Imperatores Romani* ſalutati ſunt, qui electi ab electoribus & inaugurati alicubi in Germania eſſent. Nihil cura-

(g) Vid. ſupra *cap. II. num.* XII *& paſſim alibi.* Conf. THVANVS *lib. I. p.* 61. 62. 63. 64.

curata Papæ auctoritas: qui & ipse postea quasi lubens largitus est, quod inuito eo & repugnante prudentes nostri Cæsares sibi sumserant. (*b*)

III. *FORMAM* nostri *IMPERII* patrum regularem manifestiorem reddiderunt *Capitulationes*. Est præterea Smalcaldici fœderis occasione paulo magis ius nostrum publicum excussum. Quæsitum, an liceat fœdus ferire contra Cæsarem bellum illaturum? Vt multi per varios inducti errores admodum traherent responsionem, recte alii in iura nostra publica inquirentes fœdus probarunt. Scilicet commode viderunt, sacrorum ius Territorialis Superioritatis præcipuam esse partem. Eam vindicaturis vim inferre, aut cetera turbare velle sacra iura, paris rem esse periculi iudicatum. Tale periculum quouis modo propellere, in-

Forma imperii exploratior.

Jus publicum qua occasione magis excussum?

(h) *Cap. III. & IV.* iam satis fidei facit hisce adsertionibus. vid. THVANVS *lib.* II. *pag.* 73. 74. qui egregie damna indicauit, quæ ius illud, quod sibi in inaugurandis imperatoribus Pontifex sumserit, attulerit.

iniuſtum nullo modo haberi poterat, dum diuerſus admodum eſſet ſtatus ceterorum parentium, noſtrorumque imperii ordinum, qui ſimul imperantes eſſent, nec niſi certis parerent conditionibus. (*i*)

Regia iura Capitulationibus circumſcripta.

IV. *REGIA JVRA* nunc ſcriptis circumſcripta legibus. Prohibiti imperatores promiſcua priuilegia petentibus irrogare, aut vectigalia noua condere. Prohibiti bella gerere, peregrinum alere exercitum, abalienare imperii bona, præter neceſſitatem comitia indicere, proſcribere principes, turbare ordinum iura, ius ex arbitrio dicere. Juſſi feuda imperii forte aperta conferre in commune, vt nouo imperii conſtituendo patrimonio cederent. Ita non alia integra ſibi ſeruauit imperator iura, ac quæ nocere cuipiam ne-

(i) Varia Conſilia & reſponſa cum Theologorum tum Iurisconſultorum, de iuſtitia fœderum & bellorum pro religione collegit HORTLEDERVS *T. I. lib. I.* Conf. THVANVS *lib. II. p.* 99. *lib IX. pag.* 450. 451. 452. *& alii auctores ſupra cap. II. n. XXX. laudati.*

nequirent, contra prodessent multis, regiamque maxime dignitatem ornarent. Quam quidem summa esset Carolus potentia, multa ab eo acta liberius, vt tamen non deessent suis principes iuribus, verum intercederent frequenter, quo minus iure acta omnia censerentur. (*k*)

V. Quantum ad *ELECTIONIS*, *inaugurationis*, *primæque curiæ*, pertinuit prisca solennia; quæuis non simplici vice reperimus scripta lege definita. At hoc videtur integrum fuisse imperatoribus, vt pro re nata hisce in causis secus statuerent. Coloniæ Ferdinandus electus; Ratisbonæ Rudolphus & electus & inauguratus. Carolus, licet Norribergæ prima comitia habere promiserit, Wormatiam tamen ea indixit. Nunc etiam Maximilianus & Rudolphus electi reges, licet, quod prisca voluerat consuetudo, patres ipsorum Romæ

Solennia electionis & coronationis.

(k) Vid. *Capitulationes* Cæsaribus huius ætatis propositæ *locis supra citatis*: & conf. SLEIDANVS *lib. XVII. pag.* 439. 440. THVANVS *l. c.*

Romæ non essent inaugurati. (*l*) Ceterum Carolus, quod auitis in Germania ditionibus cessisset Ferdinando fratri, antiquo more vagam in Germaniæ imperialibus vrbibus habuit aulam: vt eam vero suis sumtibus semper sustentaret. Ferdinandus & ceteri Austriaci Imperatores Vindobonæ aut in regionibus suis alibi resederunt. (*m*)

Vaga Caroli aula.

Comitiorum iura.

VI. *COMITIORUM* iura nihil mutata. Memorabile est, in comitiis hac ætate exteras causas iudicatas, & publico imperii nomine legationes ad Hispaniæ Russiæque Reges decretas esse. Religiosæ causæ in comitiis sæpe transactæ. Id vero admodum male Papam habuisse vidi-

(l) SLEIDANUS *lib. VII. pag.* 171. 172. THUANUS *lib. VII. pag.* 41. 36.

(m) P. HEUTERUS *lib IIX. cap. XI.* Augustæ, Ratisbonæ, Spiræ, &c. plerumque moratus Carolus Cæsar. SLEIDANUS *lib. XVII. pag.* 426. *lib. XIX. pag.* 499. *lib. XXIV. pag.* 663. THUANUS *lib. XXXVI. pag.* 323.

vidimus. (*n*) In *ORDINIBVS* nostri imperii habiti adhuc Lotharingiæ atque Sabaudiæ duces: licet vtriusque principis ditiones prorſus modo ex Germaniæ complexione videantur exemtæ eſſe. At Hiſpaniæ rex, qua Burgundiæ Comes & Belgicarum regionum dominus, non ipſe modo in ordinibus numerari voluit, ſed etiam magno duxit emolumento, omnes illas prouincias perpetuo iure cum Germania coniunctas permanſiſſe. Maluiſſent quidem Germani, prouidi futurorum, ſuo iuri illas terras, potentiſſimo Galliæque inimico principi ſubiectas, relinquere. Verum vicit auctoritas Caroli, & vt tutelam regionum in ſe Germania reciperet, impetrauit. (*o*) *Ordines imperii.*

(n) SLEIDANVS *lib. XX. pag.* 514. *ſequ.* THVANVS *lib. V. pag.* 232. *ſequ. lib. LXII. pag.* 179. *lib. XLIII. pag.* 644. 645. *lib LXI. pag.* 138. 139. SLEIDANVS *lib. XVI. init. pag.* 382. *ſequ.*

(o) SLEIDANVS *lib XIII. pag.* 317. *lib. XV. pag.* 376. THVANVS *lib. V. pag.* 235.

Iura principum & ciuitatum. VII. *IVRA* Germaniæ *PRINCIPVM atque ciuitatum*, quæ bene fuerant acquiſita, per ipſas Capitulationes magis ſtabilita & firmata ſunt. Præcipuam vero *Territorialis poteſtatis* partem, *jus* ſcilicet *ſacrorum* poſtliminio nunc receperunt, qui poſito iugo Pontificio ad priſcam & genuinam faciem, Luthero atque Caluino monitoribus, doctrinam reformarunt. (*p*) Male putatur, eos exinde & principis & epiſcopi ſimul ſuſtinuiſſe perſonas. Vna quippe perſona principis omni iure & ſacra moderatur & profana. Qui porro ſentire cum Papa maluerunt, vt reliqua tuerentur iura ſua, opinione ducti auita ſacrorum curam illi integram permiſerunt. (*q*)

Ius ſacrorum a Proteſtantibus recuperatum.

Pacta Principum illuſtria. VIII. De ditionibus ſuis ſæpe multumque hac ætate *pacti* noſtri prin-

(p) THVANVS *lib. XVI. pag.* 765. 768. SLEIDANVS *lib. XXVI.*

(q) Sacrorum curam ſibi iure cum diuino tum humano debitam poſtulat Papa in litteris ad Carolum Cæſ. apud SLEIDANVM *lib. XVI. pag.* 382.

principes: ſummæ id, ſaltem quaſi ſummæ poteſtatis ſatis idoneo argumento. Moris tamen fuit de pactis renunciare Cæſari, & eius adprobationem expoſcere. (*r*) *Jura illuſtrium domuum* eadem interueniente imperatoris ſententia haud raro ſubierunt mutationes. Permiſſæ fœminæ ſuccedere in feuda ſolis maſculis alioquin debita. Quod quidem an a Cæſare in alius gentis, cui ſucceſſionis ſpes iure parta erat, odium potuerit concedi? in Juliacenſi cauſa diſputatum reperio. Solenne quibusdam fuit principibus in omnes filios prouincias partiri. At alii, experti partitionum incommoda, ius certum Cæſare conſentiente conſtituerunt, vt ſolus maior natu præeſſet rebus. Exſtant porro exempla traditi filio iuniori, ſeniore

(r) THVANVS *lib. XVI. pag.* 763. SLEIDANVS *lib.* XXVI. CHYTRÆVS *lib.* XIIX. *pag.* 480. Pacta dotalia Joh. Friderici Sax. El. & Sibyllæ Cliuienſis a Cæſare Carolo & Ferdinando Rege confirmata exhibet *Celeb.* LVNIGIVS *P. Spec. Sect. IV. pag.* 31. 41. 54.

aut filiis ſenioris excluſis, regiminis; dati teſtamento tutoris, adeoque legitimi a tutela prohibiti: aliaque eius commatis plura. (*s*)

Matricula imperii.

IX. *MATRICVLAM* imperii ordinum iuſtiorem in frequentibus deſideriis fuiſſe vidimus. Verum per cauſas varias non ſatisfactum votis publicis. Vix vnquam iuſtus ordinum iniri potuit numerus; nedum ex virium modo ſatis potuerint præſtationes æſtimari. Multi paſſim minores ordines a potentioribus exemti ex cura imperii: vt nollent vero his iam olim imperata onera ſufferre exemtores principes. *STIPENDIA ſecundum denarium communem* colligendi modus nunc antiquatus, quod variis obnoxius eſſet difficultatibus. Placuit vero modus alter, quo *Romanæ* inſtar *expeditionis* ſiue militem ſiue pecuniam or-

Stipendiorum noua ratio.

(*s*) Cliuienſium & ceterarum ditionem hæredes iuſſe etiam eſſe fœminæ per diplomata apud *Eundem P. Spec. Cont. II. P. IV. Sect. XVI. pag.* 409. 411. 417. In ceteris cauſis exempla præbebit *c.* VI. *de Germania Principe.*

ordines præstare iuberentur. *Romanus Mensis* vocata hæc noua præstatio: quæ quoties vrgente necessitate multiplicaretur, plures Romani Menses publice concessi aut imperati dicti. (*t*)

X. In *CIRCVLIS* imperiique *JVDICIIS* in ordinem redigendis varie in comitiis laboratum. Ita recens instituta temporis successu magis perfecta & absoluta. Quod vero dissiderent in religionis caussis ordines, in Camerale iudicium Augustanæ Confessioni addicti iudices allecti; quorum accedente cognitione procul a suspicione abessent sententiæ. (*v*) In Camerali iudicio *Justinianeum ius* vim legis plenam obtinuisse, indeque in cetera Ger-

Judicia imperii.

Jus Justinianeum nihil derogauit de patriis iuribus.

(t) THVANVS *lib. XLVII. pag.* 803. 805. SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXX *pag.* 141. *Rec. I.* NORIB. *An.* cIↄ Iↄ XXII. *n.* XIV. *Rec. Imp.* SPIRENSIS *An.* cIↄ Iↄ XLII. *n.* LIII LIV AVGVSTANVS *An.* XLVIII. *n.* CII. *&c.*

(v) SLEIDANVS *lib.* XV. *cap.* 379 *lib.* XXIV. *pag* 651. 652. 661. THVANVS *lib.* X. *pag.* 438. SCHARDIVS *l. c.*

Germaniæ fora inuasisse, alibi dictum. At, vt iuberentur ipsi iudices ad singularia regionum iura & instituta simul animum sedulo attendere: nec sane alibi patria iura, puta Saxonicum, Francicumque, Romano iure recepto siue suppressa, siue antiquata, verum continuam vim legis iurisque seruarunt, imo ipsi Romano iuri non raro, nec in paucis foris, prorsus consueuerunt derogare. (*x*)

Politica leges. XI. Præter publicas imperii *LEGES* multas *Politicas sanctiones* in comitiis promulgatas nostra ætas ostendit. Eius vero pleræque sunt generis, vt commodius principes & ciuitates eas parentibus imperassent.

Cura commerciorum. *Commerciis* etiam publice non raro consultum. Ipse imperator modo legem accepit, vt & vectigalia nimia coërceret, & monopoliis crebris modum poneret. Siquidem vtrumque quam maxime interturbare commercia visum. (*y*)

CA-

(x) *Rec.* AVGVSTANVS *An.* cIↄ IↄLI, *Ordin. Camerales passim.*

(y) THVANVS *lib.* XLVII. *p.* 803. CHYTRÆVS *lib.* XXII. *pag.* 598. *Rec. Im-*

CAPVT VI.

GERMANIA PRINCEPS.

I.

Quod nemo dubitat, principem hoc tempore locum in principibus Germaniæ familiis *Austriaca* gens obtinuit. Duo fuerunt PHILIPPI regis ducisque filii, CAROLVS atque FERDINANDVS: vterque potentissimæ domus, alter in Hispania, alter in Germania, sator atque conditor. *Carolus* Hispaniarum, Siciliarum, Indiarumque, & Belgii, hæreditatem in PHILIPPVM, filium transmisit. *Ferdinandus* Austriacas ditiones æque ac Boiohœmi regna MAXIMILIANO reliquit; hic RVDOLPHO. Rudolpho vero & fratribus nulla prole relicta exstinctis, Austriacarum omnium opum felix hæreditas tandem peruenit ad

Austriaci Archiduces.

LI 4 stir-

perii AVGVSTANVS *An.* cIↃ IↃ LI. *&* SPIRENSIS *An.* cIↃ IↃ LXX. *Capitul. Caroli V. &c.*

ſtirpem CAROLI, iunioris natu Ferdinandi filii. In Boiohœmo & in Auſtria res pleræque hoc æuo tutæ quietæque fuerunt; maximoque ibi ſtudio principum indulgentia reformatis in cetera Germania ſacris acceſſum. Quam vero per bella nunc Hungaria eſſet vndique infeſtiſſima; tam proxima ætate Boiohœmum & Auſtriam purioris illius doctrinæ adflixerunt & vaſtarunt odia. (z)

Palatini electores.

II. In *Palatina* domo LVDOVICVM *Pacificum* regiones graui bello exhauſtas longa refocillaſſe pace, vidimus. Ipſe Proteſtantibus non acceſſit; at magno horum bono ab omni violentia Cæſarem dehortatus eſt, primamque Noribergenſem pacem eis procurauit: vnde, quam placidisſimo ingenio eſſet, pax Germaniæ cum eo moriente occubuiſſe dicta.

(z) Criminatur Auſtriacæ domus potentiæ maxima incrementa *HENRICVS*, Rex Galliarum, in manifeſtis litteris apud THVANVM *lib.* IX. *pag.* 453. Statum familiæ Auguſtæ & prouinciarum docuerunt *hoc libro capita II. III. IV.* Conf. SLEIDANVS *lib. I. pag.* 23.

dicta. (*a*) FRIDERICVS II. frater, & post eum OTTO HENRICVS, cui *Magnanimi* cognomen erat, ex *Ruperto*, secundo filio, Philippi nepos, fecere cum Protestantibus, & alter ægre & titubanter, alter maiori studio, cum Smalcaldicis contra Cæsarem sensere. Primus leuiter impulso fœdere, statim resiliens Cæsarem, placauit. Otto, tum Neoburgicus Dux, in fœdere constantior, aliquanto peius a Cæsare acceptus est. Singulari exemplo ex parentis voluntate non nisi iuniori patruo defuncto electoratum obtinuit. Elector tantus fuit eruditorum patronus, vt fixisse quodammodo Heidelbergæ sedem Musæ visæ fuerint. (*b*) Cum eo priori ele-

An. cIↄ Iↄ XLIV. cIↄ Iↄ LVI.

(a) SLEIDANVS *lib.* III. *pag.* 50. *lib.* IIX. *p.* 182. *sequ.* *lib.* XII. *p.* 285. *lib.* XV. *p.* 374. THVANVS *lib.* I. *pag.* 54.

(b) SLEIDANVS *lib.* XVI. *p.* 405. *sequ.* *lib.* XVII. *pag.* 437. *sequ.* *lib.* XIIX. *pag.* 473. *lib.* XXIV. *pag.* 643. THVANVS *lib.* II. *p.* 121. 122. *lib.* XVII. *p.* 813. *lib.* XXIII. *pag.* 1054. SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LIX. *p.* 134.

An. cIↃ IↃ LIX. electorali gente, quæ L. annis ante adeo fuerat numerosa, exstincta, obtinuit electoratum FRIDERICVS

Noua gens electoralis. III. cognomine *pius*, Simmerensis lineæ, quæ agnatione proxima erat, princeps. Reiectis hic Lutheri placitis Caluini stetit sententia, eamque, frustra repugnantibus Cæsare & Principibus, Heidelbergensi Catechismo conscripto integræ prouinciæ mandauit. Cum Maximiliano

cIↃ IↃ LXXVI. Cæsare eodem anno fatis functus successorem LVDOVICVM filium, *Facilem* compellatum, habuit. (c)

Boioariæ Duces. III. *Boicæ* gentis principes, duo fratres, WILHELMVS & *LVDOVICVS*, maximam huius ætatis partem communi consilio Boioariam rexere. Vterque magno odio Protestantes insectatus est; alterque fœderis Pontificii contra Smalcaldicos caput

cIↃ IↃ XLVIII. egit. Wilhelmus ex Ludouici Cæsaris lege Augustæ in comitiis electora-

(c) THVANVS *lib.* XXIII. *p.* 1054. *lib.* XXXIX *p.* 446. *lib L. p.* 985. 986. *lib. LVII. pag.* 1267. 1268. *lib.* LXII. *pag.* 180. 181.

ctoralem dignitatem a Palatinis petiit; & vi eam impetraturus ægre a Cæſare eſt prohibitus. (*d*) Fratre cælibe exſtincto, in filium ALBERTVM V. non vltra diuiduum transmiſit regimen. Magno iſti amicitia Auſtriacorum emolumento fuit: quippe cui non Hagenſem modo Comitatum, Boioariæ modo iunctum, ſed etiam vicarium imperium in binis comitiis adminiſtratum, debuit. Tertio poſt Maximilianum mortuum anno obiit. (*e*) An. cIↄ Iↄ L. cIↄ Iↄ LXXIX.

IV. *Saxonicæ*, ſeniori familiæ admodum noſtra ætas infauſta & calamitoſa fuit. FRIDERICVS quidem, per ſapientiam inſignem ſummam in Germania auctoritatem adeptus, in maximo honore apud Carolum Cæſarem fuit. (*f*) Cum autem *Saxonici electores.*

(d) SLEIDANVS *lib.* XII. *p.* 286. 287. THVANVS *lib. II. p.* 122. ADLZREITER *Ann. Boic. lib.* X. *P. II. n.* XLVI. LI. LXI. LXIII.

(e) SLEIDANVS *lib.* XVII. *pag.* 447. ADLZREITER *P. II. lib.* XI. *num.* XII. XIII. XIV. XLII.

(f) SLEIDANVS *lib. I. pag.* 22. *lib. II. p.* 37. 44. 45. *lib.* III. *pag.* 46. *lib. IV. p.*

An. cIↄIↄ XXV. autem JOHANNES frater, *Constans* dictus, pro Lutheri doctrina vehementer propugnaret, & Smalcaldiæ cum ceteris Protestantibus firmaret fœdus; iam tum in maximam offensam apud Cæsarem Saxonica domus incurrit. (*g*) cIↄ Iↄ XXXII. Creuere odia, cum post patris fata JOHANNES FRIDERICVS, *Magnanimus* cognominatus, Smalcaldicorum caput perpetuo ageret. cIↄIↄ XLVII. Bello proinde cum Smalcaldicis geri cœpto proscriptus, pauloque post captus, & electoratu mulctatus est. (*h*) *Noua Electoralis familia.* Hic, exclusa prorsus Ernestina gente, beneficio Cæsaris cessit MAVRITIO, *Henrici Pii* filio, *Alberti* nepoti, Cæsaris fido ami-

78. *lib. V. pag.* 100. THVANVS *lib.* I. *pag.* 54. *lib.* II. *pag.* 114. 115.

(g) SLEIDANVS *lib. V. pag.* 100. *sequ. lib. VI. p.* 126. 144. *sequ. lib. VII. p.* 151. 152. 157. 160. 171. 172. *lib. VIII. pag* 177. 193. Conf. *supra hoc libro cap. II.*

(h) SLEIDANVS *a libro VIII. ad XXV. cum auctoribus Cap. II. laudatis* de eius factis & fatis. De obitu & laudibus vid. SLEIDANVS *lib. XXV. pag.* 689. THVANVS *lib.* XIII. *pag.* 611. 612.

amico. Johannes Fridericus in custodia permansit, donec cum Philippo Hasso Mauritii armis liberaretur. Paulo postea, cæso aperto Marte Mauritio, ab AVGVSTO eius fratre electoratum repetiit. At minus fauente Cæsare transegit denique litem suam amice cum Augusto, & anno post obiit. Augustus cum Misnia electoratum satis diu rexit feliciter. Quod cum ipse, tum Mauritius frater, Lutheri doctrinam dudum amplexi essent, sacrorum nullam mutationem Saxonia subiit. Gothanæ turbæ a *JOHANNE FRIDERICO* iuniori excitatæ, & ab Augusto compressæ iam supra enarratæ sunt. (*i*)

An. cIↄ Iↄ LIII.

cIↄIↄ LIV.

Brandenburgici electores.

V. *Brandenburgicus* elector, qui aliquandiu cum Carolo Imperatore Germaniæ rebus præfuit, & orienti ecclesiæ reformationi parum fauit, JOACHIMVS I. fuit; *Os & Oraculum*

(i) Vid. *hoc libro capite II. n. XXVI. XXVII. XXX XXXI. XXXII cap.* III. *num.* VI. *cap.* IV. *num.* III. V. Conf. THVANVS *lib.* XI. *pag.* 544. 545.

lum Imperii, ac *sui temporis* dictus *Nestor:* quæ cognomina incredibilis ipsi facundia & consultissima prudentia pepererunt. (*k*) Eius filius JOACHIMVS, *Hector*, compellatus, mox ipse accessit, nomenque dedit Lutheri doctrinæ, quam admodum pater insectatus erat. Nihilominus tamen, vt pater, constans fuit in fide & officio erga Cæsarem; nec vnquam cum Smalcaldicis causam sociauit. Quin potius cum Mauritio & Cæsare contra Johannem Fridericum, iterumque cum illis contra Magdeburgensem ciuitatem, arma tulit. Bellica adeo laude dudum clarissimus, Dux belli Turcici ab imperio declaratus est. A Polonis spem Prussiæ obtinendæ impetrauit; & cum Saxonibus atque Hassis iterum celebrem Confraternitatis causam Naumburgi transegit. Domi Camerale Judicium constituit; arcem Berolini condidit; omnem prouinciam beauit. Ex veneno

An. cIↄIↄ XXXV.

(k) SLEIDANVS *lib. I. pag. 16. lib. III. p. 51. lib. VII. pag. 163. 164. 165. sequ.*

neno multa ſenectute mortuus (*l*) filium JOHANNEM GEORGIVM ſucceſſorem habuit. Hic militari cingulo a Carolo Cæſare donatus prudenter fortiterque rebus præfuit, ſeramque vt pater ætatem attigit. (*m*) An. cIↄ Iↄ LXXI.

Brunſuicenſes atque Luneburgici Duces.

VI. *Brunſuicenſis* atque *Luneburgicus* Ducatus porro diuiſi perſtitere. Senior *Brunſuicenſis* domus habuit HENRICVM, Hildeſienſi bello, & magno in Smalcaldicos, a quibus bis victus & cum filio captus eſt, odio notum. Ceteris filiis exſtinctis, JVLIVS tanto deinde magis veriori doctrinæ fauit, eamque maximo ſtudio promouit, quanto eam odit pater & inſectatus eſt. cIↄ Iↄ LXVIII. Quanto etiam magis Brunſuicenſes ditiones, inquieto patre regen-

(l) SLEIDANVS *lib. XII. pag.* 284. THVANVS *lib. I. pag.* 54. *lib.* IV. *p.* 167. *lib.* XVI. *pag.* 763. *lib. L. pag.* 983. SCHARDIVS *in Maximiliani rebus geſtis ad ann.* cIↄ Iↄ LXXI. *pag.* 153. 154. *late.*

(m) THVANVS *lib. L. pag.* 983. SCHARDIVS *l. c.*

gente, bellis adfligerentur, tanto eas pacatiores vidit reddiditque filius. (*n*) Dum proximæ ætati aliquandiu superstes est; *Luneburgicas* ditiones eodem tempore, communi primum consilio, & deinde diuise, rexerunt duo fratres HENRICVS & WILHELMVS, *Ernesti Pii*, optimi principis, filii, *Henrici*, qui in Gallia exsul obierat, nepotes. Vterque fratrum patris pressit vestigia, & purioribus sacris impense favit. Auctæ modo sunt eorum ditiones Diepholdani & Hogensis Comitatuum feudi lege apertorum accessione. Noua demum ætate, ceteris agnatis omnibus exstinctis, ad stirpem eorum rursus integra omnium Brunsuicensium & Luneburgicarum ditionum peruenit possessio. (*o*)

VII.

(n) Vid. *hoc libro cap.* II. *num.* IV. XXI. XXIII. XXXI. Conf. THVANVS *lib.* XLIII. *pag.* 652. 653. SCHARDIVS *ad ann.* cIↄ Iↄ LXVIII. *pag.* 90. 91. 92. 93.

(o) SLEIDANVS *lib.* VII. *pag.* 151.

VII. Ex principibus reliquis Germaniæ familiis *Hassiaca* hac ætate quadrifariam diuisa in PHILIPPI, *Magnanimi*, plurimis gestis rebus clarissimi Principis, quatuor filios. Duobus vero filiis LVDOVICO & PHILIPPO sine relicta prole exstinctis, duo reliqui WILHELMVS & GEORGIVS certam dederunt stirpem ; alter Cassellanam, iunior Darmstadiensem. (*p*) Nouas ducis principisque dignitates pene nullas nostri imperatores cuipiam Germanicæ illustri genti hac ætate largiti sunt. At in Italia Carolus Imperator *FRIDERICVM GONZAGAM* Mantuæ, *ALEXANDRVMque MEDICEVM* Florentiæ Ducem creauit. Maximilianus *COSMO* Magni Ducis titulos & honores concessit. (*q*)

Hassiaci principes.

Nouæ illustres dignitates.

An. cIↃ IↃ XXX.

cIↃ IↃ LXXV.

Mm *CA-*

(p) Vid. *hoc libro cap.* II. *passim.* Conf. THVANVS *lib.* XLI. *pag.* 544. SCHARDIVS *ad ann.* cIↃ IↃ LXVII. *pag.* 61. 62.

(q) THVANVS *lib.* I. *pag.* 41. JOVIVS *lib.* XXIX. *Conf. hoc libro cap.* IV. *num.* VII. SLEIDANVS *lib.* VII. *pag.* 153.

CAPVT VII.
SACRAE RES.

I.

Varia sacrorum in Germania facies.

Diuersum nunc ab eo, quem hucusque deprehendimus, *sacrarum rerum statum* in Germania cernimus. Effecerant causæ variæ alibi declaratæ, vt magno studio puriori doctrinæ orienti faueretur. Ventum inde est ad motus haud exiguos, parte principum & ciuitatum in ditionibus suis sacra in priscam faciem reformante, alteraque parte his conatibus grauiter succensente, & pro auita doctrina strenue propugnante. Tandem vi aduersa vim reliquorum retinente & reprimente, per Passauiensem & Augustanam pacem, nequicquam repugnante & reclamante Papa, vtrisque sacris, & Pontificiis & Reformatis, plena libertas atque pax data, &, vti cum Pontificii tum Protestantes paribus gauderent in imperio iuribus, firmiter

Protestantes pari iure pollent ac Pontificii.

miter conſtitutum. Inde vsque in Germania ſacrorum hæc facies ſemper viſa; vt pars eius more veteri Papam veneraretur, eiusque placitis porro ſtaret, pars vero altera ei renunciaret fidem & obſequia, doctrinamque puriorem inſtauraret. (r)

II. Nempe, vt Lutherus totam impugnare Pontificiam doctrinam conaretur, ipſe ſibi Papa debuit: dum maxime, cum moderate agendum fuerat, Lutherum premeret, eiusque virtutem exacueret. Vt eius doctrina tantum coleretur & amaretur, cum fecit puritas, qua præcelluit, eximia, tum præter reliqua maximum Pontificii iugi vbique conceptum tædium. (s) Mirere inde, niſi ſimul cetera expenderis, non plus acceſſionum Lutheri habuiſſe doctrinam. At cauſæ retardati eius curſus facile manifeſtæ fiunt. Ru- *Succeſſus doctrinæ Lutheri.* *Cauſa retardati eius curſus.*

 ſti-

(r) Totum *caput* II. *huius libri* ad hæc probanda facit. Auctores rerum geſtarum idoneos ibi conſulere licet.

(s) SLEIDANVS *lib.* I. *&* II. *late*: THVANVS *lib.* I. *pag.* 34. 53. 54. *ſequ.*

ſticorum turbæ, Anabaptiſtarum furores, Proteſtantium Theologorum crebræ diſſenſiones, Eccleſiaſticorumque bonorum vagæ direptiones, resque eius generis aliæ, omnes vitio datæ reformatis ſacris; quæ has ob cauſas non in leue odium continuo inciderunt, & paſſim ſtare intra initia coacta ſunt. (*t*)

Proteſtantium ſacra ordinata; ad quomodo?

III. Qui vero ex interpoſita Spiræ interceſſione *PROTESTANTES*, & deinde *Auguſtana Confeſſioni addicti*, compellati ſunt, in ſuis ditionibus non modo doctrinam, ſed ritus etiam ſacros a crebris purgarunt corruptionibus. Jus integrum ſacrorum poſtliminii recipientes iure ſacerdotes ſuos iuſſere inter reliquos parentes agere. Acceptum tamen ex priſcis erroribus, vt ſacris cauſis iudicandus ſingulare iudicium, quod *Conſiſtorium* vocatum eſt, conſtituerent: quaſi oporteret diſtin-

Conſiſtoriorum origines.

(t) P. GNODALIVS *de ruſticanis tumultibus pag* 131. 132. THVANVS *lib.* XLVI. *pag.* 782. SLEIDANVS *lib. V. pag.* 118. *lib.* XVII. *pag.* 445. 446. *lib.* VII. *pag.* 151. 165.

ſtingui ſacrorum ius a reliqua poteſtate territoriali. *Canonicum ius*, quantum ad cauſas pertinet ſacras, vim legis ſui maxima parte perdidit. Papæ auctoritas & poteſtas prorſus abrogata, & ſat habuere Proteſtantes, Papam in Italiæ principis dignatione habere, eoque nomine comiter colere: licet nec deeſſent prorſus, qui hunc eius ſtatum adducerent in quæſtionem, maleque partam egregiarum prouinciarum incuſarunt poſſeſſionem. Hæc quidem Proteſtantibus generatim probata. (v) Qui inter ſe iidem diſſederint, & pars Lutheri, pars Caluini, placita in reformandis ſacris ſequuti ſint: (x) huius loci non eſt, vt porro enarretur.

Papa in dignatione Italiæ principis habitus.

Diſſidia inter Proteſtantes.

(v) SLEIDANVS *lib.* VII. *pag.* 157. *lib.* XIII. *pag.* 317. *ſequ.* *lib.* XV. *pag.* 362. THVANVS *lib.* I. *p.* 54. *lib.* XXVIII. *p.* 30. *lib.* XXXVI. *pag.* 326. SLEIDANVS *lib.* XVII. *pag.* 423.

(x) SLEIDANVS *lib.* V. *pag.* 118. *lib.* XVI. *pag.* 385.

Pontificia sacra.

IV. *PONTIFICII*, siue qui *Catholici* compellari malunt, nullam sacrorum in ditiones suas induci mutationem passi sunt. Contenti a Papa flagitasse generalem synodum, quae de doctrinae morumque cleri corruptionibus sedulo & ingenue inquireret, Tridentinam acceperunt: quae vero dum putaretur omnia ad antiquam & puriorem faciem reformatura, ipsis Catholicis rem non dissimulantibus vix quicquam egit minus. (y) Vt porro stabiliretur Papae auctoritas in Germania, Catholici Electores Caesari scripserunt legem, vt Papae Catholicaeque Ecclesiae perpetuus foret patronus, & propugnator, atque Concordata Germanicae nationis diligenter obseruaret. Cum cernerent etiam, relicta Episcopis spe, haereditario iure potiundi prouin-

Tridentina synodus.

Concordata Germanicae Nationis.

(y) THVANVS *lib.* XXXVI. *pag.* 323. Illusere passim eruditi synodo Tridentinae & Pontificatui. SLEIDANVS *lib.* XVI. *pag.* 397. *lib.* IX. *pag.* 208-211.

uinciis, facile omnes aut plerosque deserto sacro statu Protestantium partibus accessuros; noua lege *Ecclesiasticum Reseruatum*, quod vocant, sanxerunt: quo effectum, vt sacra quidem mutare licuerit, non æque Episcopatus in Principatus vertere. Hisque rationibus modo confirmatior in Germania Papæ stetit auctoritas, cum toties impulsa plene tandem corruitura videretur. (z)

Reseruatum Ecclesiasticum.

V. At fuit vero hæc *Pontificia auctoritas* callidius longe quam olim constituta. Non vltra iubendi potestas sed suadendi auctoritas Pontifici permissa. Ludibrio futura fuisset, si quando cuipiam principi eam intentasset Papa, proscriscriptio. Igitur oportuit blandiri principibus, dum minus curarentur minæ. Plerique episcopatus principibus viris, imo pueris, ad-

Pontificia auctoritas callidissime instaurata.

(z) SLEIDANVS *lib.* VII. *pag.* 153. THVANVS *lib.* XVI. *pag.* 766. 765.

iudicati; vt tantorum emolumentorum fiducia facilius in clientela tenerentur principes familiæ. Si qui redire vellent ad Catholicorum partes, honores, opes, variaque alia, præsto erant commoda. Nec puro parum actum esse, cum clandestinis consiliis dissidia Protestantium, magno Pontificiorum commodo, & alerentur, & passim augerentur. (*a*)

Jus sacrorum Papæ relictum.

VI. *JVS SACRORVM* penes Pontificios porro integrum Papæ relictum est. Noluere hisce partibus addicti principes, quam cetera iurium suorum essent obseruantissimi, potestatem suam noua præcipuæ eius partis accessione augere. *PONTIFICES GERMANIÆ* in clientela summi Romani

(a) *Cesar*, inquit Granuellanus, *in gratiam Pontificis ne tantillum quidem ab æquitate deflectet.* apud SLEIDANVM *lib.* XVII. *p.* 423. Conf. *Idem lib.* VII. *pag.* 160. THVANVS *lib.* XXXIX. *pag.* 446.

mani Pontificis permanſerunt. Eorum autem numerus iam nunc cœpit minor eſſe. In Saxonia, Brandenburgicis, & vicinis ditionibus, non monaſteria modo, ſed epiſcopatus etiam aboleri paſſim & abrogari cœperunt. (*b*) Qui ſeruarunt ſtatum reliquæ Germaniæ Pontifices, nullam ſuæ poteſtatis ceterorumque iurium iacturam paſſi ſunt. Ipſi Proteſtantes omni eos cultu atque honore, qua imperii principes proſequuti ſunt, nec ſecus ipſorum ac aliorum principum dignitatem habuerunt inuiolabilem. (*c*)

Epiſcoporum Germaniæ ſtatus.

(b) THVANVS *lib.* XXXVI. *pag.* 326. *lib.* XXXVIII. *p.* 431. 432. Parum abfuit, quin Colonienſis Archiepiſcopatus, *HERMANNO* moliente, Pontificiis eriperetur. Sed iſte Papæ Cæſarisque conſenſu propere euerſus eſt. Vid. SLEIDANVS *lib.* X. *pag.* 247. *lib.* XV. *pag.* 361. 362. *lib.* XVII. *pag.* 426. *lib.* XIIX. *p.* 470. *lib.* XXIV. *p.* 662. 663. THVANVS *lib.* II. *p.* 82. 84. *lib.* XI. *p.* 534. *lib.* LXXVI. *p.* 789. *lib.* LXXIX. *p.* 898.

(c) THVANVS *lib.* XVI. *p.* 755.

Studia litterarum. VII. *STVDIA LITTERARVM* indies iam magis coli atque excoli. Licet autem reformatis ſacris, perquam tamen diu *Theologia* atque *Philoſophia Scholaſtica*, quam nuncupant, in Proteſtantium ſcholis atque academiis floruit. Verum non defuerunt, qui ſolidiora etiam ſtudia amarent, iisque promouendis operam inſumerent. Quam ceterum fauore ſtudiorum plurimi Germaniæ principes tenerentur, *Noua academia.* multæ rurſus hac ætate auſpiciis eorum conditæ academiæ. Sunt *Jenenſis*, *Marpurgenſis*, *Dillingenſis*, *Argentoratenſis*, *Altorffina*, & *Helmſtadienſis*, diuerſis hac ætate annis inauguratæ. (*d*)

LI-

(d) THVANVS *lib.* XLI *p.* 544. *lib.* LXII. *p.* 181. SCHARDIVS *ad ann.* ClↃ IↃ LXVIII. *p.* 111.

LIBER V.

RES GERMANIAE IMPERANTIBVS RVDOLPHO, MATHIA, FERDINANDO II. ET FERDINANDO III. AVSTRIACIS.

CAPVT I.

FINIVM ET REGIONVM STATVS.

I.

Rursus, vt nupera ætate, *ad occidentem* mutilati & coangustati sunt fines nostri imperii. Erat vicina Gallia virtute aliquot regum aucta maxima potentia. Facile itaque Gallis negotium, dum bellis ciuilibus immissisque in eam peregrinis armis vndique

Fines occidentales coangustati.

dique perturbaretur Germania, eius vexare & lacerare extremos fines. Ita modo occupata maior pars *Alsatiæ*, *Suntgouia*, & vicinæ aliæ ditiones. Monasteriensi sancita pace trium Episcopatuum iam antea occupatorum, adhæc Suntgouiæ, Alsatiæque Landgrafiatus, possessio Gallis plene confirmata. Vnde nouorum ex isto latere finium noua capienda æstimatio. (*a*)

Regiones Gallis cessa.

II. Porro nunc, quæ prope illas regiones adiacet, *Heluetia* prorsus dimissa ex omni clientela, & libera Respublica esse & haberi iussa. (*b*) Jam nuper etiam exemta ex Germaniæ complexione *Lotharingia*, nec fere minus, licet scripta lex nulla sit, *Sabaudia*. *Prouincia* & *Delphinensi Comitatu* iam diutius ab Gallis abreptis, quantumuis istis prouinciis nunquam plene Germania renunciauerit ; sola nunc *Minor* *Bur-*

Prouinciæ aliæ exemtæ ex Germania.

(a) *Pax* MONASTERIENSIS *num.* LXX LXXIII. LXXIV.

(b) *Pax* OSNABRVGENSIS *Art.* VI. *Pax* MONAST. *num.* LXI.

Burgundia ex Burgundico regno restitit, quæ porro potuerit censeri in Germania. Proximo tempore hac etiam prouincia bello a Germania abstracta propemodum effectum, vt, dum longe per plura secula vltra Rhenum ad Ararim & Rhodanum vsque Germania excurrerit, antiquissimum ea nunc terminum, quippe *RHENVM*, sui superiore parte receperit. (*c*)

III. Infra item ad Rhenum ex Germaniæ finibus stabili iure nunc exemtæ septem prouinciæ, quæ alioquin in Burgundico Circulo numeratæ Traiecti ad Rhenum sancito fœdere in iustam Reipublicæ, quæ modo *Bataua* præcipua ex gente compellatur, formam coaluerant. Graui varioque cum Hispanis administrato bello non tuta modo & inuicta stetit nouæ Reipublicæ libertas, variis nuper rationibus arrepta; verum & probata demum est & publice declarata ab

Burgundicus Circulus coarctatus.

(c) P. MON. *num.* LXXII. LXXIX. LXXXV.

ab ipsis Hispanis: nedum vltra nostrum imperium quicquam sibi iuris in illis, quæ Hispanorum fuerant, quibusque hi modo plene cesserant, adseruerit. (*d*)

Ceteri Germaniæ fines integri.

IV. Ceteros *ad orientem*, *ad austrum*, atque *aquilonem*, Germaniæ fines a longo tempore parum admodum turbatos esse, dudum declarauimus. Sola *Prussia* & *Liuonia* nuper seiunctæ porro separatæ a Germania manserunt prouinciæ. Quæ Suecis Osnabrugensi pace cesserunt Germanicæ ditiones, *Citerior Pomerania*, *Bremensis* atque *Verdensis Episcopatus*; non sunt disiunctæ a Germania, sed perpetuo iure cum ea coniunctæ esse iussæ: ipsis Suecis

(d) Belgicorum motuum causas THVANVS *lib.* XL. *p.* 483. *sequ.* ipsumque graue bellum *Idem* vsque ad inducias primas sancitas prope descripsit. Idem argumentum copiose pertractarunt HVGO GROTIVS *in Annalibus*, REIDANVS, METERANVS, AIZEMA, HARÆVS, & quot non alii auctores? De libertate Batauorum Monasterii declarata vid. infra *cap. V. num. XV.*

cis in imperii ordinum numerum recipi pergaudentibus. Et Galliæ quidem rex non magis recuſaſſet, quo minus auulſæ a Germania prouinciæ in eius complexione ſemper cenſerentur, ipſeque adeo Hiſpaniæ Daniæque regum inſtar haberetur princeps imperii. At quam a proximis vsque ætatibus intuta & infeſta viſa Galliæ vicinitas, tam magis in poſterum iudicata Galliæ regum in Germanicis rebus interceſſio, futura periculoſiſſima. Qua cauſa factum eſt, vt maluerit Germania finium mulctari parte, ac imperii conſortionem cum Gallia communicare. (*e*)

V. Nouus prouinciarum ſtatus paſſim ex grauiſſimo bello, quod mox deſcribetur, emerſit. Ab *AVSTRIACIS* ditionibus ſeparata *Luſatia*, & Pragenſi pace Saxoni Electori tradita. *BOIOARIA Palatinatu Su-* *Viciſſitudines prouinciarum ex graui bello natæ.*

(e) *Pax* OSNABR. *art. X. tot. & præcipue num.* IX. XV. *Pax* MONAST. *num.* LXX. LXXII. LXXIV. LXXVIII.

Superiore, quæ regio aliquandiu cum Rhenano Palatinatu coniuncta fuerat, aucta est. In *VTRAQVE SAXONIA*, qua binos circulos habet, Sueciæ regem belli occasione amplissimis donatum esse prouinciis, modo ostendimus. Quod Brandenburgicus autem elector *Citeriori Pomerania*, quæ omni iure ipsi debita erat, cederet; compensationis gratia *Magdeburgicum Archiepiscopatum*, *Halberstadiensem*, *Mindensem*, *Caminensem*que, *Episcopatus*, Principatuum & Ducatus nouo nomine accepit. Megapolitanis *Razeburgensis* & *Suerinensis Episcopatus* Principatuum dignatione cessere. In *WESTFALIA* præter Mindensem Episcopatum Brandenburgicis traditum, *Osnabrugensis Episcopatus* iussus communis esse cum Brunsuicensibus Ducibus; ita, vt in locum Catholici Episcopi Brunsuicensis Dux ditionem eam alternis regat vicibus. Hassis *Hirschfeldensis Abbatia* addicta: & quæ eius generis aliæ

aliæ minores obuenerunt regionum ſtatus mutationes. (*f*)

VI. Præterea partim infauſtum partiendi ditiones ſtudium, partim illuſtrium quarundam familiarum interitus, nouam prouinciarum faciem induxit. Ab *Auſtria Tirolenſis Comitatus* aliquandiu ſeiunctus ſuos ſingulatim principes habuit. *Badenſes* ditiones & *Rhenanus Palatinatus* priſcam tenuerunt partitionem. *Haſſia* bifariam diuiſa; mox aucta gente omnino quadrifariam. *Brunſuicenſis & Luneburgicus ducatus*, cum noua coniunctionis adpareret ſpes, continuo iterum ſunt dilapſi. *Miſnicæ Thuringicæque ditiones* vario modo & multifariam laceratæ: ſingulis prope principibus partes prouinciæ ſibi poſcentibus. *Franconicæ* demum Brandenburgicorum Marchionum regiones ægre in poteſtatem electoris

Diuiſiones ditionum porro continuatæ.

Nn

(f) P. OSN. *art.* IV. *num.* III. *art.* X. XI. XII. XIII. XV. De Luſatia Saxoniæ ceſſa vid. *infra cap.* IV. *num.* XXII.

ris redierant, cum noua statim partitione facta iunioribus filiis traderentur. (g)

Prouinciarum a possessoribus vacuarum partitio.

VII. Interitu Pomeraniæ & Juliacensium ducum prouinciæ in superiori Saxonia & Westfalia sitæ haud leues passæ sunt vicissitudines. *Citeriorem Pomeraniam*, ita vt diximus, Sueci loco præmii satis egregie gesti belli acceperunt. *Vlterior Pomerania* ex pactis, quibus dudum totius Pomeraniæ obtinendæ spes Brandenburgicis facta erat, ipsis relicta est. (*h*) Juliacensia bona continuo promiscue Brandenburgicus Elector & Neoburgicus Dux, vterque vxorum nomine, occuparunt. Post varias grauesque lites tandem conuenit, vt *Juliacensem Montensemque Ducatum*, & *Rauensteinensem Comitatum*, Neoburgicus Dux teneret; *Cliuiensem Ducatum*, *Marcanum*, & *Rauensbergensem Comitatum* Bran-

(g) vid. *infra hoc libro cap. VII.* principum Germ. notitia.

(h) P. OSNABR. *art. X. XI.*

Brandenburgicus. (i) Tantum de prouinciarum viciſſitudinibus.

CAPVT II.

RES RVDOLPHI II. IMPERATORIS.

I.

Status Germaniae noui rationes.

Poſt publica imperii ordinum in religioſis cauſis Carolo imperante nata diſſidia, tranquilliorem rurſus ſtatum, cum Paſſauienſis & Auguſtana pacis formulae, tum maxime Ferdinandi & Maximiliani Imperatorum ſumma moderatio, in Germaniam induxerant. Verum aegre *Rudolphus* capeſſiuit regimen, cum prauis conſiliariis facilitate boni imperatoris abutentibus, omnis iterum in contraria ſtudia ſcinderetur Germania. Cunctae tum & deinceps porro ſimultates liteſque viſae

(i) Receſſus partitionis Iuliacenſium terrarum apud LONDORPIUM *T. IX, pag.* 465.

visæ magis periculosæ, cum exploratiori iure nostro publico a Cæsare illatum bellum nemo ordinum non probe defensurus, simulque paratus futurus esset armis vindicare illatas iniurias. Res tandem perrupit ad graue, multiplex, variumque, bellum, quo quidem perquam diu misere vastata & adflicta est Germania; at demum etiam certior eius pax & securitas multo sanguine parta stetit & stabilita.

Rudolphi natales & ingenium.

II. RVDOLPHVS, *MAXIMILIANI* natu primus filius, anno ante quam obiret pater Romanorum Rex electus & inauguratus, (*k*) actutum ab optimi parentis fatis suo nomine suscepit imperium. Qua ad omnes virtutes probe imbutus & educatus erat, non male aut incommode istud gesturus videbatur: quippe prudens, si quisquam egregie benignus, moderatusque princeps. Quod laboraret autem nimia litterarum,

(k) Conf. *supra lib. IV. cap. IV. num. X. litt. z.*

rarum, præſertim Matheſeos, Aſtronomiæ, Chymiæ, amore, facile & cito moleſtioris imperii tædio captus eſt: vnde laborum & curarum omnium niſi eruditi impatiens otii, adhæc admodum meticuloſus, ſuſpicioſusque, paucis ſolisque fidit miniſtris; quibus ſingula ad cauſæ ſuæ commoda trahentibus, aut omnino Hiſpanica conſilia ſequentibus, tam denique habuit intutum & infauſtum imperium, quam quidem bonum & auſpicatum ſpe omnes conceperant. (*l*)

III. Primis Cæſar annis parum memorabiles res geſſit. Francofurti ſolennis Deputationum conuentus habitus, & Politica Ordinatio inſtaurata. (*m*) Inde Belgicæ cauſæ curatæ; cum Hiſpanis, tum fœderatis Belgis, iudicium Cæſaris, An. cIↄ Iↄ LXXVII.

 qua

(l) DANIEL *Eremita in Itinerario Germaniæ. init.* Maximis laudibus Rudolphum ornat CHRIST. MATHIÆ *Theatr. Hiſtor. pag.* 1099.

(m) *Pol. Ordin. in Corpore Receſſuum p.* 871.

Belgicarum turbarum in Germania cura.

qua generalis Germaniæ iudicis, flagitantibus. Jam ab obitu Caroli Imperatoris omnia in Belgio fuerant turbata: ſcilicet Hiſpanis Belgicæ nationis oppreſſionem vario modo molientibus, & contra Belgis pro auita libertate ſtrenue propugnantibus. *Ferdinando*, Albano Duce, ſuppliciis armisque totam gentem opprimere parato; Belgarum pars Arauſionenſis Principis auſpiciis arma decem ante hos annos corripuerat, nec feliciter parum egerat. Ea pars Wormatiam ad noua comitia legatos miſit, cauſam contra Hiſpanos, qui rebellionem Belgarum incuſauerant, peroraturos. Tum itaque a Cæſare & Principibus cura ſanciendæ pacis ſuſcipitur, & Coloniam ablegantur, qui iſtud negotium tranſigerent. Quod vero interea potentiores fœderati Belgæ Traiecti ad Rhenum prorſus renunciaſſent Hiſpanis obſequia, ſeptemque prouinciæ vnam eſſent profeſſi Rempublicam; fruſtra Colonienſes pacis tractatus fuerunt: nec niſi

An. cIↃIↃ LXXIIX.

cIↃIↃ LXXIX.

leuis deinceps belligerantium ſiue Hiſpanorum ſiue Batauorum ratio in Germania habita. (*n*)

IV. Proximo a Colonienſi conuentu anno in Saxonia, concordiæ inter Proteſtantes ſanciendæ ergo *Formula* quædam *Concordiæ*, quæ vocata eſt, auſpiciis Auguſti Electoris conſcribitur. Quam ea, magno Pontificiorum commodo, Proteſtantibus maioris diſcordiæ occaſionem præbuit: (*o*) tam modo iam apertius tempore eodem Catholici &

An. cIↄ Iↄ LXXX. *Formula Concordiæ.*

(n) Conf. *hoc libro cap. I. n. III. litt. d.* Vid. THVANVS *lib. LXIV. pag.* 305. 306. 318. *lib.* LXVI. *pag.* 371. 372. 374. 382. *lib.* LXVIII *pag.* 478 479. 480. 467. 468. H. GROTIVS *Ann. lib. III. pag.* 61. 62. 63. HARÆVS *T.* III *pag* 288. 295. REIDANVS *Ann lib. II. pag* 28. CHYTRÆVS *lib.* XXIV. *pag.* 660 661. BVCHOLZERVS *Ind. Chron pag.* 664.

(o) GEO. MVLLERVS *in Hiſt. Form. Conc. Acta formulæ Conc* adiecta *Celeb.* HEINECCII *&* LEVCKFELDI *Script. Germ. Rerum.* Ex actis ARNOLDVS *Hiſt. Eccl. P. II. lib. XVI.* Lites præcipue tractant HOSPINIANVS *in Concordia diſcordi*, *&* HVTTERVS *in Concordia concordi.*

& Proteſtantes in contraria, ita vt dixi, ſcindi ſtudia, & inter ſe paſſim diſſidere mutuis cœperunt odiis. Aquisgrani Proteſtantes, multa exſulum Belgarum acceſſione aucti, ad ciuiles dignitates adſpirarunt. Contra Pontificii auctoritate Cæſaris interueniente prorſus Proteſtantes ex vrbe expellere moliti ſunt. Et procul dubio protinus inſtitiſſent ſententiæ, Hiſpanorum conſilio a Cæſareis adminiſtris latæ; niſi Proteſtantium interceſſione vicinisque turbis exſequutio aliquantum eſſet retardata. (*p*) Biennio poſt publice ſolenniterque in Auguſtana curia litem cum Pontificiis Proteſtantes præſente Cæſare conteſtati ſunt. Quod quidem de imperii finibus aduerſus Turcos muniendis, de recuperandis auulſis a Germania prouinciis, de matricula corrigenda, & de moneta reformanda, conſultatum eſt, pro more pars vtraque probauit; de exſequutione decretorum,

Aquisgranenſium turbarum initium.

An. cIↄIↄ LXXXII.

Lites inter Catholicos & Proteſtantes publice conteſtatæ.

(p) THVANVS *lib. LXXIV. pag.* 715. 716. CHYTRÆVS *lib. XXV. pag.* 690.

rum, vt fere adſoluerat, nihil aut parum ſollicita. (*q*) At grauiter conqueſti ſunt Proteſtantes, multis modis publice priuatimque lædi atque turbari iura ſua, nec imperii iudicia tam curare iuſtitiam, quam Pontificiorum vbique fauorem præ ſe ferre. Et cum diſcedentibus comitiis a *Gregorio* Papa nouum exhiberetur Calendarium, eiusque publica peteretur receptio, quam Proteſtantes intercederent, quo minus Papæ auctoritati iſtud tribueretur, tam promti erant Catholici odio illorum Pontificiam probare rogationem. Sane recepto inde poſt leuem moram a Catholicis, conſtanter autem reprobato a Proteſtantibus, illo Calendario, prima quaſi ſolennis diſſidii odiique hæc capta teſſera. (*r*)

Gregorianum Calendarium.

(q) THVANVS *lib. LXXVI. pag.* 784. *Rec.* AVGVST. *in Corpore p.* 890.

(r) THVANVS *pag.* 784. 785. *lib.* LXXIX. *pag.* 913. CHYTRÆVS *lib. XXVI. pag.* 711. *ſequ.* HARÆVS *pag.* 343 FABRICIVS *lib. IX. pag.* 130. BVCHOLZERVS *pag.* 675.

Colonienses motus.

V. Aegre ſolutum erat Auguſtanum comitium, cum in Colonienſi ditione per illa religionum diuerſarum contraria ſtudia pax exueretur. Nuper *GEBHARDVS*, Colonienſis Pontifex, Reformatis ſacris acceſſerat, vxoremque duxerat. Papa, Cæſareque, & Pontificiis pleriſque, vim ipſi intentantibus, non minus arma expedierat.

An. cIↄ Iↄ LXXXIII.

Polliciti erant continuo ceteri Proteſtantes, Hailbrunnæ & Wormatiæ in publicis agentes conuentibus, auxilia ſe ſubmiſſuros Gebhardo. Quod nollet autem Auguſtus Saxo Cæſaris animum offendere, aut quod Caluini potius quam Lutheri placita ab Gebhardo probata ægre ferret; non potuit ei in Naumburgenſi conuentu perſuaderi, vt ſimul Gebhardi cauſſam defenderet. Ceterorum etiam Proteſtantium ſperata auxilia eum bene fruſtrata. Itaque a ſolo *JOHANNE CASIMIRO*, Palatino Comite, adiutus, poſt varios Papæ Cæſariſque, vt eum reuocarent ab inſtituto, conatus, damnatus eſt proſcri-

ſcriptusque, & electo nouo electore *ERNESTO*, Boioariæ Duce, multum inferior potentia ab eo Hiſpanicisque copiis eiectus ex omni ditione, & actus in exilium. Fruſtra paulo ante extremam calamitatem Francofurti de pacis conditionibus a variis principibus erat conſultatum. Et ſero nimis, iam prorſus profligato Gebhardo, Rotenburgi a Proteſtantibus de eo ſerio defendendo rurſus actum. Quin potius ſat habuere, publico ibi nomine Cæſaris implorare fidem, vti religioſa publicaque pax in poſterum ſanctius obſeruaretur. (*s*)

An. cIↃIↃ LXXXIV.

VI.

(s) THVANVS *lib.* LXXVI. *pag.* 789-798. *lib.* LXXVIII. *pag.* 872-887. *lib.* LXXIX. *ad pag.* 896. 898 903. 905-913. CHYTRÆVS *Sax. lib. XXVI. pag.* 724. *ſequ.* LONDORPIVS *lib. XXII. XXIII.* BVCHOLZERVS *pag.* 679. 680. HARÆVS *T. III. pag.* 357. ISSELT *de Colon. Bello ſingulari libro Mercurius* GALLO BELGICVS, *T. III. lib. II.*

Turcicæ induciæ.

VI. Septem post id annos quietior fuit Germania: pacem atque quietem impense optante Cæsare, nec eius ministris valde reperientibus, quod turbatum cuperent. Turci quidem semel hoc tempore atque iterum minabantur Austriacis ditionibus. At quantumuis ab omnibus bellis liber Cæsar, inducias tamen vtraque vice maluit cum Turcis pacisci, ac in graui dubioque bello periclitari. (*t*) Cum solis Polonis, quorum pars *Stephano* mortuo *MAXIMILIANVM*, fratrem Rudolphi, regem elegerant, breue leueque bellum administrarunt Austriaci. Quod vero secundo conflictu ipse Maximilianus caperetur, facile finitum bellum, & regno, quod occupauerat *Sigismundus*, a Maximiliano prorsus renunciatum. (*v*)

Polonicum bellum.

An. cIↄ Iↄ LXXXVII.

cIↄ Iↄ LXXXIX.

VII.

(t) ISTHVANSIVS *lib. XXV.* THVANVS *lib.* LXXX. *pag.* 938. 939. BVCHOLZERVS *pag.* 682. *Mercurius* G. B. *T. III. pag.* 332. *Proemium Rec. Ratisbon. An.* cIↄ Iↄ XCIV.

(v) THVANVS *lib.* LXXXVIII. *pag.* 346. *ad finem. lib. XCVI. pag.* 720. 721. CHY-

VII. Tertio a pace cum Polonis ſancita anno nouas dederunt in Germania turbas capitales Pontificiorum cum Proteſtantibus inimicitiæ. Quam eæ priuatim furere nunquam deſtiterant, tam commoda tamen iis publice indulgendi occaſio hactenus defuerat. Nunc exſtincto *Johanne*, Argentinenſi Epiſcopo, contentioſa noui Pontificis electione, pars Canonicorum Argentinæ *JOHANNEM GEORGIVM*, Brandenburgicum; pars altera *CAROLVM*, Lotharingum, Cardinalem, Tabernis elegit Epiſcopum. Protinus capta arma, & vi tentata ab vtroque ditionum poſſeſſio. Niſi imparati a copiis ceteri Pontificii non defuturi erant occaſioni maius bellum moliendi. At nunc in ſola Argentinenſi regione bel-

Argentinenſes motus.

An. cIɔ Iɔ XCII.

TRÆVS *lib.* XXVIII. *pag.* 782. *ſequ.* ISTHVANSIVS *lib.* *XXVI.* LONDORPIVS *lib.* *XXVII. XXVIII. XXIX.* *Mercurius* GALLO BELG. T. *III. lib. III. pag.* 479. *ſequ.* IANSONIVS *Merc. G. B. lib. I. II. pag.* 53. 104. PIASECIVS *Chron. pag.* 60. *ſequ.* BUCHOLZERVS *pag.* 710.

bellatum eſt, & mox interpoſita Cæſaris & aliquot principum auctoritate in certas pacis conditiones conuentum. Primum quidem vtrique principum pars ditionum & prouentuum adiudicata. (*x*) Noua vero poſt decimum annum coorta lite, Wurtenbergici Ducis conſiliis Johannes Georgius ceſſit Epiſcopatu Carolo, magnamque vim pecuniæ loco compenſationis accepit. Et ea quidem ratione rurſus Proteſtantibus præualuerunt Pontificii. (*y*)

An. cIↄ Iↄ XCIII.

VIII.

(x) An. cIↄ Iↄ LXXXIV. Argentinenſium turbarum nata initia memorante THVANO *lib. LXXIX. pag.* 913. 914. Noui grauiſſimique motus deſcribuntur ab *Eodem lib. CIV. pag.* 1134 - 1139. *lib. CV. pag.* 1166. *Conf.* CHYTRÆVS *lib. XXIX.* LONDORPIVS *lib. XXXII. Merc.* G. B. *Tom.* III. *lib.* IV. *p.* 739.

(y) THVANVS *lib. CXXIX. pag.* 889. *CXXXI. pag.* 982. CHYTRÆVS *l. c.* LONDORPIVS *lib.* XXXIII. *init. Merc.* GALLO BELG. *T. IV. lib.* I. *p.* 61. IANSONIVS *l. c. lib.* V. VI. *Formula conuentionis apud* LONDORPIVM *T.* III. *lib.* IIX. *cap.* CXI.

VIII. Cum Argentinensibus turbis eodem tempore nouum Turcicum bellum incubuerat. Ruptis hi induciis in Croatiam & Hungariam inuaserant, Cæsaremque coegerant, vim vi opponere. (z) Igitur conscripto Ratisbonam senatu imperii petiit Cæsar & impetrauit auxilia, LXXX. Romanorum Mensium instar præstanda. (a) Intercesserunt ibidem apud Cæsarem Protestantes, ne acerba sententia in Aquisgranensi causa ab Aulico Judicio nuper admodum lata rata esset; neque tam facilis Pontificiis lædendi Protestantes & religiosam turbandi pacem potestas fieret. Vtrumque facile tunc a Cæsare cupido auxiliorum

Turcicum bellum.

Ratisbonensis pacifica curia.

An. cIɔ Iɔ XCIV.

(z) Occasionem Turcici belli variaque bellica acta late commemorant THVANVS *lib.* CIV. *pag.* 1141. *ad* 1160. *lib.* CX. *pag.* 5-24. ISTHVANSIVS *lib.* *XXVI. XXVII. XXVIII.* CHYTRÆVS *lib. XXX. pag.* 873. *sequ.* LONDORPIVS *lib. XXXII. XXXIII. XXXIV.* PIASECIVS *pag.* 110. *sequ. Merc.* G. B. *Tom.* IV. *lib.* I.

(a) THVANVS *lib. CIX. pag.* 1411. CHYTRÆVS *lib. XXX. pag.* 892.

rum impetratum. Porro tentata iterum Hispaniarum regis cum Batauis reconciliatio; eodem vero, quo superioribus annis, successu. Consultatum præterea de iisdem causis, quæ Augustæ ante hunc duodecimum annum venerant in deliberationem. Placuit demum eas omnes reiicere in annum proximum, quo Deputati Spiræ conuenturi essent. Extremum *FRIDERICVS*, Wurtenbergicus Dux, magnopere laborauit, vt ex Austriaca clientela eximeretur. Quod in comitiis vero Cæsari non persuaderi potuerat, annis aliquot postea, vt liber declararetur imperii princeps, solaque exspectatio Wurtenbergicarum prouinciarum Austriacos maneret, Dux effecit. (*b*)

An. cIↃ IↃ XCV.

IX.

(b) Acta comitialia. THVANVS *lib.* CIX. *pag.* 1408. 1409. 1410. 1411. CHYTRÆVS *loc. cit.* LONDORPIVS *lib.* XXXIV. PIASECIVS *pag.* 121. H. GROTIVS *Ann. lib. III. pag.* 195. *Merc.* G. B. *T. IV. lib. I. pag.* 152. IANSONIVS *lib. IX. pag.* 233. BVCHOLZERVS *p.* 733. P. FLEISCHMANNVS *singulari de his comitiis commentario.*

IX. Pergitur inde per plures annos varium graueque cum Turcis administrari bellum. Misere aliquot principes decreta Cæsari auxilia: alii publici commodi moratores parum nihilue præstiterunt. (c) Rursus itaque Ratisbonæ conuentum solennem agi iubet Cæsar, & cum noua petit subsidia, tum decerni curat, vt cogantur, qui porro in mora forent. Variæ modo res tractatæ, quæ nuper Ratisbonæ fuerant propositæ. Tandem, cum Protestantium postulatis ad comitia vt semper relatis non satisfieret, discessum satis offensis inuicem animis. (d) Protestantes etiam paulo post

Turcicum bellum.

Ratisbonensis curia inquietior.

An. cIↃ IↃ XCVII.

cIↃ IↃ XCVIII.

Oo

(c) THVANVS *lib.* CXIV. *pag.* 223. - 251. *lib.* CXV. *pag.* 268 - 285. *lib.* CXIX. *pag.* 472-477. CHYTRÆVS *lib.* XXX. *pag.* 897. *sequ.* ISTHVANSIVS *lib.* XXIX. XXX. PIASECIVS *pag.* 127. *sequ.* LONDORPIVS *T.* III. *lib.* I. II. III.

(d) THVANVS *lib.* CXXI. *pag.* 550. 551. CHYTRÆVS *lib.* XXX. *pag.* 928. 929. LONDORPIVS *T.* III. *lib.* III. *Recessus* RATISBON. *in Corpore p.* 940.

An. cIↃ IↃ XCIX. post Francofurti, & deinde Fridbergæ, in commune consulentes, prorsus de subsidiis Cæsari mittendis recusarunt, nisi ante omnia securiora sua iura habuissent. (*e*)

Ferrarienses turbæ. X. Dum hæc fierent in Germania, in Italia Ferrariensem Ducatum *Alfonso* Duce mortuo, Papa postulauit, sed Alfonsi nothus *Cæsar Estensis* ex testamento patris continuo occupauit. Ventum ad arma, & mox Rudolpho Cæsare, Turcico bello nimis præpedito, pacem mandante hisce vtrinque conuentum conditionibus: vti Ferraria, qua feudum, Papæ restituatur; Mutina & Rhegium Ducali nomine a Cæsare porro possideatur; Cæsarque Estensis imperii princeps habeatur. Ratam habuit istam imperator pacem, & minime dimissam Italicam clientelam nouo actu hoc satis declarauit. (*f*)

XI.

(e) Acta & *Recessum Fridbergensem* exhibet LONDORPIVS *T.* III. *p.* 519.

(f) THVANVS *lib.* CXIX. *pag.* 479. 480. 481. CHYTRÆVS *lib.* XXX. *pag.* 924.

XI. Sub idem tempus Aquisgranensis causa ad eum exitum adducta est, vt proscripta vrbe Protestantes omnes media hieme ex ea expellerentur. Rem hanc maximam Principibus Protestantibus, qui subinde apud Cæsarem pro vrbe deprecati erant, mouisse indignationem, facile constat. (g) Dum tamen magna vi Turcicum bellum continuatur, variaque fortuna geritur; (h) præter opinionem pax ple- *Aquisgranenses motus.*

928. PIASECIVS *pag.* 152. LONDORPIVS *l. c. Mercurius* G. B. *T. IV. lib.* III. *pag.* 431. BVCHOLZERVS *pag.* 754.

(g) THVANVS *lib.* CXXI. *pag.* 549. 550. CXXXIII. *pag.* 1059. *sequ.* BVCHOLZERVS *pag.* 755. LONDORPIVS *T.* III. *lib.* IV. *Mercurius* G. B. *p.* 551.

(h) THVANVS *lib.* CXXI. *pag.* 550-563. *lib.* CXXII. *pag.* 578-589. *lib.* CXXIV. *pag.* 698-706. *lib.* CXXVI. *pag* 787-795. ISTHVANSIVS *lib.* XXXI. XXXII. XXXIII. GHYTRÆI *Contin. pag.* 11. *sequ.* LONDORPIVS *T.* III. *lib.* IV. V. VI. PIASECIVS *pag.* 166. *sequ.* LVDOLPHVS *Schau-Bühne T. I. lib.* I. *cap.* III. *pag.* 11. *sequ.*

Amicum de religionis dissidiis colloquium.

An. cIↄIↄCI.

na in Germania seruata: imo omnino a Palatinis, Saxonibus, Boioariis, denuo actum, an amicis colloquiis religiosæ possent terminari lites. Habitum Ratisbonense colloquium Pontificiorum cum Protestantibus Theologis: at multis disceptationibus ne conuenit quidem, quo iudice in religiosis vti controuersiis decidendis deceat. (*i*) Anno ante hanc colloquutionem Spiræ Deputatorum conuentus celebratus, & de moneta reformanda & Camerali iudicio deliberatum. (*k*)

cIↄIↄCIII.

Acta Ratisbonensium comitiorum varia.

XII. Tertio noui seculi anno Ratisbonæ frequentes principes comitiis interfuere. Subsidia in Turcicum

(i) THVANVS *lib.* CXXVI. *pag.* 768. 769. CHYTRÆVS *Contin. pag.* 66. LVDOLPHVS *S. B. lib.* I. *cap.* II. *pag.* 6. DAN. CRAMERVS, AD. TANNERVS, ÆGID HVNNIVS, *in singularibus de colloquio hoc narrationibus.*

(k) Acta varia exhibet LONDORPIVS *T.* III. *pag.* 522. *Recessus in Corpore pag.* 959.

cicum bellum petenti Cæſari, ægre Secularibus, qui adpellantur, principibus, & ægerrime Proteſtantibus, conſentientibus, promiſſa LXXX. menſium ſtipendia. Adducta in iudicium lis, quæ dudum Orientalis Friſiæ Comiti cum Emdana ciuitate intercesſerat: & venit in quæſtionem ſtatus Megapolitanorum Ducum, quem aliis ſuperiorem poſtulauerant. Actum præterea ſolenni comitiorum more de rebus variis, ſæpe adductis in deliberationem, nunquam deciſis. (*l*) Decreta legatio ad *ALBERTVM*, Auſtriacum, Belgii Gubernatorem, & ad fœderatos Belgas. Additæ litteris ad Belgas datis minæ, vt rurſus inanes erant, nec voces vnquam tranſituræ, ita permodice eos teti-

 gerunt.

(l) THVANVS *lib.* CXXX. *pag.* 925. LONDORPIVS *T.* III. *lib.* IX. CHYTRÆVS *Contin. pag.* 89. LVDOLPH *lib.* III. *cap.* II. *pag.* 91. 92. BVCHOLZERVS *pag.* 772. H. GROTIVS *lib.* XI. *pag.* 429. 430. *lib.* XII. *pag.* 436. 437. Acta publica apud LONDORPIVM *T.* I. *lib.* V. *cap.* XXV. *Rec.* RATISBON. *in Corpore pag.* 985.

Heidelbergensis Protestantium conuentus.

gerunt. (*m*) Ex comitiis publicis Fridbergæ, Heidelbergæ, & Spiræ, priuatim conuenerunt Protestantes aliquot principes, & cum multa conquesti de iniquis Judicii Aulici in se latis quandoque sententiis, & de varia declaratione capitalis in Protestantes Pontificiorum odii; tum denique fœdus Heidelbergæ iniuerunt, mutuamque defensionem, si quis religionis causa a quodam Pontificio principe vexatus fuerit, decreuerunt. Quod vero de nouo iudicio, quo generatim omnibus Protestantibus, Palatino Electore supremo præside, ius diceretur, constituendo simul tunc consultatum est, nullum habiturum exitum facile adparuit. (*n*)

XIII.

(m) H. GROTIVS *Ann. lib. XIII. pag.* 446. 447. *lib. XIV. pag.* 456. 457. 458. THVANVS *lib. CXXXIII. pag.* 1052. 1058. *sequ.*

(n) MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. pag.* 444. Consultatio apud LONDORPIVM *T. I. lib. I.*

XIII. Mortuus eſt paulo poſtea *LVDOVICVS*, Haſſiæ Landgrafius, agnatisque vtriusque familiæ Marpurgenſes ditiones ex æquo diuidendas reliquit. Magnæ inde lites maximo Proteſtantium incommodo natæ; tribus fratribus Darmſtadienſibus ex priſcis pactis tres ditionum partes, & totam prouinciam poſtquam Mauritius Haſſus Caluini placita probaſſet, ex Ludouici teſtamento, poſtulantibus. Contra Caſſellanus ſtare teſtamento Ludouici paratus, prorſus deinde Darmſtadienſes fratres priuandos cenſuit hæreditate, quod impugnaſſent teſtatoris voluntatem. Redditæ hinc Proteſtantium partes admodum infirmæ; Darmſtadinis cum Saxone Cæſari & Pontificiis plus iuſto bene cupientibus, cauſamque adeo communem haud raro deſerentibus. (*o*)

Haſſiaca liter.

An. cIↄ Iↄ CIV.

(o) THVANVS *lib.* CXXXIII. *pag.* 1063. 1064. LVDOLPHVS *lib. V. cap. II. pag.* 156. LONDORPIVS *T. III. lib. XI. Mercurius* G. B. *T. V. lib. III. pag.* 541. *Tom. VI. lib. III. pag.* 54. *Acta ſucceſſionis Marpurgica, Gieſa,* 1615.

Electorales conuentus.

XIV. Eo ſtatu rerum, cum lites vbique ſererentur nouæ, & diſſidia religionis alioquin creſcerent, parum autem in Cæſare deſidioſiore, ſuisque ſtudiis ſolam operam ſolasque curas impendente, ſiue ſpei eſſe, ſiue præſidii, videretur: electores publico bono commode conſulturi in Caſtro Confluentium & deinde Fuldæ conuenerunt, & in commune de ſumma rerum deliberarunt. Niſi vero, quod Reuiſio Cameræ, proxime inſtituenda decerneretur, nihil valde actum legitur. (*p*) Id ceterum temporis erat, quo Paderbornenſis ciuitas ab Epiſcopo occuparetur, & libertate omni, qua abuſa eſſe ferebatur, ſpoliaretur. (*q*) Idem conatus *HENRICVS JVLIVS*, Brunſuicenſis Dux, Brunſuicum cinxit obſidione. Quod licuit vero Pontifici, non Duci, vt expugnaret & ſubiugaret vrbem, permiſſum eſt. Quin

An. cIↄ Iↄ CV.

Paderborna & Brunſuici fata.

(p) MASENIVS *Ann. Treuir. lib.* XXIII. *pag.* 446.
(q) THVANVS *lib* CXXXI. *pag.* 981. 982. LVDOLPH *lib. IV. pag.* 123. *ſequ.*

Quin potius Cæſareis mandatis, & Hanſeaticarum ciuitatum minis, ſoluere obſidionem, & iure experiri, coactus eſt. (*r*) An. clↄIↄ CVI.

XV. Nunc difficile Turcicum bellum tandem Sitwatorockienſi pace ſiue induciis eſt finitum. Nil redditum, ſed vtrobique ſeruatum, quod bellica fortuna dediſſet. *Boscaius* Tranſiluaniæ, quæ miris fatis conflictata erat, iuſſus eſſe princeps, ſimulque hæreditario iure poſſidere, quicquid vltra Tibiſcum ſitum eſſet. In Boſcaii, mox deinde fatis ſuis functi, locum ſuffectus *Sigismundus Ragotzius*. *Achmet*, Turcicus imperator, parentis loco ſe habi- *Induciæ Turcicæ.*

 bi-

(r) THVANVS *lib.* CXXXIII. *pag.* 1064.-1069. *lib.* CXXXVI. *pag.* 1168. 1169. HVGO GROTIVS *Ann. lib. XV. pag.* 478. 479. LONDORP *T. III. lib. XII. Merc.* G. B. *T. V. lib. III. pag.* 599. 654. *T. VI. lib. III. pag.* 126? LVDOLPH. *lib. IV. cap.* II. *pag.* 125. *lib. V. pag.* 153. *ſequ. lib. VI. cap.* II. *pag.* 183. *ſequ.* Varia acta publica vid. apud LONDORPIVM *lib. V. cap.* II. *lib. VI. cap.* II. & MEYERVM *Cont. Lond. T. I. pag.* 220. *ſequ.*

biturum & veneraturum nostrum Cæsarem, pollicitus est. Ceterum Hungaris iura regni omnia integra futura, & *MATHIAM*, Rudolphi fratrem consilio regni procerum omnia pro fratre transacturum, conuentum est. (*s*)

Odium Protestantium grauius Catholici ostendunt.

XVI. Ita grauissima belli mole a Germania dimota, externæ quidem paci consultum, at pax interna in maius periculum, quam ante vnquam, adducta. Cum quippe ministri imperatoris aperte Hispanicis rege-

(s.) Reliqua bellica acta descripserunt THVANVS *lib.* CXXVII. *pag.* 813-816. *lib.* CXXX. *pag.* 922 - 925. *lib.* CXXXI. *pag.* 986 - 993. *lib.* CXXXIII. *pag.* 1069 - 1073. ISTHVANSIVS *lib.* XXXIII. XXXIV. *Contin.* CHYTRÆI *pag* 94. *sequ.* LONDORPIVS *T.* III. *lib.* XI. XII. PIASECIVS *pag.* 207. *sequ.* LVDOLPH *S. B.* *lib.* II. III. IV. V. *vbique Cap.* III. Induciæ Turciæ. THVANVS *lib.* CXXXVI. *pag.* 1161 - 1167. ISTHVANSIVS *lib* XXXIV. *pag.* 842. *sequ.* PIASECIVS *pag.* 241. LONDORP. *lib.* XII. *fin.* LVDOLPH *lib.* VI. *cap.* III. *pag* 185. *sequ.* Tabulæ pacis cum Turciæ tum Hungaricæ apud LONDORPIVM *Contin.* *T.* I. *pag.* 362. 376.

regerentur consiliis, summumque Protestantium odium Aulicum maxime iudicium præ se ferret; facilior iam hos vexandi turbandique copia potestasque data, cum auxiliis non opus haberet Cæsar, nec distineretur bello, quod minus parem Protestantium potentiæ ipsum redderet. Satis etiam putem ad contentiones, quibus crebro inter se dissidebant Protestantes, animum modo attendisse Pontificios, eaque re ad audendum aliquid redditos esse promtiores. (*t*) Sane periculi illius continuo publice datum experimentum. Donawerda, ciuitas imperialis, nuper apud Cæsarem ab Abbate, qui in ea morabatur, fractæ pacis incusata erat. Cum scilicet conaretur Abbas solennem lustrationem iam diu intermissam peragere, male a ciuibus exceptus, & lustrationi non sine ignominia insul-

An. CIↃIↃCVII. *Donawerdensis causa.*

(t) Vid. paulo supra *hoc Capite Num.* XIII. & conf. THVANVS *lib. CXXX. pag.* 925. 926. de dissidiis Saxonum & Anhaltinorum.

ſultatum erat. Cæſar ſtatim Boioariæ principi dedit negotium de re inquirendi, & paulo poſt, quod Bauaricos legatos vulgus iniuria affecerat, non ſatis cognita cauſa vrbem proſcripſit: rurſus contra leges imperii mandata *MAXIMILIANO*, Boioariæ Duci, proſcriptionis exſequutione, quæ iure Sueuiæ Præſidi fuerat committenda. Maximilianus nihil moratus coactis protinus copiis vrbem, nequicquam vulgi inſaniam incuſante & deprecante pro ea ſenatu, adoritur, & facta deditione ciues libertate, armis, & denique religionis ſuæ exercitio, mulctat. (*v*)

XVII.

(v) CHYTRÆVS *Contin. pag.* 127. THVANVS *lib.* CXXXVIII. *p.* 1252. 1253. 1254. LONDORPIVS *T.* III. *lib.* XIII. *pag.* 812 - 816. LVDOLPH *lib.* VII. *cap.* II. *pag.* 214. *ſequ. Mercurius* G. B. *T.* VII. *lib.* III. *pag.* 43. Varia ſcripta ad hoc argumentum ſpectantia exhibet MEYER *in Lond. ſuppl. T.* I. *pag.* 354. *ſequ.*

XVII. Res quidem ea omnibus visa indignissima. Quamprimum fama percrebuerat, Bauarum iussu Cæsaris contra vrbem ducturum, Vlmam conscripserat Sueuiæ omnes ordines Dux Wurtenbergicus. Decreto, vti subueniretur vrbi contra leges imperii male tractatæ; iam aduenit factæ deditionis nuntius. Itaque missi legati ad Cæsarem & plerosque principes rogatum, vti restituatur pristino vrbs statui: (x) Generatim reliqui etiam Protestantes periculum imminens animaduertentes, magnopere obtestati sunt fidem Cæsaris, ne tantam Religiosæ paci vim inferri pateretur. Cum frustra vero essent legationes, & mox deinde Ratisbonensia, præsente *FERDINANDO*, Archiduce, haberentur comitia; nihil morati Protestantes Cæsaris postulata, vt ante omnia violatæ Religiosæ pacis seue-

Protestantium concepta indignatio.

Ruentia Ratisbonæ comitia.

An. cIↄ Iↄ CIIX.

(x) THVANVS *l. c. pag.* 1253. 1254. CHYTRÆVS *Contin. & ceteri plerique auctores.*

ſeueriores luantur pœnæ, & iuſtitiæ adminiſtratio certior inſtauretur, expetierunt. Pontificiis poſcentibus, vt priore loco Cæſaris propoſita audiantur; ſolutus eſt conuentus, infeſtisque animis, antequam quicquam decerneretur, diſceſſum. (y) Proteſtantes Aſchhuſium conuenerunt, nouumque fœdus, quod omnia ad vim bellaque ſpectare viderentur, pro religione ſtrenue, ſi opus fuerit, propugnaturi percusſerunt: accuratius nunc definito fœderis præſide, duceque, & quantum quisque copiarum aut numorum præſtare debeat. (z)

Aſchbuſenſe fœdus Proteſtantium.

XVIII.

(y) LONDORPIVS *T.* III. *lib.* XIV. *pag.* 819. *ſequ.* MASENIVS *lib.* XXIII. *p.* 449. LVDOLPH *lib.* IIX. *cap.* II. *pag.* 239. *ſequ.* *Mercurius* G. B. *Tom.* VII. *lib.* III. *pag.* 55. Acta Comitiorum apud GOLDASTVM *Pol. R-Hand. P.* XXII. *pag.* 946. LONDORPIVM *T.* I. *cap.* VI.

(z) BELLVS *lib.* I. *pag.* 6. CARAFFA *pag.* 45.

XVIII. Eodem tempore, cuncta dum Cæsaris socordia & ministrorum eius malitia pessum in Germania irent, Hungari etiam & Austriaci, conquesti se desertos à Cæsare libidini ministrorum esse obnoxios, palam desciuerunt, & Mathiam sibi regem Ducemque flagitarunt. Quam quidem repugnaret Cæsar, quo minus viuenti sibi auita regna eriperentur, tam noluit tamen Mathias, cui Hispanica consilia metuebantur, de postulationibus horum populorum quicquam recusare. Conuentum denique, vt Hungariæ, Austriæ, Morauiæque, *MATHIAS* rex sit & dominus, Cæsarique annuam pensionem soluat. (*a*) Sed antequam Austriaci in noui principis verba iurarent, vt liberum religionis exer-

Mathias fit rex Hungariæ.

An. cIↃ IↃ CIX.

(a) CHYTRÆVS *Contin. pag.* 131. *sequ.* LONDORP. *T.* III. *lib.* XIV. *pag.* 829. LVDOLPH *lib.* IIX. *cap.* II. *pag.* 241. *sequ. Merc.* G. B. *T.* VII. *lib.* III. *p.* 136. PIASECIVS *pag.* 255. Scripta varia in MEYERI *Lond. suppl. T.* I. *p.* 423. Recessus in GOLDASTO *de R. Bohæmia App. Docum. pag* 138.

Austriacis & Bohœmis religionis libertas plena datur.

ercitium, quod modo passim in Austria, & longe magis in Stiria, turbari cœperat, ipsis edicto solenni confirmaret, impetrarunt. (*b*) Quod exemplum sequuti Bohœmi & Silesii paulo post precibus minisque Rudolphum Cæsarem induxerunt, vt ipse etiam *Maiestatis*, quæ vocatæ sunt, *litteras* daret, iisque plenam libertatem pacemque religioni nouæ concederet. (*c*)

XIX.

(b) *Contin.* CHYTRÆI *pag.* 141 150. LVDOLPH *lib.* IIX. *cap.* II. *pag.* 244. *lib.* IX. *cap.* II. *p.* 263. *sequ.* LONDORP *lib.* XV. *pag.* 922. Scripta varia apud MEYERVM *Lond. suppl.* T. I. *pag.* 429.

(c) *Cont.* CHYTRÆI *pag.* 149 *sequ.* LONDORP *lib.* XV. *pag.* 952. LVDOLPH *lib.* IX. *cap.* II. *pag.* 265. Litteras Maiestatis Bohœmis Silesiisque traditas exhibent *Theatrum* EVROPÆVM *T.* I. *ad ann.* cIↃ IↃ CXIIX. *pag.* 4. 10. GOLDASTVS *de R. Boh. App. Docum. pag.* 140. *Constit. T.* I. *pag.* 583. BELLVS *lib.* II. *pag.* 69. 70. Varia acta apud MEYERVM *Lond. suppl. T.* I. *pag.* 425.

XIX. Inter hæc sine liberis relictis exſtincto *JOHANNE GVILIELMO*, Juliacenſi, Cliuienſi, Montenſi, Duce, ampliſſimæ eius ditiones vndique vi tractæ. Brandenburgicus Elector, *JOHANNES SIGISMVNDVS*, Neoburgicus Dux, *PHILIPPVS LVDOVICVS*, hic per filium, ille per legatum, in poſſeſſionem primi veniunt. Vtrique integræ prouinciæ viſæ debitæ: Brandenburgico, quod *Annam* duxerit, ſenioris ſororis filiam, quæ adeoque matris iura referat; Neoburgico, quod vxor eius, ſoror demortui Ducis natu ſecunda, in viuis ſit, filiumque genuerit, cuius ius vtique ac filiæ ſit potius. (*d*) Dum vero ſatis violenter mandatis, inter-

Juliacenſes lites.

Pp

(d) *Contin.* CHYTRÆI *pag.* 160. *ſequ.* LONDORPIVS *lib. XV. pag.* 932. *ſequ.* PIASECIVS *pag.* 259. CARAFFA *p.* 42. GRAMMONDVS *lib.* I. *pag.* 13. LVDOLPHVS *lib.* IX. *cap.* II. *p.* 266. *ſequ.* vbi ſimul enarrantur ſingulorum hæreditatem poſcentium iura. Scripta varia exhibet MEYERVS *ſuppl. Lond. T.* I. *p.* 467.

terdictis, minis, intercederet Rudolphus Cæsar, missoque *LEOPOLDO* Archiduce sibi prouincias omnes vellet traditas, donec Aulicum Judicium de Jure partium cognouerit: Tremoniæ Brandenburgicus & Neoburgicus principes, posita modo lite, amica pactione communi nomine administrandas & defendendas regiones decreuere, & Gallicis Batauicisque copiis Juliacum occuparunt, Hispanosque profligarunt. (*e*) Tum Pragæ & mox deinde Coloniæ conuentum, & de ea causa actum: vt autem, cum restitutionem terrarum minaciter postularet Cæsar, negarent Principes possidentes, frustra tractatus essent. Et

An. cIↄIↄ CX.

(e) *Contin.* CHYTRÆI *pag.* 171. *sequ.* LONDORPIVS *lib. XV. pag.* 943 *sequ.* LVDOLPH *lib.* IX. *cap.* II. *pag.* 272. *sequ. lib. X. cap.* II. *pag.* 301. GRAMMONDVS *l. c.* PIASECIVS *pag.* 269. MASENIVS *Ann. Treu. lib.* XXIII. *pag.* 451. 452. Acta publica apud MEYERVM *suppl. Lond. T.* I. *pag.* 481. *sequ.*

Et Saxones quidem, qui non valido minus iure illa bona postulare sibi videbantur, cum Cæsarea consilia minus succederent, pacisci voluere cum principibus, simulque in possessionis partem mitti. Eorum autem iure, dum alii superessent hæredes, infirmiore multo iudicato, nihil prorsus actum. Exacerbatis proinde magis Pontificiorum & Protestantium animis, adhæc nouis dissensionibus ipsis Protestantibus inter se commissis, prouinciæ tunc relictæ primis possessoribus. (*f*)

XX. Ceterum nunc dedit Juliacensis causa parti Protestantium præcipuam certius feriendi fœdus, quod *Vnionem* compellarunt, occasionem. Visa diu Hispanica consilia totam Cæsaris aulam regere; in- *Vnio Hallensis.*

(*f*) *Contin.* CHYTRÆI *p.* 180. LVDOLPH *lib.* X. *cap.* II. *pag.* 299 - 306. *lib.* XI. *cap.* II. *pag* 345. *sequ.* PIASECIVS *l. c.* *Mercurius* G. B. *T.* IIX. *lib.* IV. *p.* 9. *sequ.* *T.* IX. *lib.* I. *in.* Varia acta in MEYERO *Lond. suppl.* *T.* I. *pag.* 553. 631. GOLDASTO *Polit. R-Hand. P.* XXVI. *pag.* 1063. Conf. MVLLERVS *Ann. Sax. ad ann.* cIɔ Iɔ CXI.

indeque Proteſtantium odio nullam imperii legum atque conſuetudinum haberi rationem, dum illi opprimi queant. Itaque publico nomine ad Cæſarem Pragam erant miſſi, qui communes querelas exponerent, atque tot malorum promtam medelam poſtularent. Bona legatis verba data, & omnia ad proximas deliberationes dilata. Igitur nunc itum Halam Sueuorum, &, rurſus Duce electo *CHRISTIANO* Anhaltino, Vnio ſancita, eiusque publice rationes redditæ. (*g*) Quibus viſis continuo, Moguntino Electore auctore, Confluentiæ & deinde Herbipoli conuentum Pontificii principes celebrarunt, oppoſitoque fœderi fœdere in Catholicam *Ligam*, quam nuncuparunt, *MA-*

Liga Herbipolenſis.

(g) *Cont.* CHYTRÆI *pag.* 177. LONDORP. *T.* III. *lib.* XV. *pag.* 960. LVDOLPH *lib.* X. *cap.* II. *pag.* 307. *ſequ.* CARAFFA *pag.* 41. MASENIVS *l. c. pag.* 451. ſed admodum hic iniurioſe. Acta publica apud LONDORPIVM *T.* I. *lib.* I. *cap.* XV. & MEYERVM *T.* I. *pag.* 554.

MAXIMILIANO Bauaro Duce declarato, coiuerunt. (*b*) Statim paratæ vtrimque copiæ, & graue bellum imminere viſum; dum omnino exercitum, quem *Leopoldus* in Alſatia parauerat, fœderatæ adorirentur & diſpergerent copiæ. Quod tamen minus adhuc opportunum tempus ad gerendum bellum videretur, mox ipſius Maximiliani interuentu Monachii vice hac pax transacta, milesque, niſi quantus defenſioni ſufficeret, vtrobique exauctoratus. (*i*)

XXI. His actis Leopoldus Archidux exercitum, Juliacenſis cauſæ occaſione collectum, raptim obten- *Mathias rex Boiohæmi fit.*

(b) *Contin.* CHYTRÆI *l. c.* MASENIVS *l. c. p.* 451. PIASECIVS *pag.* 272. PVFENDORF *Suecic. Rer. lib.* I. *num.* XIX. LVDOLPH *lib.* X. *cap.* II. *pag.* 313. Acta exhibet MEYERVS *T.* I. *pag.* 607.

(i) *Contin.* CHYTRÆI *pag.* 177. 178. CARAFFA *pag.* 44 45. *Merc.* G. B. *T.* VIII. *lib.* IV. *p.* 53. LVDOLPH *lib.* X. *cap.* II. *pag.* 313. 307.

tu proximæ miſſionis duxit verſus Boiohœmum. Dum fama ferret, odio Mathiæ imperatorem regno ceſſurum Leopoldo, vtque idem rex Romanorum eligatur, curaturum; continuo Mathias captis armis anteuertenda fratris, aut Hiſpanorum potius, conſilia duxit, conciliatisque ſibi Boiohœmi ordinibus poſt varios cauſæ tractatus Cæſarem coëgit, vt ſtatim cederet de regno, idque ipſi relinqueret. Leopoldi copiæ facile inde ex Boiohœmo datis ſtipendiis dimiſſæ. Mathias, honeſtis penſionibus Cæſari conſtitutis, Boiohœmi rex ſolenni ritu inauguratus eſt. (*k*)

An. ꝏIↃ IↃ CXI.

Rotenburgenſis Vnitorum conuentus.

XXII. Celebrarunt ſub id temporis Vniti principes & ciuitates Rotenburgi celebrem conuentum. Miſſis a Cæſare legatis, rerum ſuarum curam neceſſario ſe ſuſcepiſſe de-

(k) LVDOLPHVS *lib. XI. cap. II. pag.* 347 - 352. PIASECIVS *pag.* 275. 276. MASENIVS *lib.* XXIII. *pag.* 453. *Mercurius* G. B. *T.* IIX. *lib. IV. T. IX. lib. I. Acta apud* LONDORPIVM *T. I. pag.* 96.

declararunt; dum prauis inductus Cæſar conſiliis non leuiter communia iura turbauerit, nec quicquam monendo hortandoque effecerint principes. Rurſus igitur in omnes caſus ordinata & definita militia. Decretum, vti Aquisgranenſibus ciuibus, quos ſenatus oppreſſerat, ſubueniretur: vti Imperialis Camera moneretur, ne porro lædere iuris obtentu Proteſtantes auderet: vti Epiſcopi principesque religioſæ admonerentur pacis, qua quempiam religionis cauſa vetentur vexare: vt denique Galli, Angli, Batauique, ad fœderis ſocietatem inuitarentur, & volentes admitterentur. Quantum vero pertinet ad Juliacenſem litem, & ad Brunſuicenſium, qui modo a Cæſare proſcripti erant, cauſam, viſum neutras tenere partes, & iuri litium permittere deciſionem: niſi quando illatis armis poſſeſſores terrarum principes fuerint turbati. (*l*)

(l) CARAFFA *pag.* 47. LVDOLPH *lib. XI. cap.* II. *pag.* 356. 357. *Mercurius*

Electorum Noribergensis conuentus.

XXIII. Hosce inter motus continuos Rudolphus indies desidiosior & morosior omnem demum imperii curam prorsus posuisse visus. Electores ideoque Noribergæ conuenientes, turbatoque imperii statui parati consulere legationem misere ad Cæsarem. Postulata instauratio iustitiæ, improborum consiliariorum & Aulicorum iudicum missio, & totius imperii idonea administratio. Actum etiam cum Cæsare de regis Romanorum electione, & comitiis propediem habendis. Benigne ad postulata respondit Cæsar, & comitiis proximis se interfuturum, sententiamque de noui regis electione dicturum, polli-

G. B. *T. IX. lib. I. pag.* 95. Aquisgranenses & Brunsuicenses motus. CARAFFA *pag.* 46. *Mercurius T. IX. lib. I. pag.* 71. *sequ.* LVDOLPH *l. c. pag.* 353. *sequ.* Scripta apud MEYERVM *suppl. Lond. T. I. pag.* 626. Ligistarum conuentus Herbipolitanus eodem anno. LVDOLPH *l. c. pag.* 357.

licitus est. (*m*) Dum igitur verno tempore comitia decernuntur, mutatur interim scena, & bonus imperator ærumnis & ægritudine confectus media hieme de vita & imperio decedit. (*n*) Regna, quod cælebs esset imperator, adhuc viuenti, ita vt diximus, ex manibus extorserat *MATHIAS*. Idem paucis mensibus a fratris obitu interiectis imperator electus est. In breui autem interregno *JOHANNES*, Bipontinus, testamentarius tutor, frustra legitimo tutore reclamante, pro *FRIDERICO*, Palatino, annis minore principe, & *JOHANNES GEORGIVS*, Saxo, vicarium gesserunt imperium. (*o*)

Rudolphi obitus. An. cIↄ Iↄ CXII.

(m) MASENIVS *lib. XXIII. pag.* 453. *Merc.* G. B. *T. IX. lib. I. pag.* 124. LVDOLPH *lib. XI. cap. II. pag.* 352. 353.

(n) PIASECIVS *pag.* 281. *Merc.* G. B. *T. IX. lib. I. pag.* 149. *sequ.* GRAMMONDVS *lib. I. pag.* 31. LVDOLPH *lib. XII. cap. II. pag.* 383. MASENIVS *Ann. Treu. lib.* XXIII. *pag.* 453.

(o) LVDOLPH *lib. XII. cap. II. pag.* 384. Diplomata Vicariatus exhibent GOL-

CAPVT III.

RES MATHIAE IMPERATORIS.

I.

Status Germaniæ. Plena motuum & turbarum erat Germania, cum eius imperium, quinto a Rudolphi morte mense, Francofurti, post varias electorum deliberationes & disceptationes, ad præsentem MATHIAM deferretur. *Mathiæ electio & ingenium.* (*p*) Qua quidem princeps erat, vt Rudolphus frater, placidissimi ingenii,

DASTVS *Pol R-Hand. P. VII. pag.* 208. LONDORPIVS *T. I. pag.* 100. 101.

(p) PIASECIVS *pag* 281 MASENIVS *Ann. Treuir. lib* XXIII. *pag.* 454. *Mercurius* G. B. *T.* IX. *lib. I. pag.* 153. *lib. II pag.* 71. LVDOLPH *lib.* XII. *cap.* II. *pag.* 384. *sequ.* Protocollum electionis & coronationis solennia exhibet GOLDASTVS *Pol. R-Hand. P.* I. *pag.* 92. *sequ.* Varia scripta & Capitulatio apud LONDORPIVM *T.* I. *cap.* XXI. *pag* 103. *sequ.* Adde BERNH. PRÆTORIVM *in Corona Imperiali.*

genii, fortisque, & ſatis prudentis, animi, multa in eo, vt componeret motus & quietem reſtitueret, ſpes publice collocabatur. Quod minus vero eſſet difficillimi, quod tunc erat futurum, regiminis callidus, dolisqueHiſpanorum cauendis prorſus impar; tantum mox Hiſpanica conſilia aulam eius rexerunt, quam nunquam antea; tantumque auctæ ſunt eius ætate turbæ, vt demum non potuerint non in grauiſſimum bellum cum fine eius imperii erumpere.

II. Poſtquam nouus Cæſar a Moguntino Pontifice eodem in loco, vbi electus erat, vna cum Auguſta inuſitato diu more ſolenniter eſſet inauguratus; (q) prima Ratisbonæ, cum Noriberga ſibi debitum honorem hac vice deprecaretur, habenda comitia ſtatim indixit. Ibi maiore, quam vnquam antea, contentione atque animoſitate litem ſuam Pon-

Contentioſa Ratisbonenſia comitia.

(q) LVDOLPH *pag.* 385. *ſequ.* & reliqui auctores modo laudati.

An. cIↄ Iↄ CXIII.

Pontificii atque Proteſtantes Cæſare præſente egerunt. Poſtulauerat Cæſar auxilia, quod Turci ſubinde violatis induciis fines Hungariæ atque Auſtriæ intutos infeſtosque redderent. Propoſuerat matriculæ emendationem, monetæ & Calendarii reformationem, illuſtrium de prærogatiuis principum controuerſiarum deciſionem, publicæ pacis curam. *Proteſtantes*, qui *Correſpondentes* modo adpellati, declinatis conſultationibus, vt querelis ſæpe expoſitis ſatisfieret, vt Religioſa pax ſanctior haberetur, vt Camerale & præcipue Aulicum iudicium faceſſere ab iniuriis iuberetur; vt DonaWerda reſtitueretur, nec ſententiis maioribus ſtaretur, cum contributionum aut præſertim Religioſæ tractentur cauſæ, impenſe poſcere. Contra *Catholici* non minus turbatæ cum profanæ tum religioſæ pacis reos Proteſtantes agere, nec parum violentiam eorum incuſare. Dum concertatur itaque vtrinque accuſationibus & factorum criminatio-

tio-

tionibus, pauci quidem cum Cæſare & Catholicis Proteſtantes principes fecere, &, quaſi publice Cæſaris rogationes eſſent probatæ, Receſſum Imperii publicarunt. At continuo ſolenni more ceteri Proteſtantes coram notario atque teſtibus ſunt teſtati, inuitis inſciisque ſe transacta decreta minime probaturos, aut vice legis vnquam habituros. Quibus actis infeſtioribus animis eſt diſceſſum, ac erat conuentum. (*r*)

III. Anno poſtea Cæſar in Italia bellum, quod Sabaudiæ Dux cum Mantuano in Montisferratenſi cauſa adminiſtrare cœperat, ſua auctoritate & proſcriptione Sabaudo intentata compoſuit; atque litigioſæ prouinciæ Mantuanum poſſeſſorem por- *Italicæ turbæ.*

(r) PIASECIVS *pag.* 284. MASENIVS *p.* 455. CARAFFA *pag.* 48. 49. *Mercurius* G. B. *T.* IX. *lib.* IV. *pag.* 92. *ſequ. T.* X. *lib.* I. *init. ſequ.* LVDOLPH *lib.* XII. *cap.* II. *pag.* 390. *lib.* XIII. *cap.* II. *pag.* 425 - 446. Varia in his comitiis acta exhibent GOLDASTVS *Pol. R-Hand. P.* XXV. *pag.* 1050. LONDORPIVS *T.* I. *p.* 114. *ſequ.* MEYERVS *T.* I. *p.* 671. *ſequ.*

Juliacensia dissidia. An. cIↄ Iↄ CXIV.

porro esse iussit. (*s*) In Germania tunc vno alteroque anno rursus ad bellum flagrantia odia videbantur spectare. Dissidere inter se variis modis Juliacensium ditionum possessores principes cœperant. Frustra tentata litium amica compositione, ad arma ventum. Dum quidem primo hoc tempore *Wolffgangus Guitielmus*, Neoburgicus Dux, ducta Bauarica principe, Pontificia sacra amplexus esset; Hispanicis & Ligistarum copiis acceptis excludere Brandenburgicum a possessione vario modo conatus est. Contra Bataui strenue *Johannis Sigismundi*, Brandenburgici Electoris, qui eodem tempore reprobata Lutheri doctrina Caluini sententias probauerat, causam defendentes, Cliuiam, Marcam, Rauensbergam, partem maximam, actis aliquot expeditionibus occuparunt, Hispanorumque adeo turbarunt consilia. Quod vero Hispani, Batauique inducias nuper fecerant,

(s) LVDOLPH *lib.* XII. *cap.* I. *p.* 382. *lib.* XIII. *cap.* I. *p.* 421 - 424.

cerant, apertius inter eos bellum non geſtum eſt, ſed ſatis habuerunt alter alterum præuenire, occupatasque vrbes principibus tradere, quorum cauſæ fauebant. Decernentibus etiam, qui in Inferiori Saxonia primo harum turbarum anno conuentum celebrarunt, principibus, pax hac vice ab omnibus præoptata bello. Itaque demum non odiis, ſed armis, poſitis, quæ antea communi nomine adminiſtratæ erant, nunc primum demum laceratæ prouinciæ, & in litigioſam verſæ poſſeſſionem, donec poſt aliquot annos lis prima vice tranſigeretur. (*t*)

IV. Edidit Cæſar ſub idem tempes nimis probatorum Hiſpanicorum conſiliorum ſatis improbum ſpe- *Aquisgranenſis proſcriptio.*

(t) *Mercurius* G. B. *T.* X. *lib.* II. *p.* 27. *ſequ. lib.* III. *p.* 53. *ſequ.* PIASECIVS *p.* 288. CARAFFA *p.* 42. 46. 51. MASENIVS *lib.* XXI. METERANVS *lib.* XXXI. LVDOLPH *lib.* XIII. *cap.* II. *p.* 446. 447. *lib.* XIV. *cap.* II. *p:* 485 - 496. *lib XV. cap.* II. *p.* 525 - 528. *ſequ.* Acta publica apud LONDORPIVM T. I. *p.* 169. MEYERVM *T.* II. *p.* 8.

An. cIↃ IↃ. CXV. ſpecimen. Aquisgranenſis ciuitas, quod Proteſtantes ciues a Pontificio ſenatu oppreſſi ſeditionem nouam excitaſſent, iterum proſcripta, & contra leges imperii ſententiæ exſequutio Alberto, Auſtriaco, mandata: qui protinus miſſo cum Hiſpanicis copiis, quæ ſatis multæ in Juliacenſibus terris erant, *Ambroſio Spinola* vrbem, eiecto Brandenburgico præſidio, occupauit, & Proteſtantes male mulctatos ſolum vertere coëgit. Eadem Spinolæ expeditione Mulhemum, vrbs ex aduerſo Coloniæ Agrippinenſis ſita, nuper odio Proteſtantium fauore Colonienſium proſcripta, & iam expugnata vaſtataque eſt: ciuibus Proteſtantibus in triſte eiectis exſilium. (*v*) Quæ duriores actiones, vt eſſent pes-

(v) *Mercurius* G. B. *T.* X. *lib.* II. *p.* 110. METERANVS *lib.* XXXI. *pag.* 37. PIASECIVS *pag.* 288. LVDOLPH *lib. XIV. cap. II. pag.* 488 - 491. Scripta varia in LONDORPIO *T. I. p.* 160. & MEYERO *T.* I. *pag.* 646.

pessimi exempli, ita magis aptæ erant excusare nouum fœdus, quod tunc Correspondentes Principes cum Batauis icerant; quam illud Cæsarem, cuius iussu primi Hispani Germanicas res turbauerant, male haberet. (x) Iidem principes nouum tum Noribergæ couuentum celebrarunt, & cum de suis necessitatibus consultarunt, tum precibus a Saxoniæ electore impetrarunt, vt ipse apud Cæsarem pro Protestantibus intercederet, & solennem huc vsque visam violentiam deprecaretur. (y) Et Saxo quidem iisdem in litteris orauit Cæsarem, vt cum magna pars Juliacensium ditionum ab Hispanis occupata esset, suorum iurium ratio haberetur, ipseque in possessionis par-

Correspondentium principum fœdera & conuentus.

Cæsarea & Hispanica consilia in Juliacensi causa.

Q q

(x) *Acta apud* LONDORPIVM *T. I. p.* 106. 172. *sequ.* Formula fœderis in *Recueil T. III. p.* 102.

(y) *Mercurius* G. B. *T. X. lib. III. pag.* 79. LVDOLPHVS *lib. XV. pag.* 528. Litteræ electoris Saxoniæ apud LONDORPIVM *T. I. pag.* 183. De conuentu Hailbronnensi & tractatibus cum Sax. Electore vid. LVDOLPH *lib. XIV. cap. II. pag.* 493. 494.

partem, cum præſertim publicam Inueſtituram nuper Cæſar conceſſerit, mitteretur. At facile exploratum, nec Neoburgico, nedum Saxonibus, Hiſpanos operam impendiſſe, ſed ſolas captaſſe occaſiones, vti ipſi controuerſarum ditionum inter flagrantes turbas potirentur. (z)

Turcicæ induciæ prorogatæ.

V. Inter hæc inſtauratæ Turcicæ induciæ, & denuo in nouos XX. annos prorogatæ. Non violatam pacem, ſed talionis iure quædam hoſtilem in modum acta, Turcicus legatus adfirmauit. Eum Cæſar in Auſtria audierat, (a) in qua turbatæ religionis cauſa non minores erant, quam alibi, motus. Impenſe petierant Proteſtantes, vt plena pax daretur religioni, & quæ turbata eſſent, vti in integrum reſtituerentur. Sed noluit Cæſar, niſi nobiles libero exercitio religionis donatos; adhæc relictum

Auſtriaci pleniorem religionis libertatem petunt.

(z) LVDOLPH *lib. XIV. cap. II. pag.* 493. *lib. XV. cap. II. pag.* 528.

(a) *Merc.* G. B. *T. X. lib. IV. pag.* 76. *T. XI. lib. II. p.* 31. LVDOLPH *lib. XV. cap. II. pag.* 537. 538. Formula pacis in *Recueil T. III. p.* 223.

lictum iudicio voluit, quod ſemel in iſtud adductum eſſet. (*b*)

VI. Dum porro vbique in Germania inter ſpemque metumque grauis belli omnes verſarentur; pax quibusdam ciuitatibus, quæ priuatim turbatæ fuerant, redditur. Francofurtum ad Mœnum, & Wormatia, in ſeditione ciuium grauiſſima periclitatæ erant: nunc punitis rebellibus pacatæ ſunt. Brunſuicenſis ciuitas nuper proſcripta a Cæſare, obſeſſa a *FRIDERICO VLRICO* Duce, cum vtroque rediit in gratiam: &, vt duci fidem & clientelam præſtaret, priſcis priuilegiis & iuribus eſt relicta. (*c*) Quod tamen Hamburgum & Lubeca, Hanſeaticæ præcipuæ ciuitates, fortunam aduerſiorem metuerent, cum Batauis exemplo Vnitorum fœdus fecere, & eorum ſe tutelæ commiſerunt. Quod quidem fœdus

Varii priuati motus compoſiti.

An. cIↄ Iↄ CXVI.

Hanſeaticarum Ciuitatum fœdus cum Batauis.

(b) LVDOLPH *lib. XIV. cap. II. pag.* 495. *lib. XV. cap.* II. *pag.* 535. 536.

(c) LVDOLPH *lib.* XIII. *cap. II. pag.* 447. 448. 449. *lib. XIV. cap. II. pag.* 497-500. *lib. XV. cap. II. pag.* 529-535. *lib. XVI. pag.* 578.

Cæſari admodum diſplicuit, cum præſertim Magdeburgum fœderi conſenſiſſe accepiſſet. Vnde monere non deſtitit & hortari, vt ſoluatur fœdus, ſolique imperatori & imperio fides habeatur. (*d*)

Ferdinandus a Mathia adoptatus & Boiobœmi rex declaratus. An. cIↄ Iↄ CXVII.

VII. Manifeſtatum proximis annis, quo Hiſpanorum Catholicorumque tendant conſilia. *FERDINANDVS, Caroli* Archiducis filius natu maior, dudum ſummo auitorum ſacrorum ſtudio cognitus, dignus Hiſpanis viſus, auſpiciis cuius perditam Papa dominationem in Germania recuperaret. Igitur ſuadere non deſtiterunt Mathiæ, donec is fratrum conſenſu, quod ipſe nullam prolem haberet, adoptaſſet Ferdinandum; poſtque paulo in Pragenſibus comitiis eum Boiohœmi regem renunciaret, & inaugurari iuberet. Jurauit quidem Ferdinandus, ſe regni iura litterasque Maieſtatis ſedulo obſeruaturum. (*e*) Quam autem notum

(d) LVDOLPH *lib. XVI. pag.* 578. 579. 580.

(e) CARAFFA *pag.* 54. MASENIVS *pag.* 460. PIASECIVS *pag.* 303. NIC. BEL-

tum esset omnibus, quo odio Protestantes insectetur, & Bohœmi, quotquot non essent Pontificii, grauiter illam rem tulerunt, & Vniti non exiguum inde periculum ominati sunt. Conuenientes ideoque Hailbrunnæ, licet moneret Cæsar, vt tandem Vnionem soluerent; cum nulla spes communibus superesset votis, non modo non a fœdere discesserunt, verum etiam illud nouis consiliis firmarunt & auxerunt. (f)

Vnitorum Hailbrunnensis conuentus.

VIII. Cæsar, postquam Pragæ Ferdinandus regno inauguratus esset, cum eo Dresdam ad Saxoniæ Electorem profectus est; cum quo egit, vti Ferdinandus senescente se Romanorum rex eligatur. Saxonici consensus securus, electorum conuen-

Dresdensia Cæsaris Regis & Saxoniæ Electoris consilia.

 tum

LVS *lib. I. pag.* 9. 10. *sequ.* LVDOLPH *lib. XVII. cap.* II. *pag.* 611. *sequ. cap.* III. *pag.* 619. *sequ.* Acta publica apud LONDORPIVM *T. I. pag.* 350. *sequ.*

(f) LVDOLPH *lib.* XVII. *cap.* III. *pag.* 622. *cap.* II. *pag.* 614. 615. 616. LONDORPIVS *T. I. pag.* 358.

tum propediem indicturus erat. (g) Correſpondentes vero principes nulli operæ parcendum rati, vt iſta electio interuertatur, varios alios principes deſtinabant ad imperium.

Vniti contra Ferdinandum faciunt.

FRIDERICVS, Palatinus Elector, non ipſe alienus viſus ab imperii cupidine; modo Maximiliano, Boioariæ Duci, modo Sabaudiæ principi, blandiebatur, ſuamque, vt imperium obtinerent, operam pollicebatur. Vt fruſtra eſſent iſta conſilia, effectum tamen, vt decreta electio Ferdinandi, cum Vnitorum ſtudiis diuerſis, tum Bohœmicis, qui mox nati ſunt, motibus, interturbaretur.

An. cIↄ Iↄ CXVIII. *Ferdinandus fit rex Hungariæ.*

(h) Obtinuit nihilominus Ferdinandus, vt altero a Bohœmico diademate accepto anno Hungariæ etiam rex Poſonii poſt ſolennia iuramenta, quibus ſecuritati religionis præcipue

(g) CARAFFA *p.* 56. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXI. LVDOLPH *lib.* XVII. *cap.* II. *pag.* 613. 614.

(h) CARAFFA *l. c.* Acta apud LONDORPIVM *T.* III. *p.* 606. *ſequ.*

cipue profpectum erat, declararetur. (*i*)

Bohœmicarum turbarum initia.

IX. Jam cœperat tum vehementiſſime Boiohœmum concuti, & ad diriſſimi belli, quod huc vsque ſatis præparatum viſum, initia propius accedi. Vario modo cauillati Catholici litteras Maieſtatis, admodum Proteſtantes vexauerant. Hi demum captis conſiliis violentioribus, cum præter minas parum æqui mandata Cæſaris pollicerentur, regiam petierunt arcem, &, poſt varias cum regiis miniſtris diſceptationes, duos præcipuos & honoratiorem ſcribam, more proditores patriæ puniendi veteri, de feneſtris præcipitarunt. Actio quæ erat ſatis ſæua & inconſiderata, non poterat niſi maxime Cæſaris animum offendere. Bohœmi, licet ſubmiſſe facta excuſaſſent apud Cæſarem, copias tamen conſcripſere,

(i) *Mercurius* G. B. *T.* XII. *lib.* II. *pag.* 126. *ſequ.* MASENIVS *Ann. Treu. lib* XXIII *p.* 463. BELLVS *lib.* II. *init.* PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXI. LVDOLPH *lib.* XIIX. *cap.* III. *pag.* 676. LONDORPIVS *A. P. T.* I. *p.* 374.

re, delectus habuere, XXX. rerum omnium rectores constituerunt, Jesuitas ex toto regno expulerunt: hæc omnia causati ad solam spectare iuris sui defensionem. (*k*) Igitur Cæsar etiam, qui, cum Saxoniæ Elector & Vniti pro Bohœmis intercederent, non a pace, dum mitteretur a Bohœmis conscriptus miles, alienus erat; obstinatione Bohœmorum iratior exercitum tendere iussit in Boiohœmum, & rebelles, qui vocabantur, ad officia reducere. Contra hi Batauorum exemplo audaciores, & Vnitorum potentiæ nimis fidentes nihil cedere vltra de suis moliminibus, & hostium instar Austriacorum habere exercitum. (*l*)

X.

(k) CARAFFA *p.* 58. *Mercurius* G. B. *T.* XII. *lib.* II. III. BELLVS *lib.* II. *p.* 49. PIASECIVS *p.* 313. MASENIVS *lib.* XXIII PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXII. LVDOLPH *lib.* XIIX. *cap.* III. *p.* 667 - 674. P. PAPPVS *Epit. Germ. rer. p.* 8. LONDORPIVS *A. P. T.* I. *pag.* 411.

(l) CARAFFA *p.* 59. 60. *Mercurius* G. B. *T.* XII. *lib.* II. *pag.* 99. PVFENDORF *l. c.* LVDOLPH *lib.* XIIX. *cap.* III.

X. Dum hac fierent in Boiohœmo, nihil pacatior reliquarum Austriacarum ditionum, nec quietior ceteræ Germaniæ status. Austrii & Silesii postulare, vti satisfiat Bohœmis, sin minus, non se magis libertati religionis defuturos. Sane Cæsar instaurare pacem paratus, a solis Hispanorum consiliis & Ferdinando rege videtur impeditus. (*m*) Cardinalis *Cleselius*, quod pacem suasisset Cæsari, Ferdinando iubente, inuito Cæsare, tum captiuus abductus est. (*n*) Visa Hispanis occasio

Turbæ in ceteris Austriacis ditionibus.

An. cIↃ IↃ CXIX.

Qq 5 op-

pag. 674. 675. 676. Litteræ Batauorum ad Bohœmos apud LONDORPIVM *T. I. pag.* 545.

(m) CARAFFA *pag.* 64. 65. 66. *Mercurius* G. B. *T.* XII. *lib. III. pag.* 80. PVFENDORF *lib. I. n. XXIV.* BELLVS *lib. II.* LVDOLPH *lib. XIIX. cap. III. pag.* 709.

(n) *Mercurius* G. B. T. *XII. lib. II. pag.* 146. PIASECIVS *pag.* 311. BELLVS *lib. II. pag.* 60. GRAMMONDVS *lib. IV. pag.* 242. BAPT. NANI *Hist. Ven.* T. *I. lib. IV.* LVDOLPH *lib.* XIIX. *cap. II. pag.* 666 - 668.

opprimendi Protestantes nimis opportuna atque commoda, ac quæ dimitti ex manibus debeat. Ideo in Germania Vniti, qui Rotenburgi &alibi passim conuenerant, quique nuper Vdenheimensem arcem a Spirensi Episcopo muniri cœptam armata manu destruxerant; Bohœmicæ causæ non parum fauere, & clam eis submittere auxilia cœperunt. Fridericus elector apertius pro Bohœmis facere, & iam tum conari, vt Ferdinandus cum a Boiohœmii regno, tum ab imperio, excluderetur, & hoc Sabaudus, alterum ipse, acciperet. Contra Ligistæ non esse desidiosiores, & consilia opponere consiliis, & satis laborare strenue, vt ad suæ causæ commoda res inclinarentur. (*o*)

Vnitorum crebri conuentus & consilia.

Ligistarum consilia.

XI.

(*o*) CARAFFA *pag.* 60. 61. 62. *Merc.* G. B. *T. XII. lib.* II. *pag.* 68. *sequ. lib. III. p.* 43. MASENIVS *p.* 460. BELLVS *lib.* II. *pag.* 79. *sequ.* LVDOLPH *lib.* XIIX. *cap.* II. *p.* 665. 666. Acta publica apud LONDORPIVM T. I. *pag.* 376.

XI. Cæſar hiſce fatalium bellorum primordiis haud diu ſuperfuit, ſed mœrore & ærumnis, vt frater, confectus, menſe ante obiit, quam dies Egrano conuentui, quo de pace rurſus ageretur, dictus illuxiſſet; anno poſtea, quam vxor *ANNA*, *Ferdinandi* Archiducis filia, cum qua quidem liberos nullos genuerat, obiiſſet. (*p*) Cum exſtincto placido Imperatore, & cui hoc maxime vitio vertendum, quod decipi ſe Hiſpanicis conſiliis paſſus eſt, exſtincta eſt ſpes pacis, & contra nefarii belli fax accenſa eſt. *Obitus Mathiæ.*

CAPVT

(p) Pacis ſtudia Egræ deſtinata. CARAFFA *p.* 66. *Mercurius* G. B. T. XII. *lib.* III. A. P. apud LONDORPIVM T. I. *p.* 535. De obitu Imperatoris & Imperatricis. *Mercurius* T. XII. *lib.* IV. *pag.* 10. PIASECIVS *pag.* 317. GRAMMONDVS *lib.* IV. *pag.* 240. MASENIVS *pag.* 464. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXIV. LVDOLPH *lib.* XIIX. *cap.* II. *p.* 668. *lib.* XIX. *cap.* II. *p.* 705.

CAPVT IV.

RES FERDINANDI II. IMPERATORIS.

I.

Ratio status Germaniæ.

Non visus hactenus nemini maximarum Germaniæ turbarum verus fons, mutuum, quo inter se Catholici & Protestantes flagrarunt, odium; quod primi quidem Catholici a Papa concitati, & ex ipsius religionis suæ quodammodo indole, accenderant: quod vero nec sopire aut placare admodum Protestantes conati; quin idem potius frequenter suspicacibus violentisque consiliis aluerint atque exacerbauerint. Quod eruperint demum in perniciosum bellum turbæ, non minorem Catholicorum atque Protestantium culpam agnoscimus. Illi tamen, cum horum inconsiderantia res inconsultæ passim pessundarentur, abusi occasione opprime-

mere Protestantes prorsus vtique parati erant. Verum vtrique fortassis tristi mutuorum odiorum effectu forent sub iugum missi, nouusque plane Germaniæ status foret inductus; nisi parum præuisa fortuna, interturbatis improbis consiliis, labentibus succurrisset rebus, moxque ruituram Germanicam libertatem restaurasset.

Difficilis electio Ferdinandi.

II. Orienti bello Cæsare Mathia intermortuo, vicarium imperium Palatinus & Saxo electores susceperunt. Quam cuperent multi diuturnius interregnum, vt Vicariorum auctoritate Egrana pacificatio posset transigi; tam noluerunt Catholici in Protestantium manu diu esse imperium. Indicta itaque proxima noui imperatoris electione, Ferdinandus quidem præsens admissus in electoribus; licet magnopere repugnarent Bohœmi, suisque legatis dicendam poscerent sententiam. At nihilominus de eo excludendo ab imperio multum laboratum. Præter Palatinum electorem,

rem, Bohœmos, & Vnitos, Angli, Bataui, Veneti, Sabaudus, omnem alium atque Ferdinandum imperatorem, concupiuere. (q) Tandem tamen Gallis cum Papa, Hiſpanis, & Catholicis, facientibus, ſex electorum ſuffragiis, ſolo Palatino Electore *MAXIMILIANVM* Bauarum nominante, electus eſt Francofurti ille Ferdinandus, pauloque deinde acceptata Capitulatione ibidem inauguratus. (*r*)

III.

(q) *Mercurius* G. B. T. XII. *lib.* IV. *p.* n. 104. *sequ.* BELLVS *lib.* III. *pag.* 176. 198. CARAFFA *p.* 68. PIASECIVS p. 318. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXV. XXVI. ADLZREITERVS *P.* III. *lib.* IV. *n.* I. II. LVDOLPHVS *lib.* XIX. *cap.* II. *pag.* 705. 706. 707. A. P. apud LONDORPIVM T. I. *pag.* 657. 663. *sequ.*

(r) *Merc.* G. B. *T.* XII. *pag.* 140. 152. BELLVS *lib.* III. *pag.* 220. 245. CARAFFA *p.* 72. 73. PIASECIVS *pag.* 319. PVFENDORF *num.* XXVI. ADLZREITERVS *l. c. n.* XI. XII. GRAMMONDVS *lib.* IV. *pag.* 243. MASENIVS *lib.* XXIII. *pag.* 464. LVDOLPH *l. c. p.* 707. A. P. *apud* LONDORPIVM T. I. *pag.* 700. *sequ.*

III. Fuit FERDINANDVS *CAROLI* Archiducis, filius, *FERDINANDI I.* nepos, ex Bauarica matre *MARIA* natus; princeps seuerioris subtristisque ingenii, haud parum prudens, at a pueris totus Hispanicis consiliis, quibus & regna & imperium fere debuit, maximoque Catholicæ religionis studio, cuius non simplicia specimina adhuc iuuenis dederat, institutus & imbutus. (*s*) Stiria ipsi ex patria hæreditate obuenerat: vnde, quod Vscoci imperio eius parentes Venetos vexassent, nuper cum hisce odiis & deinceps bello commissus erat, & licet pace post biennium facta non tamen facti exuit inuidiam. (*t*) Adopta-

Ferdinandi natales, ingenium, & res priuatæ.

(s) BVCHOLZER *pag.* 662. PIASECIVS *pag.* 497. GVILH. LAMORMAINVS *de Ferd.* II. *virtutibus cap.* I. *sequ.* NIC. VERNVLÆVS *Virt. Austr. cap.* I. V. ADLZREITER *P.* III. *lib.* XXII. *num.* III.

(t) PIASECIVS *p.* 296. 303. *Merc.* G. B. T. XI. *lib.* II. T. XII. *lib.* I. NANI *Hist. Ven. lib.* I. II. III. LVDOLPH *lib.* XV. XVI. XVII. *cap.* I. *in singulis.* Pacis tabulæ in *Recueil* T. III. *pag.*

Adoptatum denique a Mathia, Boiohœmicum &Hungaricum regnum esse adhuc eo viuente sortitum; iam satis supra enarratum. (v)

Bohœmorum infesti conatus.

IV. Ordo ingrauescentium indies turbarum, bellique trahi nuper ex iis in Boiohœmo cœpti, hic est. Ferdinandus, cum antea vehementer a pacis consiliis alienus fuisset, dum viueret adhuc Mathias; eo mortuo certa ratione mutatis consiliis pacem vtique præoptasset bello, si per Bohœmos licuisset. Hi vero versa vice quasi de secundissimis rebus suis securi, omnes pacis æquas conditiones cum a Rege tum ab Electoribus oblatas reiecerunt; aut tales proposuerunt, quibus nisi victus nunquam se obstringi Cæsar passurus erat. Facto deinde cum Silesiis, Lusatis, Morauis, Austriis, atque Hungaris, fœdere, publice renunciarunt Ferdinando fidem atque

142. Acta publica apud LONDORPIVM T. I. *pag.* 371. MEYERVM T. II. *pag.* 63.

(v) vid. *paulo supra cap.* III. *num.* VII. *litt. e. num.* IIX. *litt. i.*

que obſequia: cauſati conrra liberum eligendi ius ſuum violenter ſibi imperatum regem, nec eum omnino pactis legibusque ſtetiſſe, ſed regni iura & populi libertatem crudeli modo adflixiſſe. Mox ſub idem tempus, quo Ferdinandus Cæſar electus eſſet, cum Sileſiis atque Morauis conſiliis communicatis, eum Bohœmico regno mulctarunt; nouumque ſibi regem FRIDERICVM, Palatinum electorem, quem regno digniſſimum omnium iudicabant, ſatis inconſulte ſtatuerunt. Et hac ratione magno Bohœmorum & totius Germaniæ malo ipſe excluſus nunc a pace Ferdinandus; quam, dum res primum turbarentur, ſpe plenæ Proteſtantium oppreſſionis prorſus reprobauerat. (*x*)

(x) *Mercurius* GALLO-BELGICVS T. XII. *lib.* IV. *pag.* 33. *ſequ.* T. XIII. *lib.* I. *pag.* 12. NIC. BELLVS *lib.* III. *p.* 179. *ſequ.* CARAFFA *pag.* 68. *ſequ.* PIASECIVS *p.* 317. *ſequ* PVFENDORF *l. c.* ADLZREITERVS *lib.* IV. *num.* IIX. XIII. MASENIVS *l. c.* GRAMMONDVS *l. c.* LVDOLPHVS *lib.*

Fridericus Palatinus Rex fit. V. Quæ rerum autem omnium solent esse vicissitudines, ægre anno extracto præter opinionem longe diuersus rerum status visus. Palatinus Elector, bonis omnibus dehortantibus, paucorum ministrorum, &, vt fertur, coniugis, Anglicanæ principis, suasu, Boiohœmicum oblatum diadema sumsit; & nunc publicis litteris suam causam tuetur. (y) Bohœmi, rege nouo secure inconsulteque Pragæ hærente, suasque agente delicias, vndique cum Vngaris, Austriis, Silesiisque, Cæsarem, bello infesto premunt. *Vnitorum consilia.* Vniti Noribergæ non recte Fri-

XIX. *cap.* III. *pag.* 709-716. Varia acta publica exhibet LONDORPIVS T. I. *p.* 574. *sequ.* 635. 712. *sequ.*

(y) *Mercurius* G. B. T. XIII. *lib.* I. BELLVS *lib.* III. *p.* 253. *sequ.* PVFENDORF *lib.* I. *n.* XXIX. MASENIVS *p.* 465. PIASECIVS *p.* 322. ADLZREITERVS *num* XIV-XXIV. XXVII. LVDOLPH *lib.* XIX. *cap.* III. *pag.* 716. 717. Acta publica exhibent LONDORPIVS T. I. *pag.* 718. *sequ.* LVNIGIVS *Staats-Consilia p.* 103

Friderici causam probant, eiusque defensionem, si hæreditariæ ditiones eius petantur, in se suscipiunt. Contra Pontificii conuenientes Herbipoli alacrius Cæsari operas suas non in defendendo, sed etiam inferendo vltra, bello spondent. (*z*) Mulhusi Electores, & in iis Saxo, item Cæsaris causam probant, & auxilia pollicentur. Tum postrema vice admonitus Palatinus addita proscriptionis mentione, visi ipse & socii ab iniuriis facessiuerint. (*a*) Mox seue-

An. cIↄ Iↄ CXX. *Ligistarum acta.*

Bohœmi graui bello petiti,

(z) *Merc.* G. B. T. XIII. *lib.* I. *pag* 113. *sequ.* BELLVS *lib.* III. *p.* 291. *sequ.* CARAFFA *pag.* 77. 78. MASENIVS *p.* 465. ADLZREITERVS *num.* XXIX. *ad fin. libri.* LVDOLPHVS *lib.* XIX. *cap.* II. *pag.* 707 - 710. *lib.* XX. *cap.* II. *p.* 753. 754. 756. A. P. exhibet LONDORPIVS *T.* I. *pag.* 866. *sequ.*

(a) *Mercurius* G. B. *T.* XIII. *lib.* I. *p.* 224. *lib.* II. *p.* 19. BELLVS *lib.* IV. *p.* 348. *sequ.* CARAFFA *p.* 81. PVFENDORF *num.* XXX. *sequ.* PIASECIVS *p.* 325. ADLZREITERVS *P.* III. *lib.* V. *num.* X. LVDOLPH *lib.* XX. *cap.* III. *pag.* 764. 765. A. P. apud LONDORPIVM *T.* I. *p.* 932. *sequ.* *T.* II. *p.* 11. *sequ.*

ſeuerius bellum adminiſtratum. *Spinola* cum Hiſpanico exercitu duxit in Rhenanum Palatinatum & vicinas prouincias: cum terrendo tum decipiendo Vnitos, quorum inconſtantiam & inconſiderantiam Vlmenſis nouus conuentus ſatis oſtendit, proſperrime agens. Maximilianus Bauarus cum Cæſareis copiis primum domat Auſtrios, deinde poſt Hungaricas inducias, dum Saxo Elector Luſatiam occupat, in Boiohœmum ducit. In ea regione prope Pragam fatale prælium, imprudentiſſime a Bohœmis commiſſum, nouum regem dignitate male ſumta, Bohœmosque, & Morauos, tantum non omni ſpoliauit libertate. Aegre rex ſe fuga cum coniuge & liberis in tutiora loca recepit. Bohœmi deſperata ſalute, cum Luſatis, Sileſiis, Morauisque, ad priſca reducti obſequia: vt tamen diriſſima a principibus coniurationis paulo poſt ſupplicia caperentur, & libertas religionis breui in Boiohœmo

& plene oppreſſi.

mo & Morauia penitus exſcinderetur. (b)

An. cIↄ Iↄ CXXI.

VI. Bohœmicis turbis compoſitis funeſtum bellum transferri in Germaniam cœptum. Nequicquam disſuadentibus & deprecantibus pro Friderico Palatino multis regibus atque principibus, ipſe cum ſociis, militiæque quibusdam ducibus, *Johanne Georgio*, Brandenburgico, *Chriſtiano*, Anhaltino, Mansfeldico, &

Bellum in Germania pasſim accenditur.

(b) *Mercurius* G. B. *T.* XIII. XIV. CARAFFA *p.* 79. *ſequ.* BELLVS *lib.* IV. V. PIASECIVS *p.* 324. *ſequ.* PVFENDORF *lib. I. num.* XXXI. *ſeqq.* GRAMMONDVS *lib.* IV. *p.* 252. ADLZREITERVS *lib. V. num. XV. ad libri finem. Theatrum* EVROPÆVM *T.* I. latisſime, ſed ſtrictim & accurate LVDOLPHVS *lib. XX. cap.* II. *p.* 757 - 761. *cap.* III. *pag.* 765-771. *lib.* XXI. *cap.* II. *pag.* 10. 11. 12. 13. quem loco *Theatri* pasſim porro laudabimus. Varia ſcripta & acta publica exhibet LONDORPIVS *T.* II. *p.* 220. *ſequ. T.* III. *pasſim.* Plurima & Pontificii & Proteſtantes de hoc bello commentati, quorum vero enarratione ſuperſedendum. Vid. iudicium de iſtis ſcriptis LVDOLPHI *lib.* XXIV. *cap.* II. *p.* 200. 201.

& Hohenloico, Comitibus, a victore Cæſare proſcriptus eſt. *Maximiliano*, Boioariæ Duci, & *Alberto*, Archiduci, ſententiæ demandata exſequutione, alter Superiorem, alter Inferiorem, Palatinatum occupatum iuit. Contra Mansfeldius Comes, Durlacenſis Marchio, & Dux Brunſuicenſis, nihil territi fortuna Cæſaris, pro Friderici cauſa arma vbique oſtentant, nec parum primo negotii

Ruit Vnio. Ligiſtis & Hiſpanis faceſſunt. (*c*) Vniti vero extremo Hailbrunenſi conuentu habito, vt quondam Smalcaldici, male compoſitum fœdus partim Cæſaris minis, partim bonis Ligiſtarum & Hiſpanorum verbis, inducti, dum optimam ante ſpem præberent, ſoluunt. Nihilo autem minus, dum prædatorio more a ſingu-

(c) *Mercurius* G. B. *T.* XIV. *lib.* I. CARAFFA *p.* 94. *ſequ.* PIASECIVS *p.* 348. 349. BELLVS *lib. V. p.* 501. *ſequ.* PVFENDORFIVS *lib.* I. *num.* XXXV. *ſequ.* ADLZREITER *lib.* VI *ad num.* XIIX. LVDOLPH *lib.* XXI. *cap.* II. *p.* 9. 15. 20. 22. 23. A. P. apud LONDORPIVM *T.* II. *pag.* 306 *ſequ.*

gulis illis ducibus bellum trahitur, adeoque facile profligatur; a Cæsareis, Ligiſtis, & maxime Hiſpanis, nouo Auguſtæ fœdere coniunctis, & vaſtatur Palatinatus, & qui in Vnione fuerant, acerbe tractantur, & adeo iam nunc per maximam Germaniæ partem leuiſſimis captis cauſis bellum infeſtum circumfertur: certo, quod modo facile patuit, indicio, poſt oppreſſos Bohœmos maius quid Cæſarem Catholicosque moliri, & pro perpetuo ſuo in Proteſtantes odio proſternendi nunc omnes captare & præſtolari occaſiones. (*d*)

VII. Sane res quæ erat ſero nimis viſa & intellecta a Proteſtantibus. Nihil curatis Saxoniæ Electoris precibus, omnes Proteſtantes excedere ex Boiohœmo, Morauia, atque

Pontificiorum ſuperbi contra Proteſtantes conatus.

(d) BELLVS *lib. V. p.* 507. *ſequ.* CARAFFA *p.* 97. PIASECIVS *p.* 348. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXXV. ADLZREITER *lib.* VI. *n.* II. *& paſſim deinde.* LVDOLPH *lib.* XXI. *cap.* II. *p.* 15. 16. 17. A. P. exhibet LONDORPIVS *T.* II. *p.* 240. 371. *ſequ.*

atque Auſtria, iuſſi. Palatinatum ægre occupauerant Boioarii atque Hiſpani, cum vbique Pontificia ſacra inſtaurarentur. Palam non veriti Eccleſiaſticum Reſeruatum maligne interpretari Catholici; propeque nunc tolerantiam diuerſæ religionis, & patratorum a Proteſtantibus raptuum, abeſſe ab exitu, ſatis fidenter iactare. (*e*) Saxoniæ quidem Electori ceſſit Cæſar Luſatia, & Darmſtadienſi Landgrafio litigioſam regionem adiudicauit; vt præmia præſtitæ operæ vterque ferrent. At non leuiter mox pœnitere vtrumque, ſuis cum Vnitis diſſenſionibus Catholicorum vires prorſus formidoloſas factas eſſe. (*f*) Jam primum,

(e) CARAFFA *p.* 93. *ſequ.* BELLVS *lib.* *V. pag.* 609. PIASECIVS *p.* 359. *Merc.* G. B. *T.* XIV. *lib.* III. *p.* 45. ADLZREITER *lib.* VI. *init.* LVDOLPH *lib.* XXI. *cap.* II. *p.* 14. 15. 17. A. P. apud LONDORPIVM *T.* II. *p.* 555. MEYERVM *Lond. ſuppl.* T. I. *p.* 309.

(f) PIASECIVS *p.* 361. PVFENDORF *lib.* I. *n. XL.* BELLVS *lib.* VII. *pag.* 747. *lib.* IIX. *p.* 811. CARAFFA *p.* 152. 178. *Merc.* G. B. T. XIV. *lib.* III.

mum, cum viciſſet ad Pragam Cæſar, in vtroque Saxoniæ Circulo de copiis parandis, & defenſione libertatis, ſi opus fuerit, ſuſcipienda, conuentum erat. Nunc maiori contentione de ſecuritate laboratum, & ab Inferioris Saxoniæ principibus, in quibus ſimul *CHRISTIANVS*, Daniæ Rex, erat, Segebergæ de ſanciendo fœdere, de exercitu inſtruendo, & de ceteris neceſſitatibus, conſultatam. Verum, præter quod ſenſim bellum in haſce regiones a Rheno attraheretur, & deinde cum amico tum inimico exercitu grauiter terræ vaſtarentur; nihil prorſus adiumenti paci publicæ Segebergenſe fœdus præſtitit. (*g*)

Cura defenſionis paſſim publice ſuſcepta.

ſin. lib IV. *pag.* 22. T. XV. *lib.* I. *p.* 57. LVDOLPH *lib.* XXIII. *cap.* II. *pag.* 144. 146. 150. 151. Acta publica apud LONDORPIVM *p.* 735. LVNIGIVM *P. Sp. S.* I. *p.* 97.

(g) Primi conuentus in vtroque circulo. CARAFFA *p.* 79. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXX. *Merc.* G. B. T. XIII. *lib.* I. *p.* 212. Receſſus Sax. Infer. Conuentus apud LONDORPIVM T. I. *p.* 862. LVDOLPH *lib.* XIX. *cap.* II.

Machinis Protestantes circumuenti.

An. cIↄ Iↄ CXXII.

VIII. Non vi autem manifesta tantum, sed variis etiam dolis machinisque pars aduersa a Catholicis circumuenta. Intercessit pro genero Friderico socer *Jacobus*, Angliæ rex, cum Daniæ rege, aliisque principibus, apud Cæsarem vehementer. Causatus Cæsar, cum continuum per militiæ duces, ad quos nuper Fridericus præsens non sine insigni periculo accesserat, bellum ille gerat, improbe pacis agitari consilia. Suasu itaque soceri dimisit Fridericus militiæ Duces, &, vt placaret Cæsarem, iterum in Belgium exsulatum iuit. Sed vix inermis abierat Fridericus, cum Heidelberga vi, ceteræque arces deditione caperenter, omnisque demum Palatinatus in ditionem a Cæsare redigeretur. Dum rursus Mansfeldius Comes, & *Christianus*

p. 710. Segebergensis conuentus. CARAFFA *p.* 65. 100. PVFENDORF *lib.* I. *n.* XXXV. BELLVS *lib. V. p.* 510. *sequ.* LVDOLPH *lib.* XXI. *cap.* II. *p.* 17. 18. 19. Acta legatorum Danicorum cum Cæsare apud LONDORPIVM T. II. *p.* 391.

nus Brunſuicenſis hac illac perrumpunt armis, nec raro Catholicorum ditiones diris modis vexant & adfligunt; iterum miſero Friderico, qui ab iis cauſam diſſociauerat, Bruxellenſibus pacis tractatibus illuditur. Non minus ſocerum Jacobum, aliosque principes, aperte ludificati Hiſpani & Cæſarei. Petuntur paſſim induciæ, dum grauius bellum paratur. Tranſitus per regiones rogatur, & ipſæ prouinciæ inſidentur. Quibus machinamentis ex vno anno in alterum varii ſæuique belli ordo extractus. (*b*)

VIIII. Recruduerat interea ſubinde Hungaricum bellum. *Bettlebenus Gabor*, Tranſiluaniæ princeps, ægre oppreſſis Bohœmis, ruptis indu-

Hungarica bella.

(b) *Mercurius* G. B. T. XIV. *lib.* I. II. III. CARAFFA *pag.* 111-150. PIASECIVS *p.* 350. *ſequ.* BELLVS *lib.* V. VI. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XXXVIII. *ſequ.* ADLZREITER *lib.* VII *tot.* LVDOLPH *lib.* XXI. *cap.* II. *p.* 24. 25. *lib.* XXII. *cap.* II. *p.* 83. *ſequ.* Scripta apud LONDORPIVM T. II. *p.* 529. 508. *&* *paſſim alibi.*

duciis bellum inſtaurauerat. Quod nequiret autem Sileſios & Morauos, bello nupero ſatis adflictos, ad nouam ſocietatem belli pertrahere, mox iam poſitis armis loco Hungariæ regis tituli, quem ſumſerat, imperii principis dignitate a Cæſare ornatus eſt. Iterum paulo deinde rupta pace diſtraxit Cæſaris in Germaniam impetum. Sed rurſus ſecundo anno, ex quo denuo cœptum erat bellari, cum Cæſare in gratiam rediit. (*i*) Sub omne hoc tempus turbata adhuc erat Italia. Ex Mantuanis litibus nouum bellum inter Sabaudiæ ducem & Hiſpanos tractum erat. Quo ægre Gallorum in-

Turba Italiæ.

(i) PIASECIVS *p.* 310. 322. 323. 328. 350. *ſequ.* 362. 371. CARAFFA *pag.* 76. 84. 91. 94. 101. *ſequ.* 160. 171. BELLVS *lib.* III. IV. V. VI. VII. *pasſim. Merc.* G. B. *T.* XIII. XIV. XV. PVFENDORF *lib. I. n. XXVIII. ſequ.* LVDOLPH *lib. XIX. cap. III. S. II. pag.* 718. 719. 720. *lib. XX. cap. III. S. II. pag.* 772. 773. 774. *lib. XXI. cap.* III. *pag.* 24-29. *lib. XXII. cap.* II. *pag.* 94 - 97. *lib. XXIII. cap. III. pag.* 150 -153. *lib. XXIV. cap.* III. *pag.* 200 - 203.

interuentu ſopito, Griſones, mutuis diſcordiis diſtracti, Vallis Tellinæ cauſa cum Hiſpanis commiſſi ſunt. Quod negotium ad oppreſſionem Proteſtantium ſpectare videretur, alacriter Auſtriaci Hiſpanos iuuerunt. Verum Gallis Venetisque contra Hiſpanos facientibus, diu quidem protractum bellum: at exiguo horum Auſtriacorumque, qui præterea nimis Germanicis bellis diſtinebantur, commodo. (*k*)

Ratisbonenſia comitia. An. cIɔIɔCXXIII.

X. In Germania bellicos inter tumultus ſub vigeſimi ſecundi anni finem cum florentiſſima armorum fortuna prima comitia Ratisbonam indixit Cæſar. Non pacis inſtaurandæ, ſed pleniorem Proteſtantium oppreſſionem moliendi, cauſa conuocatum comitium, omnia declararunt. Pauci, quos impenſe Cæſari fauere conſtabat, conſcripti. Electoralis dignitas, nequicquam deprecantibus Saxonico atque Bran-

(k) late LVDOLPH *lib.* XIII. XIV. *&* *ſequentibus ad librum XXVII. in ſingulis Capite I.*

Brandenburgico Electoribus, parumque Neoburgici Ducis & agnatorum curata intercessione, Bauaro Duci *MAXIMILIANO* solenni ritu collata. Nulla pacis mentione nisi dicis caussa facta, & ceteris præterea propositionibus leuissime transmissis, discessum. (*l*) Saxo quidem & generatim Protestantes indignissime ferre & conqueri violenta hæc Cæsaris & Catholicorum, qui iam passim diris modis vexabant Protestantes, & soluta dudum Vnione suum tamen fœdus Ligamue firmabant & augebant, consilia. At alteri, satis improuido futurorum, facile proximo anno Sleusingæ satisfactum, & impetratum, vt Maximilianum Ele-

Indignatio Protestantium generalis.

(l) CARAFFA *pag.* 117. *sequ.* BELLVS *lib. VII.* PIASECIVS *pag.* 359 - 364. PVFENDORF *lib. I. num. XL. Mercurius* G. B. *T. XIV. lib.* III. IV. ADLZREITERVS *lib.* VII. *num.* XLII. *lib.* VIII. *ad num.* XXI. *Theatrum* EVROPÆVM T. I. *pag.* 712. 716. *sequ.* LVDOLPHVS *lib.* XXIII. *cap.* II. *pag.* 134-143. Acta publica apud LONDORPIVM T. II. *pag.* 651 - 661. 670. 674. 699. 732. 795.

Electorem agnoſceret. (*m*) Ex his paulo prouidentioribus, Saxoniæ Inferioris Principes nouum Brunſuici fecerunt fœdus, omneque metuendum bellum ſtrenue defenſuri, copias coëgerunt, & *CHRISTIANVM*, Brunſuicenſem, militiæ ſuæ delegerunt ducem. Male vero ceſſere ſatis conſulti, ſed parum præparati, conatus. Continuo *Tillius* inuaſit in Inferiorem Saxoniam. Luneburgico nouo conuentu Chriſtianum ducem exauctorare coacti principes. Nihilo minus, licet a Tillio fugato & victo ad Stadtloam Chriſtiano, licet poſitis prorſus armis, male tamen habiti fœderati, & acerbiſſimis exactionibus tantum diu exhauſti, quantum primo hoſtili impetu miſere vaſtati. (*n*)

Fœdus Brunſuicenſe Saxoniæ Inferioris principum.

XI.

(m) PIASECIVS *pag.* 372. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XL. BELLVS *lib.* IIX. *pag.* 825. CARAFFA *p.* 179. LVDOLPH *lib.* XXIV. *cap.* II. *pag.* 198. *lib.* XXIII. *cap.* II. *p.* 144. ADLZREITERVS *lib.* IX. *num.* XXI. XXII. XXIII. *vsque* XXXV.

(n) *Mercurius* G. B. T. XIV. *lib.* III. IV. T. XV. *lib.* I. BELLVS *lib.* VII. *pag.* 751.

Fœdus Parisiense contra Austriacos.

An. cIↄ Iↄ CXXIV.

XI. Per hanc Cæsareorum armorum fortunam, & victoriæ vicinam insolentiam & superbiam, expergefieri vicini reges, & Austriacæ potentiæ modum quærere. Angliæ Daniæque Reges siue prorsus spretos, siue crebro se dolis circumuentos, conquesti. Galliæ Rex non peti Protestantes, sed Germanicam libertatem, ratus, suis metuit rebus, dum illa prostrata foret. Venetos, Belgas, Sabaudiæque Ducem, veteres excitarunt offensæ. Omnes Parisiis in fœdus coiuere, & restituendum Fridericum Palatinum, coercendosque Austriacos, decreuere. Vt fit vero, dum suis rebus fœderatorum quisque studet, nihil magno fœdere est effectum. Quid vellent Cæsar & Catholici, libere nemineque prohibente porro peregere.

sequ. lib. IIX. *init.* PIASECIVS *p.* 361. 362. 363. CARAFFA *pag.* 153. 158. 159. 160. PVFENDORF *lib. I. num.* XLII. ADLZREITERVS *lib.* IIX. *num.* XXIII - XL. LVDOLPHVS *lib.* XXIII. *cap. II. num.* XLVIII. *sequ. p.* 146-149. LONDORPIVS. T. II. *p.* 753.

egere. Religiosa pax fere ludibrio habita, & omnia cedere iussa potentiæ & fortunæ. (o) Ex Catholicis persentiscere modo Wolffgangus Guilielmus, Dux Neoburgicus, quo spectent res turbatissimæ. Igitur bono exemplo nunc demum cum Brandenburgico Electore ad pacem & concordiam conspirauit: & vterque inde maluit ditionum Juliacensium partem quiete possidere, ac periculum sumere, vt litigiosarum regionum possessione vterque ab Hispanis exturbaretur. (p)

Pacificatio Juliacensis.

Ss XII.

(o) *Mercurius* G. B. T. XV. *lib.* III. *pag.* 53. CARAFFA *pag.* 180. *sequ.* PIASECIVS *p.* 371. BELLVS *lib.* VIII. *p.* 813. PVFENDORF *lib.* I. *num.* XLIV. ADLZREITER *lib.* IX. *num.* XI. XII. Tabulæ fœderis & varia acta apud LONDORPIVM T. III. *pag.* 711. Nolo autem dissimulare, per satis idoneas rationes illud fœdus fictum visum esse LVDOLPHO *lib.* XXIV. *cap.* V. *p.* 210 - 213. Saltem *tabulas Londorpianas* parum admodum videri genuinas.

(p) Tabulas conuentionis exhibet LONDORPIVS *pag* 815. Vid. LVDOLPH *lib.* XXIV. *cap.* II. *pag.* 199. 200.

Luneburgicum fœdus.

An. cIↃIↃ CXXV.

XII. Proximo abhinc anno Luneburgi & deinceps Lauenburgi nouum validiusque fœdus cum Daniæ Rege, quem ſimul Circuli Ducem delegere, licet male mulctatis prioribus fœderibus, denuo icerunt Saxoniæ Inferioris principes. Viſus quippe Cæſareus & Ligiſtarum exercitus huic præcipue Circulo imminere; & viſi Catholici crebra eccleſiaſtica bona hiſce in regionibus ſita inprimis a Proteſtantibus repetituri. Primum litteris manifeſtis ſatisque aſperis ſcriptis res acta: mox vtrinque arma expedita infeſtiora.

Bellum in Saxonia Inferiori.

(*q*) Regii fœderatique exercitus, æque ac Cæſareæ & Ligiſticæ Tillio Fridlandioque ducibus copiæ, cum Inferiorem Saxoniam & Weſtfaliam per-

(q) *Mercurius* G. B. T. XV. *lib.* IV. *pag.* 43. *ſequ.* BELLVS *lib.* IIX. *pag.* 889 *ſequ.* CARAFFA *p.* 197. *ſequ.* ADLZREITER *lib.* IIX. *num.* LI. *lib* X. *init.* PVFENDORF *lib.* I. *num.* XLIV. LVDOLPH *lib. XXV. cap. II. pag.* 250. 251. A. P. apud LONDORPIVM *T. III. pag.* 807. 824. *ſequ.*

peruagari & vaſtare, tum extremos Superioris Saxoniæ fines quatere. Brunſuici quidem, Saxoniæ & Brandenburgico Electoribus intercedentibus, actum aliquoties de pace: vt ſuperbe vero imperante & minitante Cæſare, proque ſuis iuribus ſtrenue propugnantibus principibus, ageretur nihil. Igitur Hagæ Comitum firmatum fœdus cum Anglis & Batauis, & Gallorum ſimul Suecorumque pacta auxilia. (*r*) Sed vicit rurſus fortuna Cæſaris. Semel & iterum profligantur regii. Chriſtianus Brunſuicenſis improuiſis fatis fungitur. Mansfeldium Comitem magna cum clade repellit, & fugere in Hungariam cogit, *Wallenſteinius*. Tandem complemento

(r) MERCVRIVS *G. B. T. XV. lib. IV. p.* 115. *ſequ.* BELLVS *lib. IX. p.* 921. *ſequ. lib. X. init.* CARAFFA *p.* 200. *ſequ.* PIASECIVS *p.* 378. 379. 380. PVFENDORF *lib. I. num. XLV. XLVI. XLVII.* ADLZREITER *lib. IX. num. XVI. lib. X. init.* LVDOLPH *lib. XXV. cap. II. p.* 252. 253. 254. *lib.* XXVI. *c. II. p.* 310. LONDORPIVS *T. III. p.* 838. 839.

An. cIↄIↄ CXXVI. *Daniæ Rex profligatur.* calamitatum a *Tillio*, qui Hassiam Westfaliamque totam domuerat, prope Regiam Lutteram magno proelio fusus Rex Daniæ, vnoque hoc ictu res fœderatorum misere prostratæ. Namque passim fugatis ceteris auxilis, Dani retro ferre in Holsatiam pedem coacti; fœderati principes se Cæsaris voluntati dedere iussi. *Fœdus ruit.* Hicque noui fœderis fatalis celerque exitus. (*s*)

Victricia arma Cæsaris & Ligistarum. XIII. Erat modo felix vbique victor & triumphator Cæsar. Si Superiorem Saxoniam exceperis, reliqua omnis Germania in ditionem quodammodo redacta. Ipse nunc Brandenburgicus Elector coactus minis metuque Bauaricam Electo-

(s) BELLVS *lib. X. p.* 947. 953. *sequ. lib. XI. p.* 7. *sequ.* CARAFFA *p.* 227. *sequ.* PIASECIVS *p.* 387. ADLZREITER *lib. X. num.* IIX - XXXII. *lib. XI. num. XV - XXXIV. LIV - LXIX.* PVFENDORF *lib. I. num. XLVIII. XLIX.* LVDOLPHVS *lib. XXVI. cap. II. p.* 311 - 317. LONDORPIVS *T. III. p.* 873. 931.

lectoralem probare dignitatem. (*t*) Rusticorum in Austria religionis libertate mulctatorum tumultus facile compressi. (*v*) Porro iam Dania petita, &, qua Germaniæ continens est, magnam partem occupata. Marchia, Megapolitanæ ditiones, & Pomerania, vt liberet, a Cæsareis infessæ & exhaustæ. Hoc rerum statu, & præsidiis tota prope Germania capta, Reformatio sacrorum in priscum statum alacrius quidem a Pontificiis suscepta. Eiecti prorsus ex Boiohœmo, Austria, Morauia, Palatinatu, quotquot nollent cum Papa facere. Restitutio Ecclesiasticorum bonorum, quotquot post Passauiensem pacem occupata essent, pas-

An. cIↃ IↃ CXXVII.

Reformatio a Pontificiis suscepta.

(t) BELLVS *lib. XII. p.* 90. CARAFFA *p.* 257. *sequ.* LVDOLPH *lib. XXVI. c. II. p.* 319. *lib. XXVII. c. II. p.* 382. A. P. apud LONDORPIVM *T. III. p.* 840.

(v) BELLVS *lib. X. p.* 949. *lib. XI. p.* 44. PIASECIVS *p.* 389. CARAFFA *p.* 253. 259. 264. 270. ADLZREITER *lib. XI. num. XXXV - LI.* LVDOLPH *lib.* XXVI. *c.* II. *p.* 317. 318. LONDORP *T.* III. *p.* 925.

passim mandata & vi extorta. Quam gauderent vero Pontificii mox ruituras res Protestantium; tam simul tamen non leuiter, violentis Caesaris consiliis visis, nunc nonnulli metuere visi suae libertati, neque oppressis sacris, generatim Germanica libertas rueret. (x) Ergo Herbipoli in commune consuluerunt, vt Catholica religio pristino posset flori restitui, ne quid tamen de sua detraheretur libertate. Mulhusi paulo deinde Electores de summa rerum consentiente Caesare consultarunt. At, vt reiicerentur prorsus Daniae Rex & Palatinus Elector pacem orantes, saltem vt durissimae conditiones eis offerrentur: in ceteris dissimulato metu, nequicquam Saxone & Brandenburgico dehortante, probata Caesaris consilia, promissa

Herbipolitanus & Muhlbusinus conuentus.

(x) CARAFFA *p.* 268. *sequ.* PIASECIVS *p.* 389. 397. 398. BELLVS *lib.* XI. XII. ADLZREITERVS *lib.* XII. *num.* VI. *sequ.* LXI. LXIII. LVDOLPH *lib.* XXVII. *c.* II. *pag.* 380. 381. 382. 387. 388. PVFENDORF *lib.* I. *num.* L. LONDORPIVS *T.* III. *p.* 978.

missa auxilia; &omnino, quod maxime cuperet Imperator, ipse a Catholicis rogatus, vt Ecclesiasticorum bonorum restitutionem maiori studio procuraret. (y)

XIIII. Certior voluntatis Catholicorum factus Cæsar, parum curatis reliquis eorum suspicionibus, institit vehementer captis consiliis. *Wallensteinius*, Ducis dignatione nuper a Cæsare donatus, intolerabili superbia omnia tentauit. Captis leuibus causis proscripti a Cæsare *CHRISTIANVS WILHELMVS*, Magdeburgicus Administraror, & *ALBERTVS* atque *ADOLPHVS*, Megapolitani Duces

Vlterior fortuna Cæsareorum armorum.

An. Iↄ cIↄ CXXVIII.

(y) CARAFFA *p.* 279. 280. *sequ.* PIASECIVS *p.* 397. BELLVS *lib.* XII. *p.* 88. ADLZREITER *lib.* XII. *num.* II. III. IV. V. XXXV - LX. PVFENDORFIVS *lib.* I. *num.* LI. LVDOLPHVS *lib.* XXVII. *p.* 382. 383 - 386. A. P. apud LONDORPIVM T. III. *p.* 992. 994. Colmariæ Palatina causa tractatur. CARAFFA *pag.* 280. 303. ADLZREITER *lib.* XII. *num.* IIX - XV. PVFENDORF *l. c.* LVDOLPHVS *l. c.* *p.* 384. 385 386. A. P. apud LONDORPIVM T. III. *p.* 995. T. IV. *p.* 668. MEYERVM T. I. *p.* 771.

Duces. (*z*) Protinus occupatæ horum ditiones, & pignoris loco cessæ Wallensteinio. Hic præfectus classis instruendæ supremus a Cæsare declaratus, Wismariæ & Rostochii parauit naues; & mari Danos domiturus, quos vbique terrarum profligauerat, Pomerania omnis a Cæsareo milite insessa. Dum Strahlsundum vero obsidetur, primi Sueci Germanicas res curant, & missis auxiliis cogunt Wallensteinium obsidionem soluere. (*a*) Inter hæc coacti quidem Dani pacem petere,

Strahlsundi obsessio.

Lubecensis pax.

quæ

(z) ADLZREITERVS *lib.* XIII. *num.* IX. XLIX. *Theatrum* EVRORÆVM T. I. *p.* 1053. *sequ.* MICRÆLIVS *Synt. lib.* II. *S. V. p.* 556. LVDOLPHVS *lib.* XXIIX. *c.* II *p.* 438. PIASECIVS *p.* 397. A. P. exhibet LONDORP T. III. *p.* 1012. T. IV. *p.* 8.

(a) PIASECIVS *p.* 398. 399. CARAFFA *p.* 336. 345 347 PVFENDORF *lib.* I. *num.* LII. LIII. *lib.* II. *num.* IV. MICRÆLIVS *l. c.* ADLZREITERVS *lib.* XIII. *num.* IX. X. XVI - XXV. LVDOLPHVS *lib.* XXVIII. *cap.* II. *pag.* 438. 439. 440. *A. P. apud* LONDORPIVM *T. III. p.* 1004. 1017.

quæ poſt crebros tractatus Lubecæ demum, maiori, quam putabatur, Danorum commodo, transacta eſt. (*b*) Verum nunc magis in magnum odium venire ambitioſa Auſtriacorum ab Hiſpanis ſubminiſtrata conſilia. Palam ferri quatuor exercitibus, inſuperque potenti claſſi, circumcirca vicinas nationes coërcitum iri. Wallenſteinius atroces minas vbique ſpargere, & impune Proteſtantium terras, nec minus ſæpe Catholicos, vexare. Sueci proinde, & Belgæ, cum Anglis magis con- *Odia in Auſtriacam domum acuuntur.*

(b) Danorum res Batauicis auxiliis miſſis paulum reſtitutæ. CARAFFA *p.* 329. 335. 346. 347. PIASECIVS *p.* 398. 410. PVFENDORF *lib. I. num.* LIV. ADLZREITER *lib.* XIII. *num.* XI. XII. XXVI. XXVII. XXIX. XXXVIII- XLIII. LVDOLPH *l. c. p.* 440. Inde cum Danis æquioribus conditionibus Lubecæ transactum. PIASECIVS *p.* 410. PVFENDORF *l. c. & lib. II. num.* XIII. CHEMNITIVS *P. I. p.* 9. ADLZREITERVS *lib.* XIV. *num. I - IX. Theatrum* EVROPÆVM *T. II. p.* 151. LVDOLPHVS *lib. XXIX. c. II. p.* 482. 483. 484. Tabulæ Lubecenſis pacis apud LONDORPIVM *T. III. p.* 1078. & in *Recueil T.* III. *pag.* 258. 276.

ſpirare, vt tandem ſiſtatur potentia Auſtriaca. Galli conquirere rationes, quibus Germanicæ libertati opportune ſubueniatur. Saxo Elector, fidus ſi quis maxime Cæſari, grauiter indignari, aperteque læſam conqueri libertatem, violatam Religioſam pacem, & proxime reiectam a Cæſare Poſtulationem filii *AVGVSTI*, a Magdeburgicis Canonicis, quibus Catholicus Archiepiſcopus imperatus erat, factam. Soli adhuc Catholici diſſimulare lata damna & ingruentia pericula, & ſuis omnino copiis porro Cæſarem iuuare, vt modo odiis in Proteſtantes ante omnia ſatisfacerent. (c)

Edictum de Eccleſiaſticorum bonorum reſtitutione. An. cIↄ Iↄ CXXIX.

XV. Tenuere hi demum improba vota. Satis paratis rebus omnibus publice edicitur a Cæſare, vti reddantur omnia bona Eccleſiaſtica, quæ poſt Paſſauienſem pacem occupaſſent Proteſtantes: ſiue ſita ſint in

(c) ADLZREITERVS *lib.* XIII *num.* XLIV-L, LVDOLPH *lib. XXIX. cap.* II. *p.* 484. 485. *lib. XXIIX. c.* II. *pag.* 441. 442. 443.

in principum territoriis, ſiue impeperio ſoli pareant. Declaratum ad eos ſolos pertinere Religioſam pacem, qui Auguſtanam Confeſſionem ſectarentur. Protinus conſtituti, qui notarent ea bona, & qui ſententiam darent exſequutioni. (*d*) Præter Paſſauienſem & Argentinenſem Epiſcopatus, Halberſtadienſis & Magdeburgicus, *LEOPOLDO GVILIELMO*, Cæſaris filio, adiudicantur. (*e*) Ex ciuitatibus Imperialibus paſſim abire iuſſi Proteſtantes, arasque foraque Pontificiis linquere. Libertas data Catholicis reformandi ſacra, & expellendi, qui nollent aui-

(d) CARAFFA *p.* 311. 337. *ſequ.* PIASECIVS *p.* 410. PVFENDORF *lib. I. num.* LVII. ADLZREITER *lib.* XIV. *num.* *XI - XXXVI. Theatrum* EVROPÆVM *T.* II. LVDOLPHVS *lib. XXIX. c.* II. *p.* 485 - 496. MICRÆLIVS *pag.* 557. LONDORP *T.* III. *p.* 1048.

(e) CARAFFA *p.* 325. 341. PVFENDORF *lib.* I. *num.* LI LONDORP *T.* III. *p.* 1021. LVDOLPH *lib.* XXIIX. *c.* II. *p.* 442. ADLZREITERVS *lib.* XIII. *num.* *L. pag.* 178. *lib.* XIV. *num.* XLII. *pag.* 190.

Germania tota Cæsareis præsidiis interclusa.

auitis ſacris accedere. Nunc luctus vbique & triſtiſſima lamenta. Vi coacti Wurtenbergicus, & Luneburgicus, duces imperata facere. Infirmioribus parendi honos relictus. Nulla legum aut ſanctionum imperii vltra cura. Saxoni Electori, Cæſaris fidem impenſe obteſtanti, vnum hoc datum, vt poſtremus reddere iuberetur occupata bona. Bellum in Germania nullum erat, cum non eſſet, qui reſiſtere conaretur Cæſari. Non tamen minus vbique arma viſa perſtrepere, & hoſtiliter amicos inimicosque vexare. (*f*) Ipſi Catholici, cum Heidelbergæ de ſuis rebus deliberarent, conqueri tot mala: nec valde tamen adhuc recuſare, quo minus prorſus opprimerentur Proteſtantes. (*g*)

XVI.

(f) CARAFFA *pag.* 337. 338. PIASECIVS *pag* 410. 417. PVFENDORF *lib.* I. *num.* LVI. ADLZREITERVS *lib.* XIV. *num.* *XXXVI - XLII.* LVDOLPHVS *lib.* *XXIX. c.* II. *pag.* 496 - 499. 500 - 505. *lib. XXX. c.* II. *pag.* 558. 559. 560. LONDORPIVS *T.* IV. *p.* 1. 23. 218.

(g) ADLZREITER *lib.* XIV. *num.* XLIV-LI. *p.* 191. 192. 193. LVDOLPHVS *lib.*

XVI. Proxime aberant etiam ab exitio res Proteſtantium, cum iam demum fortuna parum præuiſa primum eas ſuſtentaret. Commiſſus nuper erat cum Gallis Cæſar in Italia; *Carolum* Niuernienſem Ducem, ex Hiſpanorum voto ex Mantuano Ducatu, quem ille, *Vincentio* nuper mortuo, agnationis iure occupauerat, expulſurus. Miſerat validum exercitum in litigioſam prouinciam; quam *Carolo* Galli Venetique *Ferdinando Gonzaga*, alteri agnato, Hiſpani, vindicare parati erant. Bellum quidem, Mantua a Cæſareis direpta, & miſere vaſtata regione, tertio anno Ratisbonenſi & Chieraſcenſi pace eſt compoſitum, & Carolo Mantuani Ducatus poſſeſſio eſt adſerta. At Proteſtantium rebus multum profuit, nouis aliquandiu turbis odiisque Cæſarem expoſitum: adhæc nouo nunc argumento a Gallis, qui per ciuiles turbas odia in Auſtriacam domum ſua ipſi perſequi

Mantuanæ in Italia lites.

An. cIↄ Iↄ CXXX.

XXIX. c. II. *p.* 499. 500. A. P. apud LONDORPIVM *T.* III. *p.* 1084.

qui non poterant, impenſius Scandinauiæ heroem *GVSTAVVM ADOLPHVM*, Ruſſorum nuper Polonorumque victorem, ad bellum cum potentiſſimo Cæſare adminiſtrandum ſollicitatum. (*b*)

Germania ſub belli onere gemit.

XVII. Nouus grauiſſimi belli ordo hic eſt. Gemuit, ita vt dixi, ſub inſolentia Cæſareorum armorum tota Germania. Proteſtantes terruit & adflixit edictum reſtitutorium. Ipſos Catholicos ſuſtinendi belli grauitas, & Wallenſteinii ſæuitia, paſſim exhauſit. Quo rerum ſtatu, dum Ratisbonæ in electorali conuentu præſente Cæſare communibus calamitatibus medela conquiritur;

Ratisbonenſia comitia.

(b) PIASECIVS *p.* 399. 401. 412. *ſequ.* GVICHENON *Hiſt. Gen. Sab. T.* I. *pag.* 845. *ſequ.* NANI *Hiſt. Ven. lib.* IIX. LE VASSOR *lib.* XXV. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. *Theatrum* EVROP. *T.* II. *p.* 200 386. *ſequ.* PVFENDORF *lib. I. num. LV.* ADLZREITER *lib. XIV. num.* LXXI - LXXVI. *lib. XV. num. LIII - LVII.* LVDOLPH *lib. XXIIX. XXIX. XXX.* Tabulæ induciarum & pacis in *Recueil T. III. pag.* 300. 317. A. P. apud LONDORPIVM *T. IV. pag.* 87. *ſequ.*

ritur; ipſi Catholici & ex his nouus Bauarus Elector iniurias crebras & oppreſſiones inauditas, quibus a Wallenſteinio & Cæſareis copiis diuexentur, libere incuſant, & exauctorationem Wallenſteinii exercitusque copioſioris partis impenſe poſtulant. Vt augerent querelas Proteſtantes, & *reſtitutorii edicti* abolitionem, almæque pacis inſtaurationem flagitarent: ſurdis hi auribus fabulam narrarunt. Pontificiis id datum, vt mitteretur Wallenſteinius: cetera nihil de armorum inſolentia remiſſum. Tum nuntiatus aduentaſſe in Germaniæ oris, & edictis belli cauſis bellum Cæſari denunciaſſe, rex Guſtauus Adolphus. Quam continuo iſte Pomeraniam & vicinas prouincias eiectis Cæſareis præſidiis occuparet: tam parum tamen curata eius fortuna, aut flectere Hiſpanorum & Papæ conſiliis infectum Cæſaris animum apta erat. Nihil potuere Saxonis ſiue minæ ſiue preces. Nec Palatino, nec Megapolitanis Ducibus,

Suecorum aduentus.

bus, æquiores conditiones pacis datæ. Diſceſſum denique vix leuiter paucis rebus curatis Ratisbona. *ELEONORA*, Mantuana, Auguſta, ſub diſceſſum ſolenni ritu Imperiali dignitati inaugurata. Vt vero *FERDINANDVS* filius, nuper Boiohœmi & Hungariæ rex deſignatus, Romanorum rex eligeretur, impetrari ab electoribus hac quidem vice minime potuit. (*i*)

Suecorum fortuna.

XVIIII. A ſoluto comitio, vt porro mira fortuna rex Sueciæ, facto cum Gallis certiori fœdere, pactisque ſubſidiis, Cæſareos ex Pomerania, Megapolitanis ditionibus, & Marchia, media hieme expelleret; nihil tamen correcta ſiue Cæſareorum miniſtrorum obſtinatio, ſiue ex-

(i) CARAFFA *pag.* 347. PIASECIVS *pag.* 417. 418. PVFENDORF *lib. I. num.* LVIII. CHEMNITIVS *P. I. lib. II. p.* 95. ADLZREITERVS *lib. XV. num.* III - LII. *Theatrum* EVROPÆVM *T. II. pag.* 182 - 220. LVDOLPH *lib. XXX. cap. II. pag.* 560 - 570. A. P. apud LONDORPIVM *T. IV. p.* 37. 45. 98. 100.

exercituum atrox licentia. (*k*) Arrectioribus igitur ad propiorem salutem animis omnes Protestantes conuocante Saxone primo vere Lipsiam coëunt, & nouum fœdus pro libertatis & religionis conseruatione contra Cæsaris & Ligistarum oppressiones, publice declaratis causis, sanciunt. Cæsar & Ligistæ, qui dissimulatis, quas nuper conquesti erant,

An. cIↄ Iↄ CXXXI.

Fœdus Lipsiense.

Tt

(k) Præparatus & causæ belli a Suecis administrare cœpti. CHEMNITIVS *Hist. Suec. Belli. P. I. lib. I. init.* LOCCENIVS *Hist. Suec. lib. IIX. pag.* 563-568. PVFENDORF *lib. II. init.* LE VASSOR *lib.* XXVIII. *pag.* 458. P. A. apud LONDORPIVM *T.* IV. *pag.* 18. 73. 77. Prima Suecicorum armorum fortuna. CHEMNITIVS *lib. II. pag.* 48. *sequ. lib.* III. PVFENDORF *lib.* II. *num.* XXIV. *sequ. lib.* III. *num.* I. *sequ.* ARLANIBÆVS *Suec. Arm. init. sequ.* LOCCENIVS *l. c. pag.* 568. *sequ.* PIASECIVS *pag.* 417. 418. ADLZREITER *lib. XV. num. LIX. ad finem.* LVDOLPHVS *lib. XXX. Cap.* II. *pag.* 572-578. Fœdus Gallicanum. LE VASSOR *lib.* XXIX. *pag.* 597. ADLZREITERVS *lib.* XVI. *num. X.* PIASECIVS *p.* 425. Tabulæ fœderis & Acta pulica in LONDORPIO *T.* IV. *pag.* 129. *&* *in Recueil T.* III. *pag.* 300. 311.

rant, offensis protinus Dunckelspuhlæ fœdus fœderi opposuere; vehementer criminari Protestantium consilia, & post bona verba frustra data extrema interminari, ni protinus fœdus soluatur. Quasi vero prorsus occoecauerit Catholicorum animos fortuna; ita nunc statim inconsideratissima vi adacti fœderati, vt, quod plerique dubitauerant, suam cum Sueciæ rege necessario sociarent causam. In superiori quidem Germania, cum procul abessent Sueci, sæuis armis primum coacti Protestantes imperata facere. Cum Hassiæ vero princeps illatis premeretur armis, primus Suecorum se tutelæ dedit. (*l*) Interea a Tillio cru-

Inconsiderate Fœderatorum Lipsiensium a Cæsare tentatur oppressio.

(l) PIASECIVS *pag.* 426. 428. CHEMNITZ *lib.* III. *pag.* 133. *sequ.* PVFENDORFIVS *lib.* III. *num.* XII. *XX. XXV.* WASSENBERGIVS *lib.* III. *p.* 219. LOCCENIVS *pag.* 580. ADLZREITERVS *lib. XV. num.* XLIV. LX. *Lib.* XVI. *num.* I. *vsque* IX. XLVII. XLVIII. XLIX. LIII. LIV. LVDOLPHVS *lib. XXXI. pag* 10 - 30. 35. 36. Acta publica exhibet LONDORPIVS *T.* IV. *pag.* 130. 152. 216.

crudelissimo modo expugnata & vastata vrbs Magdeburgum: (*m*) a Suecis ad armorum societatem adactus Elector Brandenburgicus. (*n*) Tum porro Tillius imprudentissime Saxoniæ Electorem, consilii dubium, bello petiit. Qui inops auxilii diu læsam patientiam vertit in virtutem, & actutum cum Suecico exercitu, qui prope aberat, iunctis copiis, continuo proelium suasit & persuasit regi. Istud felicissime commissum in campis prope Lipsiam, vno quo- *Prælium Lipsiense.*

Tt 2 dam-

(m) PIASECIVS *pag.* 410. 427. WASSENBERGIVS *in Floro Germ. pag.* 201. *sequ.* CHEMNITIVS *lib.* III. *pag.* 147. ADLZREITERVS *lib.* XVI. *num.* XXIV - XXXIX. PVFENDORFIVS *lib.* III. *num.* XIIX. *Theatrum* EVROPÆVM *T.* II. *pag.* 354 - 370. LVDOLPH *lib.* XXXI. *cap.* II. *pag.* 32. 33. 34. Vid. PETRI LOTICHII *fatidica elegia ad Joach. Camerarium in eius Poem. lib.* II.

(n) CHEMNITIVS *lib.* III. *pag.* 142. 163. PVFENDORF *lib.* III. *num.* XIII. XVII. PIASECIVS *pag.* 428. LVDOLPH *T.* II. *lib.* XXXI. *cap.* II. *p.* 31. 35. ADLZREITERVS *lib.* XVI. *num.* XXI. XLI. XLII. LOCCENIVS *pag.* 581. 582.

dammodo ictu proſtratis Catholicorum conſiliis, rem Proteſtantium reſtituit. (*o*)

Francofur:anus conuentus ſoluitur.

XVIIII. Erat ſub id tempus, quo fatali proelio ruerent conſilia Cæſaris, componendis vtriusque partis litibus conuentus Francofurti inſtitutus. Vt diu adſueuerant Proteſtantes, & violenter opprimi, & quandoque aſtu circumueniri; ita facile patuit, non iam minus tentari dolos: vnde, quamprimum victoriæ nuntius aduenit, Francofurto diſceſſerunt Proteſtantes. (*p*) Rex, cum

(o) PIASECIVS *pag.* 428. 429. 430. CHEMNITIVS *lib.* III. *pag.* 183-216. PVFENDORF *lib.* III. *num. XXI. ad XXX.* WASSENBERG *pag.* 244. PHIL. ARLANIBÆVS *Arm. Suec. pag.* 228 *ſequ.* LOCCENIVS *pag.* 583 - 587. *Theatrum* EVR. *T. II. pag.* 432. *ſequ.* BRACHELIVS *lib. IV. pag.* 240. ADLZREITERVS *lib.* XVI. *num. LV. vsque LXIX.* qui inconſultum bellum Saxoniæ Electori illatum, ex ipſius *MAXIMILIANI* Bauari litteris declarat. *Num.* LXXXII - XC. LVDOLPH *lib. XXXI. cap. II. pag.* 36 - 40.

(p) PIASECIVS *pag.* 429. ADLZREITER *lib.* XVI. *num.* XCI. A. P. apud LONDORPIVM *T. IV. pag.* 220.

cum Saxoniæ Electore communicatis consiliis, & partitis prouinciis; per Franconiam, Rhenanas prouincias, & Sueuiam, felicissimo armorum successu prosequutus est victoriam: dum elector in Boiohœmum perrumpit, & hæreditariis Cæsaris ditionibus imminet. Quæ solet esse victoriæ natura, satis luere iniuriarum Protestantibus illatarum pœnas Catholici, frustra pro iis intercedente Gallorum rege, passim coacti. Protestantes auide se dediderunt victoris regis fidei. Rex, quantum poterat, vbique militari prospexit disciplinæ, libertatemque & iura perdita restituere oppressis studuit. Erratum vero fertur, quod ipsas non petierit hæreditarias Cæsaris prouincias, & quod liberioribus quandoque sermonibus & Gallos, & omnino Protestantes, præcipue Saxonem Electorem, a se abalienauerit; nedum Catholicorum odia communia, cum Cæsarem solum petiisse videri vellet, non continuo irritauerit. Saxones, dum omnes Sueci terras per-

Arma Suecica & Saxonica.

uagantur victoriis, rem non optime gerunt in Bohœmia: an artis bellandi non gnari satis, aut hibernorum cupidi, vtrum potius infidi ducis consiliis inducti? incertum est. (q)

Fortuna Suecica. XX. Nouo anno non destitit nouæ Suecicæ fortunæ Cæsarea & Ligistarum fortuna porro concedere. Viso Tilliano infortunio Wallensteinius ægre exoratus, vt militiæ supremum ducem rursus ageret. Vt vero hic expelleret Saxones ex Boiohœmo; parum victricia Gustaui arma aliis in locis moratus est. Gustauus, pleraque Superiori Germania occupata, passimque fusis hostibus, per nouas subinde ex Suecia adductas copias Westfaliam atque Saxo-

An. cIↃIↃ CXXXII.

(q) PIASECIVS *pag.* 430. qui vero *p.* 433. cum LOCCENIO *pag.* 587. *sequ.* non dissimulat, magno Austriacorum commodo bellum inconsulte administrari post victoriam cœpisse. CHEMNITIVS *lib. III. pag.* 218-267. ADLZREITER *lib.* XVI. *num.* XCII. *ad* CXVII. PVFENDORFIVS *lib. III. num* XXXI LI. LVDOLPHVS *lib.* XXXI. *cap. II. pag.* 42-46.

Saxoniam Inferiorem ab incursionibus Cæsareorum tutatus est. In Boioariam fere posteriori loco inuasit, cum eæ conditiones, quibus pax Bauaris esset promissa, non impletæ essent. Semel prope Noribergam cum Wallensteinio commissus, quod hic valloque fossaque castrorum defenderetur, parum prospere egit. Inde, quod ille in Saxoniam contra electorem duceret, eodem mouit. Nouo denique cum illo prœlio ad Luzenam administrato, rursus vicere Sueci: vt maximi vero eis, pereunte Gustauo rege, constaret victoria; & mira rerum vicissitudine impense lugerent victores, & lætarentur victi. (r)

Luzenense prœlium & cædes Gustaui regis.

(r) PIASECIVS *pag.* 434. *sequ.* CHEMNITIVS *lib. III. fin. lib IV. tot.* PVFENDORF *num.* LII. *Lib.* IV. *tot.* *Theatrum* EVROPÆVM *T.* II. LOCCENIVS. *lib.* VIII. *pag.* 593. *ad libri finem.* ADLZREITER *lib.* XVII. *tot.* BRAGHELIVS *lib.* IV. *Hist. pag.* 260. *sequ.* BVRGVS *de B. Suec. lib.* III. LVDOLPHVS *lib.* XXXII. *cap.* II. *p.* 87-121. A. P. apud LONDORPIVM *T.* IV. *pag.* 274. 279.

Aemulatione fortuna Protestantium sistitur.

An. cIↃIↃ CXXXIII.

XXI. Quoniam quidem satis res Protestantium continuis Gustaui victoriis erat instaurata, præter quod inuicti herois fata summo dolori essent, nihil magni incommodi metuebatur. Verum crebro Suecorum errore, & continuo inter Protestantes æmulatu, mox deinde Cæsaris & Ligistarum vires præualuerunt. Summi Cancellarii *Oxenstirnii* iussu post victoriam nuper partam *Bernhardus*, Vinariensis Dux, & *Hornius* Comes, partiti sunt imperia. Erratum nunc & semper deinde, quod non bifariam solum, sed plurifariam diuisæ victrices copiæ per omnem peruagarentur Germaniam, nec certum sed tumultuarium, & prædatorium, prope, bellum magno Cæsaris commodo gererent. Præsidiis etiam passim positis, magna uis militum impune ab hoste oppressa. Oxenstirnii præsidatus, quem in Protestantium rebus adfectauit, & quo demum in Hailbrunnensi conuentu, inuito Saxone indicto, potitus est, multum a Suecis abalienauit Sa-

Bernhardus & Hornius Suecicæ militiæ summi duces.

Hailbrunnensis conuentus.

Saxoniæ electorem: indignabundum præterea, non communicatis ſecum conſiliis multa nunc a Suecis fieri pro imperio; diſtrahi & donari priuatis integra Epiſcoporum Abbatumque territoria; & magna peti præmia adhuc ante, quam eſſet bellum compoſitum. Brandenburgicum grauiter offendit deſtinata iam tum ad mercedem militiæ Pomerania. Ita ſe breui fortuna Proteſtantium inclinare cœpit, quæ vix nuper facta fuerat potentiſſima. (s)

XXII. Primum varia adhuc fortuna vſi Cæſarei atque Sueci cum ſociis. In Boioaria Bernhardus Dux, & in Sueuia atque ad Rhenum Hornius, ſatis feliciter res peregerunt *Bellum varium.*

Tt 5

(s) CHEMNITIVS *P.* II. *lib.* I. *init. ſequ.* PIASECIVS *pag.* 464. PVFENDORFIVS *lib.* V. *init. ſequ. Theatrum* EVROPÆVM *T.* III. *pag.* 26. *ſequ.* LOCCENIVS *lib.* IX. *pag.* 607-618. ADLZREITERVS *lib.* XIIX. *init.* LVDOLPHVS *lib.* XXXII. *pag.* 123. 124. *lib.* XXXIII. *cap.* II. *pag.* 193-200. A. P. exhibet LONDORPIVS *T.* IV. *pag.* 292. 313.

Cæsaris fortuna instaurata. An. cIↄ Iↄ CXXXIV. runt ſuas. Contra in Sileſia aſtu vario circumuenti a Wallenſteinio Sueci, pars cæſi pars capti ſunt. Inde Marchia & Pomerania vaſtata, & maximus terror iniectus Suecis, qui ſecuri ſuarum rerum illas regiones præſidiis nudauerant. (*t*) Proximo abhinc anno peius longe accidit Suecis, &, qui nouo Halberſtadienſi & Francofurtano conuentu ſuas cum ipſis cauſas ſociauerant, Proteſtantibus. (*v*) Siquidem porro diuiſis imperiis & diſperſis copiis, de-

(t) CHEMNITIVS *P.* II. *lib.* I. *p.* 37. *ſequ.* PVFENDORF *lib. V. num.* XXXIX. *ſequ. Theatrum* EVR. *pag.* 70. *ſequ.* LOCCENIVS *pag.* 619. *ad* 626 PIASECIVS *pag.* 465. 466. ADLZREITERVS *lib.* XIIX. *num.* VI. *ad finem libri.* LVDOLPHVS *lib.* XXXIII. *p.* 202-216.

(v) CHEMNITZ *pag.* 121. *ſequ. lib.* II. *p.* 301. *ſequ.* PVFENDORFIVS *num.* LIV. LXIX. *ſequ. lib.* VI. *num.* VII. *ſequ.* LOCCENIVS *lib.* IX. *pag* 629. *ſequ. pag.* 636. 637. ADLZREITERVS *lib.* XIX. *init. ad num.* VII. LVDOLPH *lib.* XXXIV. *cap.* II. *pag.* 274. 277 286-294 A. P. apud LONDORPIVM *T.* IV. *pag.* 339. 327. 371. 375.

deinde neglectis Wallensteinii, qui defectionem a Cæsare serio moliebatur, consiliis, & denique perpetuatis simultatibus; vsi Cæsarei occasionibus, primum Wallensteinium perduellem opportune oppresserunt, (x) mox, tradito *Ferdinando*, Hungariæ regi, imperio, Ratisbonam & alias munitas vrbes expugnarunt; inde Italicis Hispanicisque auxiliis auctiores Nordlingam obsederunt. Ad hanc vrbem imprudenter satis & male pugnatum a Suecis, & amissis VI. militum millibus ipse Hornius captus, & Bernhardus trans Rhenum fugatus est. Continuo, recepta omni Boioaria, oppressa est Sueuia & Franconia: eiecti vbique Sueci, & versa vice aspere adflicti Protestantes. Itum trans ipsum Rhenum, & Palatinatus occupatus, Tre-

Prælium Nordlingense.

An. cIↃ IↃ CXXXV.

(x) CHEMNITZ *P.* II. *lib.* II. *pag.* 325. *sequ.* PVFENDORF *lib.* VI. *num.* XIII-XIX. ADLZREITER *lib.* XIX. *num.* IX. *vsque* XXVII. PIASECIVS *pag.* 468. LVDOLPH *lib.* XXXIV. *cap.* II. *pag.* 280-285. *Theatrum* EVROP. *pag.* 161. *sequ.*

Treuirorumque ager ex Gallorum manu receptus. Quæ crebra infortunia mirum vt Sueci præter opinionem paulo poſtea eluctati ſint. (*y*)

Pax Pragenſis.

XXIIII. Hoc nempe acceſſit adhuc malorum ordini, quod Saxoniæ Electorem pertædere cœpit crebrarum offenſionum a Suecis illatarum, & quod iſte, disſociata ſua a Suecis cauſa, re Pirnæ tractata, Pragæ cum Cæſare pacem transegit. Callide nunc abſtracto electore, quantumuis formula pacis non eſſet fida ſatis, multisque & magnis paſſim oneraretur criminationibus, coacti tamen neceſſitate vrgente mul-

(y) CHEMNITZ *pag.* 332. *ſequ. lib. III. p.* 669. *ſequ.* PVFENDORFIVS *lib. VI. num.* XXI. *ad finem libri. lib. VII. init. ſequ.* PIASECIVS *pag.* 470. 471. *ſequ.* ADLZREITER *lib.* XIX. *num.* XXVIII - LXI. *lib.* XX. *num.* XIIX-XXVII. LOCCENIVS *pag.* 637. 642. 646. *Theatrum* EVROPÆVM *T. III. pag.* 334. *ſequ.* WASSENBERG *Fl. Germ. pag.* 337. *ſequ.* LVDOLPH *lib.* XXXIV. *cap.* II. *pag.* 294 - 308. *lib.* XXXV. *cap. II. pag.* 389 - 399.

multi Proteſtantes eandem legem accipere. Animis adprime turbati Sueci præoptaſſent nunc bello pacem, ſi licuiſſet per Cæſarem nimis tenacem inſtituti ſui. Sane ſi paulo magis remiſiſſet Cæſar de ſeueritate, & plenam veniam actorumque omnium obliuionem conceſſiſſet omnibus; actum videbatur de Suecis, & Proteſtantes licet duriori paci bellorum feſſi, magna cum Cæſaris & Ligiſtarum gloria, acquieuiſſent. Verum rectius Proteſtantium rebus proſpexit diuina prouidentia. Durior Cæſar fuit, ac cui communis ſalus tuto fidi potuerit. Sueci contra, & Proteſtantium pars, noua fortuna animati maluerunt ancipiti bello, quam male fida pace, periclitari. (z)

XXIIII.

(z) CHEMNITIVS *lib. II. pag.* 494. 571. 597. *lib.* III. *pag.* 675. 677. 679. 708. PIASECIVS *pag.* 471. 483. PVFENDORF *lib. VI. num.* LXIX. *ſequ. lib.* VII. *num.* VIII. XXVI. XXVII. XXIIX. XLIII. LOCCENIVS *p.* 643. 646. 647. 648 - 654. *Theatrum* EVROP. *pag.* 401. 472. *ſequ.* BRACHE-

Gallica arma mixta. XXIIII. Scilicet sub idem fere tempus, quo est Pragæ pax sancita, Galli, captiuitatem Archiepiscopi Treuirensis, qui in ipsorum erat tutela, causati, ruentibus Suecorum rebus opportune subuenturi bellum Hispanis & deinde Cæsari indixerunt. Bernhardus dux cum Gallis cis & trans Rhenum Suecorum res instaurauit. (*a*) *Bannierius*, supremus Suecanæ militiæ præfectus, iunctis copiis felicius agere cœpit. Cum

Bannierius Suec. militiæ Dux.

LIVS *lib. V. pag.* 19. *sequ.* LVDOLPH *lib.* XXXIV. *cap.* II. *pag.* 297. 298. 310. *lib.* XXXV. *cap.* II. *pag.* 401-420. ADLZREITERVS *lib.* XX. *num.* XVI. XVII. A. P. apud LONDORPIVM *T.* IV. *pag.* 456. 458. Pacem Pragensem COMENIVS & ASTERIVS acriter perstrinxerunt.

(a) CHEMNITIVS *pag.* 540. 557. 558. 563. 572. 640. 643. PVFENDORFIVS *lib.* VI. *num.* LXXXVII. *sequ. lib.* VII. *num.* XII. *sequ.* ADLZREITER *lib.* XX. *num.* XVII. XXVI. XXVII. XXXIV. *sequ.* LOCCENIVS *p.* 646. 659 660 663. LVDOLPH *lib* XXXV. *cap. V. pag.* 435. *sequ* FOEDERIS Gallicani tabulæ apud LONDORPIVM *T.* IV. *pag.* 444. *in Recueil T.* III. *pag.* 353. 365.

Cum ipſo Saxoniæ electore non incommode bellum a Suecis adminiſtratum. Haſſiæ Landgrafius conſtans in fœdere non parum Suecanam iuuit militiam. Sic protractum vtrobique bellum, nec Pragenſis pacis fructum, ſiue Cæſareis, ſiue Suecis, plerasque regiones vaſtantibus, quisquam percepit. (*b*) *Bellum Suecorum cum Saxonibus.*

XXV. Nunquam deinde magis, quam ſexto poſt trigeſimum anno, omnes Germanicas prouincias ſæuum bellum exhauſit. Ad Rhenum a Gallis & a Bernhardo Marte vario belligeratum. In ceteris terris modo Cæſarei, modo Sueci, vt faueret velitationibus vrbiumque expugnationibus fortuna, rerum potiti ſunt. In Marchia ad Witſtockium graui proelio ſuperati & victi a Suecis Saxones. Non potuere vero Sueci perſequi victoriam, quod *Omnis Germaniæ bellis conflictatur.* An. cIↄ Iↄ CXXXVI.

(b) CHEMNITIVS *pag.* 733 *ſequ.* PIASECIVS *pag.*486. PVFENDORFIVS *lib.*VII. *num.* LXXIV-CXXII. ADLZREITERVS *lib,* XX. *num.* XXVIII-XLIII. LVDOLPH *lib.* XXXV. *cap.* II. *pag.* 424-430.

quod multi ſanguinis ea conſtiterat. Ingreſſi tamen Thuringiam Erfurtum occupauerunt, nouumque Suecicis armis pepererunt ſplendorem. (*c*) Cum armis atrox fames atque peſtis paſſim deſæuiit, omnesque calamitates vno quodammodo ictu Germaniæ ſalutem proſtraturæ viſæ. Nec eæ ceſſarunt ſub initia ſequentis anni, & porro adfligere Germaniam: quam ſcilicet varium & luctuoſum bellum ſemper traheretur, & intermiſſa plerisque in terris ſementi fruſtra ſeges meſſisque ſperaretur. (*d*)

XXVI.

(c) CHEMNITIVS *lib.* IV. *init.* *ſequ.* PVFENDORFIVS *lib.* IIX. *in. ad num.* LXXIII. *Theatrum* EVR. *T.* III. *pag.* 707. WASSENBERGIVS *pag.* 354. ADLZREITERVS *P.* III. *lib.* XXI. *num.* IV-XXIX LOCCENIVS *pag.* 661. *ſequ.* LVDOLPH *lib.* XXXVI. *cap.* II. *pag.* 480 492.

(d) *Theatrum* EVROP. *pag* 770. 777. LVDOLPH *lib.* XXXVII. *cap.* II. *pag.* 564.

XXVI. Interea dedit belli ſæuitia crebras de pace cogitationes & conſultationes. Jamdiu Daniæ rex ſe curaturum pacem promiſerat. Nunc Papa conatus belligerantibus perſuadere, vt Coloniæ Agrippinæ tractaturi pacem coirent. Verum vtrumque fruſtra fuit negotium; nec Danis, multo minus Papæ, Suecis fidentibus, & magis nunc eorum rebus inſtauratis, ac vt durioribus ſe conditionibus alligari paſſi eſſent. (e) Conuenere tamen Electores Moguntino conuocante Ratisbonam, & præter conſultationes de bello commode tolerando; ne, quod prope abeſſe videbatur, interregnum turbatiſſimis rebus interueniret, regem Romanorum elegerunt FERDINANDVM, Ferdinandi filium, Boiohœmi & Hungariæ regem dudum creatum, optimi, vt ſpes erat

Crebri pacis tractatus.

Electio Ferdinandi III.

Vv com-

(e) CHEMNITIVS *pag.* 1027. PVFENDORF *num.* XLVII. LXXVIII. PIASECIVS *pag.* 490. LOCCENIVS *pag.* 670. ADLZREITERVS *lib.* XXII. *num.* I. LVDOLPH *pag.* 503.

communis, principem ingenii. Proteſtati Galli, Suecique, minime ſe probaturos electionem abſente Palatino atque Treuirenſi factam. Sed demum hi ceſſere poſtulatis, & Gallorum interceſſio parum curata. (*f*)

Obitus Ferdinandi II. An° cIↄ Iↄ CXXXVII.

XXVII. Quaſi vero ab Electoribus certo forent explorata Cæſaris Ferdinandi fata, ita iis, vix inde altero menſe interiecto, Imperator Vindobonæ functus eſt. Quod turbatiſſimum imperium a Mathia acceperat, non vidit pacatius, ſed mille turbis inuolutum geſſit, vt vidimus, & dimiſit; ærumnoſiſſima proinde ſi quisquam principum vita, eo ſolum, quod Hiſpanica conſilia nimium ſequutus eſſet, per-

(f) ADLZREITERVS *lib.* XXI *num.* XXX. *lib.* XXII. *num.* II. *Theatrum* EVROP. *T.* III. *pag.* 692. 733. 745. PVFENDORF *lib.* IIX. *num.* LXXXIV. PIASECIVS *pag.* 489. WASSENBERG *lib.* IV. *pag.* 388. LVDOLPHVS *lib.* XXXVI. *pag.* 497-503. A. P. exhibet LONDORPIVS *T.* IV. *pag.* 576. 606. 640. 711. 737.

perfunctus. (*g*) Coniuges habuit *MARIAM ANNAM*, *Guilielmi*, Boioariæ Ducis, filiam; eaque exstincta *ELEONORAM*, *Vincentii*, Mantuæ Ducis, filiam. Præter filias quasdam, FERDINANDVM regnorum hæredem, & in imperium successorem; & variorum episcopatuum cum possessorem tum candidatum LEOPOLDVM GVILIELMVM, genuit. (*h*)

& eius familia.

Vv 2 *CAPVT*

(g) *Theatrum* EVROPÆVM *T.* III. *pag.* 758. ADLZREITER *lib.* XXII. *num.* III. PVFENDORFIVS *lib. IIX. num.* *XXXIV.* PIASECIVS *pag.* 497. LVDOLPH *lib.* XXXVII. *cap. II. pag.* 565. 566.

(h) ADLZREITER *P. II. lib. XII. num.* LXXIX. LXXX. *P. III. lib. XX. num.* XLVI. CARAFFA *pag.* 116.

CAPVT V.

RES FERDINANDI III. IMPERATORIS.

I.

Ferdinandi III. præclara indoles.

FERDINANDVS III. prudentiæ benignitatis atque fortitudinis insigni laude ante adhuc, quam Germaniæ rex eligeretur, clarissimus, non cessauit, cum accessisset ad imperium, a laudabili instaurandæ pacis & communis salutis studio, donec, quam calamitosissimam repererat, vere pacatam & tranquillam cum magno sui honore reddidisset patriam. Qua ipse erat placidi moderatique ingenii princeps, prorsus abhorruit a sæuis Hispanorum consiliis; suamque potestatem, principumque libertatem, ex sacris imperii legibus prudenter metitus, continuo conatu reparauit inenarrabilia damna, quæ deserta & oppressa

pressa imperante patre imperii iura perpetuo dederant. (*i*)

II. Primis quidem annis arma ponere, quantumuis festinatam pacem optaret imperator, nondum licuit. Diuersi Germaniæ principes, & ex his Brandenburgicus elector, suasu imperatoris, cum Suecico Germanicarum rerum post Oxenstirnium constituto præside & directore, *Bielckio*, de pace deliberarunt. Præter crebras vero studii pacis testificationes vtrinque factas, nihil, vt sæpe, transactum est. (*k*) Arma, quæ nupero anno fuerant varia fortuna gesta, nunc a Cæsareis felicius ac a Suecis Gallisque sunt administrata. Bannierius non modo eiectus ex Saxonia & Marchia, sed

Pacis varia consilia.

Facies belli.

(i) ADLZREITER *P. III. lib. XXI. num.* XXX. *conf. hoc libro cap. IV. num.* XXVI. *litt. f.*

(k) LVDOLPHVS *lib.* XXXVI. *cap. II. pag.* 504. *lib.* XXVII. *cap. II. pag.* 567. 568. 569. PVFENDORFIVS *lib. IX. num.* LIV-LXII. LOCCENIVS *pag.* 670. 680.

ſed in ipſa Pomerania, quam *BOGISLAO*, poſtremo Duce, modo mortuo, totam occupare nitebatur, ægre ab incurſionibus hoſtium tutus fuit: adhæc rerum omnium penuria, fame, peſti, exercitusque crebris ſeditionibus, miſere conflictatus. Mortuo *WILHELMO* Huſſo non minus bona Suecicorum conſiliorum pars interturbata. Ad Rhenum Bernhardus Dux multas pasſim prædas egit: ſed vt præualentibus Cæſareis copiis parum eo modo communi cauſæ conſuleretur. (*l*).

III.

(l) *Theatrum* EVROP. *T. III. ad ann.* cIↄ Iↄ CXXXVII. ADLZREITER *P.* III. *lib.* XXII. *num.* IV. *ad finem libri.* LOCCENIVS *lib.* IX. *pag.* 671 - 677. PVFENDORFIVS *lib.* IX *init. ad num.* XL. Tutela Hasſiaca in controuerſiam adducta. PVFENDORF *lib.* IX. *num.* XXXI XXXII. ADLZREITER *l. c. num.* XXII. A. P. in MEYERO *T. IV. pag.* 8. 86. Pomeraniæ hereditas litigioſa. EVROP. *Theatrum T. III. pag.* 788. PVFENDORF *num.* XLI - XLIX. LOCCENIVS *pag.* 670. 671. Singula exponit LVDOLPHVS *lib.* XXXVII *cap. II. pag.* 549 - 556. 559 - 564.

III. Anno postea & Cæsareæ & Suecicæ copiæ magis fame pestique, quam armorum fortuna, periclitatæ. Quam tumultuarium vtrinque bellum gereretur, superiores tamen plerumque Cæsaris res fuerunt. Contra ad Rhenum tam fortiter nunc Bernhardus Dux felicia arma expediit, quam ante nunquam. Bis victi Cæsarei: vt prior quidem victoria dubia esset, sed secunda omnibus Cæsareæ militiæ ducibus captis illustrior. Inde Rheinfelda a Duce & Brisacum, egregia castella, expugnata, & omni propemodum Alsatia Cæsarei exclusi. (*m*) Hos iuuit vero, quod Lipsiensi conuentu auxilia paratiora ex Ratisbonensi decreto Cæsari rursus promitterentur, & modi præstandi opem certiores circumspicerentur. Qui quidem

Bellum varium.

An. cIↃ IↃ CXXXVIII.

Lipsiensis &

(m) PVFENDORF *lib.* X. *num.* XIX-LII. ADLZREITER *lib.* XXIII. *tot.* LOCCENIVS *pag.* 680-688. PIASECIVS *pag.* 512. *Theatrum* EVROP. *T. III. pag.* 901. *sequ.* LVDOLPHVS *lib.* XXXVIII. *cap.* II. *pag.* 619-634.

Luneburgicus conuentus. dem paulo deinde Luneburgi ab Inferioris Saxoniæ principibus conuentus habitus eſt, nec valde Cæſari, nec Suecis, placuit. Decretum, vt faueretur neutri parti, ſed plena regionum ab externo milite immunitas vi conſeruaretur. Bene id conſtitutum, ſed per illius temporis calamitates ægre effectum. (*n*)

Difficillima pacis conſilia. IV. Rurſus nunc inter arma varie cogitatum de pace. Daniæ rex ſe medium partibus præſtare paratus, per legatos a Cæſare oratus eſt, vt pacis conſilia cum Suecis communicaret. Contra Sueci & parum fidere Danis & minus Cæſari. Lites coortæ, an imperii ordines ſint admittendi ad pacis deliberationes, nec ne? Admitti eos noluit Cæſar, quod pars Pragenſi pace tranſegiſſet ſuas

(n) PVFENDORF *lib.* X. *num.* XLIII. LOCCENIVS *pag.* 687. ADLZREITERVS *lib. XXIV. num. XVII.* LVDOLPH *l. c. pag.* 623. 624. A. P. apud LONDORPIVM *T. IV. pag.* 697. 691. MEYERVM *pag.* 117.

ſuas cum Cæſare controuerſias; pars altera, eas poſſet in comitiis tranſigere. Voluere admitti eos Sueci, qui generalem pacem concupiuere; qua præcipue ordinum iura accurate definirentur. De Gallis! dubitatum, an cum iis eodem loco & tempore pax debeat fieri? Diu recuſauit de hac Suecorum poſtulatione Cæſar. (*o*) Per hos denique pacis tractatus electores Noribergam conuenerunt, & cum ipſi etiam de pace conſultarunt; tum iuſtitiæ inſtaurationem, Treuirenſis electoris reſtitutionem, & habenda proxime generalia diu iam intermiſſa comitia, decreuerunt. (*p*)

An. cIɔ Iɔ CXXXIX.

Noribergenſis Electorum conuentus.

(o) PVFENDORFIVS *num.* LXIII. *ſequ.* *lib. XI. num.* LXIII. LXVI. *ſequ.* ADLZREITERVS *lib. XXIV. num. II.* LOCCENIVS *pag.* 685. 686. 688. 689. 691. LVDOLPHVS *lib.* XXXIIX. *cap. II. pag.* 634. 635. 636. *lib. XXXIX. cap. II. pag.* 707 - 710.

(p) PVFENDORF *lib. XII. num. LXXX.* ADLZREITER *lib. XXV. num. III. ſequ.* LVDOLPH *lib. XXXIX. cap. II. pag.* 710. *lib. XL. cap. II. pag.* 757. 758.

Bellum rurſus varium. V. Belli porro adminiſtrati rurſus varia fuit facies. Qui nuper vbique victi ſaltem fugati fuerant Sueci, nunc feliciores & Cæſareos & Saxones profligarunt, & in Boiohœmum atque Sileſiam belli molem tranſtulerunt. Verum Bernhardus Dux inuidia Gallorum, quibus cedere Briſaco noluit, preſſus parum rei egit. Cum etiam expeditionem in Auſtriacas in Sueuia ditiones moliretur, improuiſo exſtinctus eſt: vt plerique veneni vi heroem illuſtrem ſublatum cenſuerint. Tum ſtatim Vinarienſem exercitum ad ſe numerato traduxerunt Galli; Briſacum impetrarunt: poſteroque anno iunctis cum Suecano exercitu copiis fortius cum Cæſare bellum adminiſtrare inſtituerunt. (*q*)

VI.

759. Acta Noribergenſis conuentus apud LONDORPIVM *T. IV. pag.* 785. Conf. LOCCENIVS *p.* 698.

(q) PVFENDORF *lib. XI. fere tot.* PIASECIVS *pag.* 513. ADLZREITERVS *lib. XXIV. tot.* LOCCENIVS *pag.* 689-697. *Theatrum* EVROP. *ad ann.* cIↄIↄ CXXXIX. LVDOLPHVS *lib.*

VI. Sub huius anni initium ſuadentibus Norrbergæ electoribus ſolennia Ratisbonæ habenda comitia Cæſar indixerat. Præſens ipſe Cæſar paucos vidit præſentes principes, qui bellicos tumultus cauſati per legatos excuſabant abſentiam. Conſultatum de fida ſtabilique pace, cuius ſummum ſtudium præ ſe tulit Cæſar, ſancienda; prætereaque de auxiliis, ſi omnino continuandum bellum fuerit, Cæſari præſtandis; & de inſtauranda in imperio & in aula Cæſaris iuſtitiæ adminiſtratione. Mirum, vt calamitoſiſſima ætate non lites de præcipuis principum in comitiis ſedibus ceſſauerint. Decreta denique ſeria pacis cura, & actorum omnium obliuio, ad eos ipſos protrahenda, quos Pragenſis pacis formula nominatim excluſerat. Inuitati Caſſellani & Brunſuicenſes legati, quod Suecicum fœdus nollent deſerere, nihil egerunt. Formula de-

Ratisbonenſia comitia pacis tractatus definiunt.

An. cIɔ Iɔ CXL.

XXXIX. *cap. II. pag.* 697 - 707. De Bernhardi fatis vid. apud LONDORPIUM *T. IV. pag.* 702.

decretorum ſub ordinum receſſum publicata, præter reliqua belli pacisque transacta negotia, proxime habendum Deputatorum conuentum, quo lites & quærelæ tum Catholicorum, tum Proteſtantium, iudicarentur, indixit; Monaſterium & Osnabrugam nominauit, in quibus vrbibus generalis pax pertractaretur; & demum libertatem dedit ordinibus ſiue generatim, ſiue ſingillatim, ſuas Osnabrugæ cauſas agendi. (*r*)

An. cIↃ IↃ CXLI.

Tractatus pacis ſerio incboantur.

VII. Dum hæc fiunt in comitiis, cum alibi etiam conſilia pacis paſſim agitantur, tum ab ancipiti bello non-

(r) PVFENDORF *lib.* XII. *num.* LXXXI. LXXXII *lib.* XIII. *num.* XCI-XCVII. *Brand. Rer. lib. I. num.* XX. ADLZREITER *lib.* XXV. *num.* VI-X. *lib. XXVI. num. IIX - XVII. Theatrum* EVR. *T. IV. pag.* 265. *ſequ.* LOCCENIVS *lib. IX. pag.* 703. LVDOLPHVS *lib. XL. cap. II. pag.* 759-769. *lib. XLI. cap. II. pag.* 845 - 854. A. P. exhibet LONDORPIVS *T. IV. pag.* 816. 863. 865 946. *T. V. pag.* 1. 100. 113. *ſequ.* MEYERVS *Lond. ſuppl. T. IV. pag.* 271. 337. 783.

nondum cessatur. Cum Suecis semel atque iterum de singulari pace actum, vt nollent vero hi vnquam a foederatis suam causam disiungere. Daniæ regem pertædere demum suscepti laboris, & bene cupientibus Suecis se eo abdicare. Colonienses pacis tractatus soluti, cum Pontificius legatus abiret. Verum Galli propius ad pacis consilia accedere; permittere etiam Hispani, vt Bataui legatos Monasterium mitterent. Tandem post multiplices controuersias *Præliminaria*, quæ vocant, expedita, & ad tertium post quadragesimum annum dies dictus, quo Monasterii atque Osnabrugæ ab omnibus pax curaretur. (*s*)

VIII.

(s) PVFENDORFIVS *lib. XII. num.* XLIV - XLVIII. LXIIX. LXIX. LXXIII - LXXX. *lib. XIII. num.* LXX- LXXVIII - XC. ADLZREITERVS *lib.* XXV. *num.* XI. *lib.* XXVI. *num.* XIIX - XXII. *lib.* XXVII. *num.* I. II. VII. VIII. LOCCENIVS *lib. IX. pag.* 705 - 708. 711 - 714. LVDOLPHVS *lib.* XL. *cap. II. pag.* 778 - 782. *lib.* XLI. *cap. II. pag.* 862 - 864. A. P. apud LONDORPIVM *T. IV. pag.*

Bellum anceps vbique.

VIII. Belli nunc quidem moles aliquoties Gallicis, Suecicis, Caſſellanis, & Brunſuicenſibus, copiis coëuntibus, huc atque illuc in Germania deuoluta: ſed exiguo ſiue fœderatorum fructu, ſiue hoſtium damno; cum non vi inimica, ſed fame, atque numorum penuria, adhæc militiæ præfectorum diſcordia, omnes illorum interuerterentur conatus. Media vero hieme dum Ratisbonæ deliberant Cæſar atque Ordines, Bannierius ſolus improuiſo per Franconiam duxit, vt Ratisbonam aut caperet, aut obſidendo Cæſarem & Ordines ad pacem ſanciendam magis cogeret. Sed ægre, Cæſareis atque Bauaricis copiis a *Piccolomineo* continuo coactis, ipſe euaſit pericula. *Schlangius* cum aliquot millibus militum oppreſſus captusque. Bannierius in Saxoniam redux Halberſtadii obiit. Interea *GEORGIVS*, Luneburgicus Dux, Guelferbytum obſederat. Licet item ſub

837. *T. V. pag.* 760. MEYERVM *Lond. ſuppl. T. IV. pag.* 304. 410.

ſub initium obſidionis mortuo Georgio, porro tamen vrbs obſeſſa ab *AVGVSTO* Duce. Cæſarei atque Bauari obſidionem ſoluturi a Suecis ſatis magna clade proſtrati. Nihil autem perſecutus victoriam exercitus, orbus ſupremo duce, ſeditioſus, & calamitoſus. Auguſtus Dux, pacta Guelferbyti reſtitutione, cum Cæſare in gratiam rediit. Ceteri Suecici duces, & Vinarienſes copiæ, atque Galli ad Rhenum, parum res ſuas proſpere peregerunt. Jacuit proinde fortuna Suecica, donec noui ducis *Torſtenſonii* aduentu inſtauraretur. (*t*)

IX. Verum cum Torſtenſonii præfectura, vt ſæpe, rurſus emerſit illa Suecorum fortuna, & aliquandiu

Noua Suecorum fortuna, Duce militiæ Torſtenſonio.

(t) PVFENDORFIVS *lib.* XII. *init. ad num.* XLIV. *lib.* XIII. *ad num.* LXX. ADLZREITER *lib.* XXV. *num.* XII-XXXVI. *lib.* XXVI. *num.* I. II. IV-VII. XXIII. *ad finem libri.* LOCCENIVS *p.* 698-703. 709. 710. 711. 714. 715. LVDOLPHVS *lib.* XL. *cap.* II. *pag.* 769-778. *lib.* XLI. *cap.* II. *pag.* 854-862.

Lipsiense prælium. diu se iactauit præclarissime. Ducto ille in Boiohœmum, Silesiam, atque Morauiam, retroque deinde in Misniam, exercitu, ad Lipsiam Cæsareos magno prœlio vicit. Cessere victoriæ vrbes atque regiones pleræque. Ipse demum Brandenburgicus elector coactus est orare pacem, & pacisci inducias. Victor exercitus, vt placeret, in Boiohœmo & Morauia hiberna sumsit. In Westfalia Gallicæ, Vinarienses, & Cassellanæ, copiæ, non minus feliciter *Lamboium* prœlio ceperunt; *Hatefeldum* magno damno profligarunt; &, vt allubesceret, fugatis Cæsareis, in hibernis militem collocarunt. Nec infeliciores nouo anno Cassellani; quin totam Westfaliam redderent stipendiariam. Sueci ex hibernis hac illac perrumpunt armis, & prohibente nemine victricia vbique arma ostentant. Quod demum Daniæ rex inimicum se Suecis non leuiter declarasset, cum hieme a Torstensonio prorsus improuiso per multas circuitiones du-

An. cIↃ IↃ CXLII.

cIↃ IↃ CXLIII.

Dani a Suecis bello petiti.

ductum in Holſatiam, potentique manu ea prouincia inſeſſa. Soli Galli, cum *Guebrianus*, *a Ranzouio* inductus, inſtante hieme in Sueuiam peruaſiſſet, & Rotwilam occupaſſet; a ſuperuenientibus Cæſareis & Bauaris, dum ſecuras agerent ſtationes, oppreſſi, fœdamque in fugam cum magna ignominia ſunt coniecti. (*v*)

X. Per id tempus præliminaria, ita vt dixi, a Cæſare Suecisque probata, & dies conuentui ſolenni dictus erat. Poſt plurimas difficultates ægre leuatas, Cæſarei, Hiſpanicique, legati, primi, deinde Suecici, & fere poſtremi Gallici, legati, aduenerunt. An imperii ordines *Pacis præliminaria adprobata.*

Xx ſuas

(v) PVFENDORFIVS *Suec. Rer. lib.* XIV. *num.* X. *ſequ. lib.* XV. *num.* V. *ſequ. Brandenb. Rer. lib.* I. *num.* VI-XIX. XXVI-XXXIX. XLII-LV. PIASECIVS *pag.* 520. ADLZREITERVS *lib.* XXVII. *num.* III-VI. IX-XXX. *lib.* XXVIII. *num.* VI. *ad libri fin.* LOCCENIVS *pag.* 715-730. LVDOLPHVS *lib.* XLII. *cap.* II. *pag.* 940-949. *lib.* XLIII. *cap.* II. *pag.* 1027-1036. *cap.* IX. *pag.* 1081-1084.

ſuas ipſi cauſas Osnabrugæ tractare debeant, nec ne? ſemper adhuc diſputatum; vt Sueci nollent vero niſi omnium conſenſu generalem pacem factam. (x) Tractatum etiam de pace in Deputatorum conuentu Francofurtano, qui poſt ſatis longas moras demum haberi cœperat. Cæſarei iuſtitiæ inſtaurationem ex comitiali decreto adducere in deliberationem erant parati: vt contra nollent legati ordinum, niſi poſt decretam pacem, alterius negotii meminiſſe. Inter multas itaque de publicorum in Germania iurium ſtatu & diuturnas lites, parum aut fere nihil in illo conuentu, ad

Conuentus Deputatorum Francofurtanus.

(x) PVFENDORFIVS *Suec. Rer. lib.* XIV. *num.* LX-LXVI. *lib.* XV. *num.* XXXVI. XXXVII. XLI - LV. *sequ. lib.* XVI. *num.* XXXIII. XXXIV. *Brand. Rer. lib.* II. *num.* XVI. *sequ* ADLZREITER *lib.* XXVII. *num.* IIX. *lib.* XXVIII. *n.* II - V. *lib.* XXIX. *num.* I - V. LOCCENIVS *p.* 731. LVDOLPHVS *lib.* XLII. *cap.* II. *pag.* 949-952. *lib.* XLIII. *pag.* 1035 - 1040. LONDORPIVS *T. V. pag.* 773. 812. 822.

ad tertium quidem annum protracto, actum. (*y*)

XI. Vt continuo cum pacis tractatibus omnes inducias vtraque pars, visura, quam porro fortuna alterutrius rebus fautura sit, repudiaret; Torstensonius nuper bello in Holsatiam, quam cum Jutia fere totam occupauit, illato, per bellicos præfectos in Germania persequebatur arma. Cum *Gallaschius* vero, in peninsulæ radicem Cæsareo exercitu adducto, intercludere Torstensonium reditu conaretur, non euasit modo hic pericula, sed Gallaschium etiam vbique profligauit, exercitumque multis cladibus attriuit; & deinceps in Boiohœmo, Misniaque, tutiores egit stationes. *Belli varia facies.* An. cIↄIↄCXLIV.

 Cum

(y) PVFENDORF *Suec. Rer. lib* XV. *num.* LIX - LXXII. *lib.* XVI. *n.* LXI *lib.* XVII. *num.* XXXIV. *Brand. rer. lib. II. num.* I - XV. ADLZREITER *lib.* XXVII. *num.* VII. *lib.* XXIIX. *num. I. Theatrum* EVROPÆVM *T. V. pag.* 52. *sequ.* LVDOLPH *lib.* XLIII. *cap. II. pag.* 1025 - 1027. *lib.* XLIV. *cap. II. pag.* 1111. 1112. 1113. *lib. XLV. pag.* 1195. LONDORPIVS *T. V. pag.* 819.

Cum noua ætate rurſus vbique felix
An. *Kœnigsmarckum* in Bremenſem Di-
cIↄ Iↄ oeceſin ablegauit. Qua tota ex-
CXLV. pugnata, Kœnigsmarckus in Franconiam & Miſniam rediit: in qua
Saxonicæ induciæ. modo iam Torſtenſonius ad petendas inducias Saxoniæ Electorem adegerat. Interea Haſſi Gallique varia egerant fortuna. Illi ſemel vicerant Cæſareos, ſed ſecuriores ſtatim poſtea graui clade adfecti ſunt. Galli priori tempore in Sueuia ſuperiores, poſteriori æſtate ad Mergenthemum magno prœlio ſunt proſtrati. Sed idem accidit Bauaris, quod nuper Caſſellanis: vt, qui vicerant, mox ſecuriores a Gallis profligarentur. (z)

XII.

(z) PVFENDORFIVS *lib. XVI. init. ad num. XXX. lib. XVII. ad num. XXXIIX. ſequ.* ADLZREITER *lib.* XXIX. *num.* VI. *ad fin. libri. lib. XXX. num. IV. ad fin. lib.* PIASECIVS *pag.* 521. 522. WASSENBERG *pag.* 612. *ſequ.* LOCCENIVS *pag.* 731. *ſequ.* vbi præſertim de Danicis rebus memoratur. LVDOLPHVS *lib. XLIV. cap. II. pag.* 1113 - 1120. *lib. XLV. pag.* 1196 - 1200. LONDORP *T. V. pag.* 921. 1031.

XII. Monasterii & Osnabrugæ inter hæc maiori studio ad tractandam pacem accessum. Cessit Cæsar instituto, ipseque post crebras Suecorum Gallorumque monitiones hortatus est ordines, vt quantocyus Osnabrugam & Monasterium conuenirent. Placuit, cum demum legati frequentes conuenissent, vt more comitiali de causis ordinum tractaretur. Medias partes agere Daniæ rex, Suecico bello oppressus, desierat. Ergo placuit absque intermedio principe communicare consilia. Lites, vt adsolet, frequentes & plurimæ iactari. Sed belli vrgente necessitate magis, ac sperabatur, concedere, ipsique Treuirensi Pontifici vix rogati reddere libertatem, Cæsarei. Galli, Suecique, postulata exhibuerunt Cæsareis. Quam illa viderentur intolerabilia, spe tamen citius cum Gallis, qui omnino hæreditariarum Cæsaris prouinciarum bonam poscebant partem, transactum. Principes ordinesque cum Catholici tum Protestan-

Monasterienses & Osnabrugenses pacis tractatus difficiles.

An. cIↄ Iↄ CXLVI.

ſtantes, hi cum Suecis Osnabrugæ, illi Monaſterii cum Gallis, Hiſpanis, Nuncioque Papæ morati. Vtrique ſua expoſuere iura, eorumque inſtaurationem acriter poſtularunt. Tandem, cum adhuc maxime diſſiderent inter ſe ſententiæ, *PHILIPPVS*, Epiſcopus Herbipolitanus, moderati vir ingenii opera ſua effecit: vt annus quartus poſt vigeſimum definiretur, eoque res in ſtatu ponerentur, quo anno memorato fuerant; vt denique Proteſtantibus occupata Eccleſiaſtica bona omnia plene relinquerentur, perfectaque rerum actorumque omnium tribueretur obliuio. (*a*)

XIII.

(a) PVFENDORF *Suec. Rer. lib. XVI. num. XXXIIX. ſequ. lib.* XVII. *num.* LII. *ſequ. lib* XIIX. *num.* XLIV. *ſequ. Brandenb. Rer. lib. II. num.* XVI. *ad fin. lib. III. num. I. ſequ.* ADLZREITERVS *lib.* XXX. *init lib.* XXXI. *init. ad num.* IX. *Theatrum* EVROP. *T. V. pag.* 234. *ſequ.* LVDOLPHVS *lib.* XLIV. *cap.* II. *pag.* 1120 - 1124. *lib.* XLV. *cap.* II. *pag.* 1200 - 1222. *lib.* XLVI. *cap. II. pag.* 1300-1318. A. P. apud LONDORPIVM *T. V. pag.* 903. 1030. *ſequ.*

XIII. Deuolutum erat id temporis bellum in Germaniam Superiorem: quippe Danis nuper cum Suecis pace reconciliatis; Saxoniæ & Brandenburgico electoribus inducias bello præoptantibus; & ceteris regionibus continendis sufficientibus Cassellanis. *Wrangelius*, Suecicus supremus Dux, cum Gallis quandoque iunctis copiis satis fortiter feliciterque egit: vt præter minorum vrbium expugnationes, tumultuariasque expeditiones, nihil tamen rei valde gereretur. Cum demum vero in Boioariam irrupturus esset fœderatorum exercitus, Boioariæ etiam elector sibi & fratri, Coloniensi Pontifici, inducias paciſci coactus est. Cito quidem ruptis ab vtroque induciis, Bauaricæ cum Cæsareis coniunctæ copiæ coëgerunt Wrangelium in Misniam & Inferiorem Saxoniam reducere. At nec receptus Suecorum multum iuuit fortunam Cæsaream: nec perditæ a Suecis Superioris Germaniæ ditiones, quibus defendendis satis ad-

Belli facies.

Wrangelius Suec. Militiæ supremus Dux.

An. cIↃ IↃ CXLVII.

Induciæ Bauaricæ breui durantes.

 huc

huc Gallicæ militiæ præfectus, *Turennius*, par erat. (*b*)

Extrema bellica acta. An. cIↄIↄ CXLIIX.

XIV. Cum eo etiam adulta adhuc hieme Wrangelius rurſus coniunxit exercitum, & verſa vice Cæſareos atque Boioarios cedere coëgit. Egra obſidione liberata. Inde duxit in Sueuiam, & captata occaſione Danubium transgreſſus, inopinatoque Cæſareos adortus magna clade proſtrauit. Tum vaſtata Boioaria, & vbique fere profligatis Cæſareis, cum exitu belli præclare arma Suecica oſtentata. Aduenerat eo tempore nouus Suecicæ militiæ, isque ſummus Dux, *CAROLVS GVSTAVVS*, Comes Palatinus: cui vix vero bellandi, ſed poſt pacem omnia diſponendi, copia relicta eſt. Inte-

Carolus Guſtauus ſummus Suec. militiæ præfectus.

(b) PVFENDORF *lib.* XIIX. *ad num.* XXXIX. *lib. XIX. num.* II. III. *ſequ.* ADLZREITER *lib.* XXXI. *num. IX. ad fin. lib. lib.* XXXII. *init. ad n.* XLV. LOCCENIVS *pag.*738. *ſequ.* LVDOLPHVS *lib.* XLVI. *cap.* II. *pag.* 1295-1300. *lib.* XLVII. *cap.* II. *pag.* 1428 - 1438. A. P. ratione Bauaricarum induciarum apud LONDORPIVM *T. VI. pag.* 182. an.

terea Hassi, nouis Suecicis copiis auctiores, non minus feliciter *Lamboium* prœlio aperto vicerant; sed frustra Paderbornam tentauerant. Magis autem fortunati fuerunt conatus Kœnigsmarckii, qui exactionibus Franconia, Superiori Palatinatu, & Boiohœmo, exhaustis, Pragæ minorem partem stratagemate expugnauit, maximisque suum militem opibus ditauit. Cum oppugnaretur denique Pragæ altera pars, conclusæ & promulgatæ Osnabrugæ pacis nuncius aduenit, omnesque facessere ab hostilitate coëgit. At non erat non res notabilis, extremo belli impetu adflictam esse Pragam; ex cuius quodammodo mœniis funestum bellum euaserat, & trigesimum nunc ad annum totam Germaniam misere perturbauerat. (c)

Pars Pragæ a Suecis occupata.

(c) PVFENDORF *lib.* XX. *num.* XI. *late sequ.* ADLZREITERVS *lib.* XXXIII. *init. ad fin.* LOCCENIVS *pag.* 743. 744. LVDOLPHVS *lib.* XLVIII. *cap.* II. *pag.* 1504 - 1511.

Monasteriensis & Osnabrugensis pacificationis progressus,

XV. Osnabrugæ & Monasterii multa semper de postulatis Suecicis, Palatinis, Brandenburgicis, atque Cassellanis, disputata erant. Cum tandem nouissimo anno maxima Sueci fortuna gauderent, ex Suecorum propemodum voto, nisi quod Electoralis dignitas Suecis negaretur, omnia expedita. Ordinum iuribus vniuersis & singularibus generatim, & sigillatim Protestantium postulationibus, post diuturnas lites plene satisfactum. Postrema altercatio de immensa pecuniæ vi, quam militi suo Sueci paciscebantur, orta. Sed transacta etiam hæc causa, & Cæsari noua posthac, vt eius militi satisfieret, stipendia promissa. Suecica & Imperii pace decreta, vltima manus Gallicæ paci sanciendæ imposita. Jam cum Batauis diu Hispani Monasterii pacem fecerant.

& felix finis.

Cum solis Gallis Hispani id temporis transigere nequiuerunt. Verum non curatis horum simultatibus, reliquis definitis, Octobri demum mense exoptatissimæ pacis formula so-

solenniter promulgata, & communibus plausibus excepta. Solus Pontificius legatus cum omnium indignatione ausus intercedere, quo minus tam inimica Ecclesiasticis bonis pax seruaretur. (*d*)

XVI. Formulæ Osnabrugensis pacis, qua multo sanguine quæsita libertas salusque Germaniæ inuicta perstitit, summa hæc fuit. Data vera pax, & plena omnium factorum venia atque obliuio. Restitutio decreta omnium ordinum proscriptorum aut exsulum fidissima. Palatino Comiti datus octauus electoratus,

Summa Osnabrugensis pacis.

(d) PVFENDORF *Suec. rer. lib.* XIX. XX. *num.* CXL. *sequ. Brand. rer. lib. III. ad num.* XVII. XXVIII. *Theatrum* EVROPÆVM *T. VI. pag.* 607. *sequ.* ADLZREITERVS *lib.* XXXII. *num.* XLVII. *lib.* XXXIII. *num.* XL. LOCCENIVS *lib* IX. *pag.* 744. 745. 746. LVDOLPHVS *lib.* XLVII. *cap.* II. *p.* 1439 - 1446. *lib.* XLVIII. *cap.* II. *pag.* 1512 - 1562. A. P. apud LONDORPIVM *Tomo VI.* in quo *pag.* 382 *sequ.* pacis etiam tabulæ insertæ sunt. Conf. IS. VOLMARI *Protocollum A. P. Instrumenti P. W.* TOB. PFANNERI *Historia P. W. &c.*

tus, & Inferior Palatinatus redditus. Reſtituti iuribus & ditionibus nominatim Badenſes, Wurtenbergici, Naſſouienſes, Solmenſes, Hannouienſes, ceteri; generatim omnes in hac belli cauſa damnati, præſertim qui aduerſis militarunt partibus. Religioſa pax confirmata pleniſſime, & declarata, quæ in dubitationem adducta fuerant. Quo in ſtatu anno vigeſimo quarto res eccleſiaſticæ fuerant, in eo vbique manere iuſſæ: vt tamen *Eccleſiaſticum*, quod vocatur, *Reſeruatum* rurſus probaretur. In Camerali & Aulico iudicio vtriusque religionis pares iudices, & ad conuentus imperii pares deputati, conſtituti: & cautum, ne porro in Comitiis ſuffragiis maioribus in religioſis cauſis ſtetur. Qui dicuntur vero *Reformati*, iis, qui Auguſtanam Confeſſionem prorſus probant, nunc plene æquiparati.

XVII. Sunt in ceteris omnium ordinum & publica Imperii iura ex legum ſcriptarum & perpetuæ iuris obſeruantiæ præſcripto commode de-

definita. Satisfactionem publicam accepit Regina Sueciæ, Elector Brandenburgicus, prætereaque Megapolitana & Cassellana domus. Cessationem ab hostilitate omni, exauctorationem militum, litium amicam compositionem, sanctamque & inuiolabilem pacis custodiam, extrema lex edixit. Eadem Monasteriensis pacis formula rata esse iussit, quæ Osnabrugæ de amnestia, & certa pacis obseruatione, æque ac de ordinum & publicis imperii iuribus sancte seruandis, decreta fuerant. Satisfactionis autem loco Galliæ rex accepit, Alsatiam, Suntgouiam, & quos iam olim Galli occupauerant, tres in Lotharingia Episcopatus. Prospectum tamen libertati ordinum, qui in Alsatia fuerint: (*e*) quam id exiguo eorum commodo atque fructu, posterior ætas docuit. *Monasteriensis pacis formula.*

XVIII.

(e) Vid. vtriusque pacis tabulæ apud LONDORPIVM *T.* VI. *pag.* 382. 407. *sequ.* & passim alibi: summaque capitum apud LVDOLPHVM *lib.* XLVIII. *cap.* II, *pag.* 1528-1553-1558.

Exsequutio pacis a Suecis vrgetur.

XVIII. Ita promulgata pace per omnem Germaniam continuo bellis positis pax & quies instaurari, & funestissimis odiorum persequutionibus renunciari: vt adeo post dirissimas calamitates maior perpetuæ salutis spes quam ante vnquam adfulserit. Interim, quantumuis id summo studio declinarent Cæsar atque ordines, securitatis ergo dispositus per septem adsignatos circulos certis stationibus miles Suecicus: vt satisfieret ad perfectum pacis formulæ, præstolaturus. Moras quidem nondum nectere desierunt Catholici, multasque passim iniicere controuersias vniuersi. (*f*) Quod exactionum vero & stipendiorum, quæ militi danda erant, pertæderet omnes, conuentum denique

An. cIↄIↄ CXLIX.

(f) PVFENDORF *Rer. Suec. lib.* XXI. *tot.* XXII. *init. sequ. Brand. rer. lib.* III. *num.* XXIX - XXXII. LVDOLPHVS *lib.* XLIX. *pag.* 1558 - 1562. *lib.* XLIX. *cap.* II. *pag.* 1626 - 1634. Varia A. P. ratione restitutionis & exsequutionis exhibet LONDORPIVS *T. VI. pag.* 436. *late sequ.*

que Noribergam, & ſolerti omnium cura effectum, vt finitis litibus, reſtituendis reſtitutis, abductoque aut exauctorato milite, plene deinceps Germania potuerit almæ pacis bonis perfrui. (g)

Noribergenſis conuentus.

An. cIↄ Iↄ CL.

XIX. Poſt aliquanto viſa Juliacenſis cauſa nouas datura turbas. Brandenburgicus miles, quod oppreſſi in religionis cauſa ordines orarent auxilia, ditiones quasdam Neoburgicas occupauerat. Continuo metus Germaniam inuaſit, vt tecta odia occaſione ea ad nouum bellum prorumperent. Itaque interueniente Cæſare perſuaſum & electori & duci, vt amice cum controuerſiis tranſigerent, atque in cine-

Juliacenſes motus.

cIↄ Iↄ CLI.

(g) PVFENDORF *lib.* XXII. XXIX. XXX. XXXI. *Brand. rer. lib.* III. *n.* XXXIII - XL. ADLZREITER *lib.* XXXIV. *in. ad num.* IV. LOCCENIVS *pag.* 746. *ſequ* LVDOLPHVS *lib.* XLIX. *cap.* II. *pag* 1634 - 1636. *lib.* L. *cap.* II. *pag.* 1702 - 1706. LONDORPIVS. T. VI. *pag* 579.

nere motus comprimerent. (*b*)
Bremenses turba. Eodem modo pax restituta Bremæ, quæ quod vectigal Oldenburgicum turbaret, a Cæsare proscripta erat.
An. cIↃ IↃ CLII. *Protestantium in Catholicis ditionibus causa.* (*i*) Quod quidem Sueci etiam & Protestantes maxime obtestarentur Cæsarem & Catholicos, vt in ipsorum ditionibus communi paci Protestantes permitterentur, impetratum non est: cum ipsa pacis formula plenam dedisse ferretur libertatem, vt allubesceret, sacrorum in ditione ordinandi statum. (*k*)

XX.

(h) PVFENDORF *Brand. rer. lib.* IV. *vsque ad num.* XXXV. *Theatrum* EVROP. *T.* VII. *pag.* 13. *sequ.* LVDOLPHI *Contin. lib.* LI. *cap.* II. *pag.* 22-28. Tabulas compositionis habet LONDORPIVS *T.* VI. *pag.* 632. *sequ.*

(i) *Theatrum* EVROPÆVM *T.* VII. *p.* 245. 341. LVDOLPHVS *Contin. lib.* LII. *pag.* 172. 173. *lib.* LIII. *pag.* 357. LONDORPIVS *T.* VI. *pag.* 673. *sequ.* *T.* VII. *pag.* 229.

(k) LVDOLPHVS *Contin. T.* III. *lib.* LI. *cap.* II. *pag.* 17. *lib.* LII. *cap.* II. *pag.* 157 - 160. *lib.* LIII. *cap.* II. *pag.* 295-299. *Theatrum* EVROP. *pag.* 344. 367. 458. 464.

XX. Cogitatum eo tempore de idonea & ſolenni omnium imperii publicorum iurium inſtauratione. Itaque Luneburgi & alibi in Circulorum conuentibus iura circulorum diu deſerta, delectis ducibus atque officialibus reliquis, nunc reſtituta. Quod iurisdictiones etiam admodum interturbatæ, & vbique propemodum cum ceteris calamitatibus moneta deprauata eſſet, cum iuſtitiæ, tum monetariæ rei ſedulo proſpectum. (*l*) De iisdem aliisque multis publicis cauſis actum Ratisbonæ in Comitiis, ad quæ Cæſar, poſtquam Pragæ cum præſentibus electoribus plerisque de filii electione egerat, præſens venerat. Multæ ibi nouæ lites finiendæ fuerunt, donec patriæ ſalus curari poſſet. Præcipue Brandenburgici noluere Suecos ad comitia admiſſos, donicum ex præſcripto legis Pomeraniæ partem ad plenum reſtituiſſent. Tandem adhuc antequam Cæſar pro-

Circulorum aliquot conuentus.

Ratisbonenſia Comitia.

An. cIↄ Iↄ CLIII.

(l) LVDOLPHVS *Contin. lib.* LII. *pag.* 165, 167 - 171.

posuisset deliberanda, de variis rebus habitæ consultationes. (*m*) Inter has Augustum Vindelicorum secesserunt electores, & ex parentis voto FERDINANDVM, iam diu Hungariæ & Boiohœmi declaratum regem, Romanorum regem elegerunt. (*n*) Quo facto reditum ad comitia, & ea, inaugurato Ratisbonæ Ferdinando, a Cæsare aperta. Expedita in iis varia : sed plura, quæ pacis formula, quæ quidem præcipue instar publicæ legis haberi mo-

Electio Ferdinandi IV.

(m) *Theatrum* EVR. *T.* VII. *pag.* 30. 289. *sequ.* 333. *sequ.* PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib.* III. *num.* LXIII. LXVI. TOB. PFANNER *hist. Comit. lib.* I. *init. ad num.* XX. *sequ.* LVDOLPHVS *Cont. lib.* LI. *pag.* 18. *lib.* LII. *cap.* II. *pag.* 160-164. 166. 171. *lib.* LIII. *cap.* II. *pag.* 299-321. A. P. apud LONDORPIVM *T.* VI. *pag.* 652. 658. *sequ.*

(n) *Theatrum* EVROP. *T.* VII. *pag.* 357. 358. *sequ.* PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib.* IV. *num.* XXXIIX-XLVI. PFANNER *lib.* II. *num.* LXIX. *sequ.* LVDOLPHVS *Contin. pag.* 321-326. Varia A. P. ratione huius electionis exhibet LONDORPIVS *T.* VII. *pag.* 39. 48. 49. 61. 70.

modo iussa est, ad comitia remiserat, frustra tractata. Discessum altero anno, ex quo Cæsar rogationem de deliberandis tulerat; tertio anno, ex quo erat conuentum. (o) An. cIↄ Iↄ CLIV.

XXI. Ceterum, quod in comitiis esset decretum, vt propediem deputatorum conuentus, cui nuper certæ leges dictæ erant, Francofurti haberetur, eius nouo anno bene cupiente Cæsare initium factum est. Causæ ibi tractandæ eæ erant, quas pacis formula, ita vt diximus, ad comitia reiecerat. Sextum ad annum continuatæ publicæ consultationes, vt pleræque tamen res non expeditæ ad comitia rursus deuoluerentur. (p) Jam tum inopinato obierat Fer-

Francofurtanus Deputatorum conuentus. cIↄ Iↄ CLV.

Ferdinandi IV. obitus.

(o) *Theatrum* EVROP. *T.* VII. *pag.* 361. *sequ.* & *pag.* 518. *vbi Rec. Ratisbon.* TOB. PFANNERVS *lib.* III. *sequ.* LVDOLPHVS *Contin. lib.* LIII. *cap.* II. *pag.* 327 - 368. *lib.* LIII. *cap.* II. *pag.* 451 - 462. Acta publica exhibet LONDORPIVS *T.* VI. & VII. passim.

(p) *Theatrum* EVROP. *T.* VII. *pag.* 709. *T.* VIII. *pag.* 57. *Diarium* EVROP. T. I. *pag.* 317. 411. LVDOLPHVS *Cont.*

Ferdinandus rex: vnde de nouo ſucceſſore adoptando ſollicitus Cæſar, alterum filium, *LEOPOLDVM*, Boiohœmi & Hungariæ regem nunc renunciari iuſſit; rogaturus haud dubie electores, vt ſuperſtiti ſibi noua regis electione gratificarentur. At cum haud multum iſtis conſiliis ipſe ſupereſſet, ad interregnum illa electio eſt dilata. (*q*)

An. cIↄ Iↄ CLVI. *Conſilia belli Suecici & Gallici.*

XXII. Extremum ſatis pacatis rebus Germanicis, & contra Sueciæ nouum regem, qui Polonos bello petierat, & contra Gallos Hiſpanis in Italia, ex fœdere ſancito, decreta erant in aula Cæſaris auxilia. (*r*) Sed

lib. LV. *cap.* II. *pag.* 577 - 580. *lib.* LVI. *cap.* II. *pag.* 691. Acta publica ex ſexenni hoc conuentu exhibet LONDORPIVS *Contin.* T. VII. *pag.* 1051. *ſequ.* T. VIII. *init. ſequ.*

(q) *Theatrum* EVR. T. VII. *pag.* 574. 721. 722. 870. *ſequ.* LVDOLPH *Contin.* T. III. *lib.* LIV. *pag.* 466. *lib.* LV. *cap.* II. *pag.* 581. 582. *cap.* III. *pag.* 585 - 592. *lib.* LVI. *cap.* III. *pag.* 696.

(r) *Theatrum* EVR. T. VII. *pag.* 1030. *Diar.* EVR. *T.* I. *pag.* 30 PVFENDORF *Vit. Car. Guſt.* *lib.* *IV.* *num.* XXXIIX. *pag.* 288. LVDOLPHVS

Sed ægre noui belli primordiis menses aliquot ſuperuixit laudatiſſimus Ferdinandus Cæſar; ex febri & repentino terrore placidis fatis Vindobonæ functus. (*s*) Ter nuptias celebrauerat: primas cum *MARIA ANNA*, Hiſpaniæ regis *Philippi III.* filia; ſecundas cum *MARIA LEOPOLDINA*, Auſtriaca; & tertias cum *ELEONORA*, Mantuana. Ex numeroſa prole ſuperfuerunt parenti ſingularum coniugum filii, LEOPOLDVS, CAROLVS JOSEPHVS, & FERDINANDVS ALOYSIVS; hic cito exſtinctus, alter Magnus Teutonici Ordinis magiſter, & aliquot Epiſcopatuum poſſeſſor, tertius in parentis locum ſurrogatus felix ſucceſſor. (*t*)

An. cIↄ Iↄ CLVII.

Obitus Ferdinandi III. & eius familia.

Contin. lib. LVII. cap. I. pag. 795. 796. *cap. II.* 797 - 800.

(s) *Theatrum* EVROP. *T. VII. pag.* 1031. *T. IIX. pag.* 1. *Diarium* EVROP. *T. I. pag.* 54. LVDOLPHVS *Cont. l. c. pag.* 801. 802.

(t) Vid. de familia Cæſaris *Celeb.* PFEFFINGERVS *in Vita Ferdin. III. in I. P. pag.* 761. *& ibi laudati auctores.*

CAPUT VI.

PUBLICORUM IURIUM STATUS.

I.

Incerta publica Jura per turbas facta.

Quis vltra iurium publicorum status sit, ægre turbatissima hac ætate, qua communi libertati Hispanica insidiata sunt consilia, agnosci potuit. Pietate erga Catholicam religionem & temporibus reipublicæ obtentui sumtis, cum electorum singularia tum communia omnium ordinum iura passim læsa atque violata. Tandem memoratis modis ad pacem ventum, cuius formulam æternæ legis virtute præditam vere certum ius publicum dedisse satis constat. Hac formula ceteræ imperii leges omnes confirmatæ; dubia multa iuste definita præterea solennes imperii consuetudines sancte obseruari iussæ. Additæ ceteris legibus Capitulationes ali-

Certum ius Publicum fit noua pacis formula.

aliquot; sed vt raro haberentur comitia, vix vna alteraque recessus formula, vt non maior principum pars contra eam diceret publicata. (*v*)

II. *ROMANI* dignitas *IMPERII* & nomine & iuris effectu Germanicum mansit imperium. Quantumuis Romani diadematis a Papa accipiendi quandoque fieret mentio, nulla facile tamen Romanæ expeditionis spes affulsit. *Patronum & aduocatum ecclesiæ & Romani Pontificis* se constanter acturum Imperator polliceri solitus: vt vrbis vero expressis Electores Protestantes testarentur, non se hoc nomine Cæsarem obligaturos. Ceterum, quod Italiæ principum litibus & bellis summa auctoritate Cæsar interue- *Jura Romani imperii.*

 nire,

(v) LVDOLPHVS *lib. XXIX. cap. II. p.* 485. 496-503. *lib.* XLVIII. *cap. II. p.* 1528. *sequ. & ibi summa P. O.* cuius *Art. VII. VIII. XVII.* præcipue huc faciunt. *Recessus Imperii* interposita intercessione infirmati exemplum exhibet *hoc libro caput III. num. II.* & ibi auctores *litt. r.*

nire, nec raro pertinacioribus proſcriptionis pœnam intentare, priſco exemplo conſueuit: ſatis eſt argumento, non nudo nomine ſed re ipſa Italiæ Romanique Imperii maieſtatem noſtros reges ſeruaſſe. (*x*) Quodſi conſilia Hiſpanica ſucceſſiſſet, & Roma atque Italia, æque ac Germania, procul dubio accepiſſet imperatorem, qui veterem rei Romanæ ſtatum cum maximo Germanicæ libertatis incommodo inſtauraſſet.

Forma imperii rectius modo explorata.

III. *FORMA IMPERII*, qualis ſemper fuit, cum eius mutatio cogitata eſſet, noua pacis ſanctione definita & confirmata eſt. Licet circumſcripti Capitulationibus, cum ætate & tempore nunc durioribus, eſſent Cæſares; non deſierunt tamen multa conſiliarii improbe ipſorum maieſtati vindicare, quæ ſemper ad commune imperium ſpectauerant. Mirum ipſos Catholicos prin-

(x) LVDOLPHVS *lib.* XIII. *cap.* I. *pag.* 423. 424. *Capit.* MAXIM. II. *num.* II. RVD. II. *art.* I. MATHIÆ *art.* I. & ita porro.

principes, vt per Cæſarem poſſent opprimi Proteſtantes, iſtiusmodi fauiſſe conſiliis. Verum, quo magis premeretur ordinum libertas, eo hæc denique ſe iactauit præclarius, & nouis rationibus ſua ſacra iura ſtabilita vidit. Cum diſputatum eſſet de iure fœderum, & legationum, & ſingularium conuentuum: ſingulæ quæſtiones ad inſtauranda ordinum iura fecerunt. Nihil mirum, Cæſareum conſiliarium hac re obſeruata admodum interceſſiſſe, quo minus iura publica docerentur in Academiis: cum quippe facile iudicaret, ea impenſius curata minime vlla Cæſareæ potentiæ augmenta promittere. (y)

IV. *ELECTIONIS* & ſolennis *INAVGVRATIONIS* ſolennia parum mutata. Adiectus tamen electoribus nouus Boioariæ elector; cui *Electionis & Vnctionis imperatoria iura.*

(y) P. O. *art.* VII. IIX. exempla Cæſareorum moliminum dedit hiſtoria. Vid. *hoc libro cap.* II *num.* XVI. XIX. *cap.* III. *num.* IV. *cap.* IV. *num.* VI. X. XIV. XV. *&c.*

cui ita Palatinus, licet inuitus, ſuis ceſſit iuribus, vt ipſe poſtremum occuparet locum, & *Archithesaurarii* nouum officium capeſſeret. Quæ quidem antea improbe hac in cauſa peracta videbantur, ne nimium Cæſarea auctoritas læderetur, lege deinceps non abrogata, ſed emendata ſunt. De inauguratione magna rurſus lis mota a Moguntino & Colonienſi Pontificibus: vtroque ius ſuum impenſe defendente. Cum modo Moguntinus votis potiretur, & inauguratione fungeretur; vetus controuerſia poſtera ætate ita eſt deciſa, vt cuiuslibet in diœceſi partes primæ forent, & extra diœceſeos fines, vt alternentur vices. (z)

Iura Comitiorum ſcripta lege definita.

V. *IVRA COMITIORVM* inſigniter hac poſtrema ætate aucta, multaque iis publica lege adſerta, quæ antea aut imperator ſolus, aut cum electoribus, tranſegerat. Nego-

(z) P. O. *Art.* IV. *num.* III. V. LVDOLPHVS *Contin. lib.* LI. *cap.* II. *pag.* 19. 20. *lib.* LIII. *cap.* II. *pag.* 325. 326. *lib.* LVII *cap.* II. *pag.* 815.

gotium datum comitiis, vt in iis de Romanorum Regis electione, certaque & constanti Cæsarea Capitulatione formanda, ageretur. Decretum, vt si qua in causa sancitæ pacis esset dubitatio, interpretandi dubia verba potestas esset apud comitia. Porro iussi in comitiis ordines emendare anteriorum conuentuum defectus; consultare de nouo modo & ordine proscriptionum, de Circulis redintegrandis, matricula renouanda, reducendis statibus exemtis, moderatione & remissione Imperii *Collectarum*, reformatione Politiæ, & Justitiæ, & *taxa*, & Judicii Cameralis, *Sportularum*; denique de ordinariis deputatis ad modum & vtilitatem reipublicæ rite formandis, legitimo munere Directorum in imperii collegiis, & aliis istiusmodi negotiis. (*a*) In *ordinibus* modo adnumerati Sueci, insignibusque priuilegiis donati. Auctus

(*a*) *Art.* IIX. P. O. *num.* II. III. P. MON. *num.* LXIII. LXIV.

ctus etiam ducatuum, quos vocant, & principatuum numerus; illoque nomine Archiepiſcopatus duo, & altero plures Epiſcopatus, ex ſacro ſtatu exemti, in comitiis in poſterum cenſeri iuſſi. (*b*)

Jura Ordinum certiora.

VI. *ORDINVM* vniuerſa & ſingula iura nunquam ſcripta lege tam ſunt accurate deſcripta & definita. *Gaudeant ſine contradictione*, lex inquit, *iure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii, præſertim vbi leges ferendæ, vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ, noua munimenta intra ſtatuum ditiones exſtruenda, veteraue firmanda præſidiis, nec non vbi pax aut fœdera facienda, aliaue eiusmodi negotia peragenda fuerint.* Jam ante in prioribus verbis vniuerſorum iurium, ſiue ſacrorum, ſiue ſecularium, quæ ad-

(b) P. O. *art.* X. *num.* VII. IX. XII. *ſequ. art.* XI. *num.* IV. V. VI. XI. LVDOLPHVS *lib.* XLVII. *cap.* II. *pag.* 1439.

adpellant, & quæcunque *Territorialis Superioritatis* noto nomine comprehendi poſſunt, ſumma fuerat confirmata; additum deinde modo adductis verbis: *cumprimis ius faciendi inter ſe & cum exteris fœdera pro ſua cuiusque conſeruatione ae ſecuritate ſingulis ſtatibus perpetuo liberum eſto; ita tamen, ne eiusmodi fœdera ſint contra Imperatorem & Imperium, pacemque eius publicam, vel hanc inprimis transactionem, fiantque ſalus per omnia iuramento, quo quisque imperatori & imperio obſtrictus eſt.* Ipſis liberis ciuitatibus paulo poſt verbis *votum* in comitiis *deciſiuum*, omniaque iura, quibus vnquam perfruitæ uſæque eſſent, plene confirmata. (*c*)

VII. *MATRICVLÆ* nouæ & iuſtioris conficiendæ cauſa, non minus ac *redintegrandi circulos cura* relata nunc ad comitia. Hæc quidem *Matricula imperii.*

(c) P.O. *art.* VIII. *num.* I. II. IV. *P. M. num.* LXII. LXIII. LXV.

dem haud diu post hanc ætatem Ratisbonæ perpetua cœperunt esse; vt nondum tamen consultationes vllum exitum habuerint. Cum Circuli Ducem Daniæ rex ageret, admodum iura *CIRCVLORVM* disputata: vt iustior vero videretur ordinum petitio, ac Cæsaris consiliariorum rogatio. Ceterum æquitatis ergo nunc adiecti *Aulito iudicio* Protestantes aliquot consiliarii: vt numerus vero certus præscriptus nullus fuerit. Verum in *Camerali Judicio* perfecta parilitas Catholicorum & Protestantium iudicum obseruari iussa. Solius præcipui Cameralis Judicis officium Cæsaris arbitrio permissum, adeoque nondum cuipiam Protestantium concessum. (*d*)

Jura Circulorum.

Iudicia imperii.

VIII.

(d) P. O. *art.* VIII. *num.* III. *art.* V. *num.* LIII. *sequ.* LVDOLPHVS *lib. XXV. cap.* II. *pag.* 250. *sequ.* Conf. *hoc libro cap.* IV. *num.* XII.

VIII. Cura *commerciorum* prorsus funestissimo bello prostratorum resumta cum pace. Vectigalia, si quæ improbe fuissent constituta, plene abrogata. Debitorum calamitati, quam quidem publicæ dederint calamitates, publice prospectum. Restituti etiam insigni commerciorum commodo publici cursus, quos vulgo Postas vocant. Hi autem id temporis adhuc solius imperatoris relicti arbitrio. Verum cum ex iure sibi eos vindicarent Cæsarei; mox prouidi principes, ne sua sibi nocerent negligentia, pariles cursus vehiculares in suis instituerunt prouinciis. (*e*) *Cura commerciorum.* *Postarum cura.*

CAPVT

(e) P. O. *art.* IIX. *num. V. art.* IX. *tot.* Ratione Cursuum publicorum decretum Circuli Sax. Infer. An. cIↃ IↃ CLXII. memorat LVDOLPHVS *Cont. lib.* LXII. *pag.* 1372. *sequ.*

CAPVT VII.

PRINCIPVM GERMANIAE NOTITIA.

I.

Auſtriaci Archiduces.

Ex quo ſemel cœpit, non deſiit *Auſtriaca* domus, licet multimodis calamitatibus adflicta, primum & potentiſſimum locum in Germaniæ principibus gentibus obtinere. Ex illa prima hac ætate ſtirpes duæ præter opinionem exaruerunt. *MAXIMILIANI* II. Imperatoris quinque filii, partim cælibes, duoque nulla ex coniugibus prole beati, obierunt. *FERDINANDVS*, Tirolenſis, filios *ANDREAM* & *CAROLVM* habuit. Alter Romana purpura donatus; alterque ſterili vſus matrimonio. Itaque poſteriori noſtra ætate peruenit rerum ſumma ad CAROLI, tertii fratris, cui Stiria, Ca-

Carinthia, Carniola, cesserat, filium FERDINANDVM II. Isti Boiohœmi Hungariæque regi, & deinceps Imperatori renunciato, omnibus Austriacis ditionibus lubens cessit *ALBERTVS*, Belgii gubernator, solus fratribus tum superstes. Fratres Ferdinandi II. *MAXIMILIANVS ERNESTVS* & *LEOPOLDVS* fuerunt. Ille cælebs obiit; hic post dimissos sacros ordines, Tirolensem accepit ditionem, duosque filios *FERDINANDVM CAROLVM* & *SIGISMVNDVM FRANCISCVM* genuit. Ferdinandi II. turbulentissimo perfuncti imperio filii FERDINANDVS III. & *LEOPOLDVS WILHELMVS*; alter felix Germaniæ pacator propagauit stirpem, alter se sacro ordini dedit. Ferdinandi III. filius *FERDINANDVS* IV. maturioribus fatis functus imperium Austriacæque potentiæ securius firmamentum LEOPOLDO fratri reliquit. (*f*) Hunc in-

An. CIϽ IϽ CXIX.

(f) LVDOLPHVS *lib.* XVII. *cap.* II. *pag.* 611. 612. *cap.* III. *pag.* 619. 620. 621. *lib.*

instauraſſe porro poſt patrem & bonis moderatisque conſiliis decoraſſe rem Auſtriacam, ſatis tum paſſim inuiſam atque exoſam, adhæc mille foris domique periculis, ſæuis bellis, parentiumque tumultibus, conflictatam: proximi temporis declarabit hiſtoria.

Palatinæ domus fata.

II. *Palatinæ* domui alia nulla fuit & bello & pace calamitoſior, ac hæc ætas: quæ contra Boioariæ ducibus, agnatæ genti, maximam fortunam attulit. Primus elector LVDOVICVS, cognomine *Facilis*, placita Lutheri, rurſus reiecta Caluini doctrina, ſequutus eſt. Eo autem maturius ex viuis exemto, pro FRIDERICO IV. filio *JOHANNES CASIMIRVS*, patruus, adminiſtrato regimine, magna vi reduxit nuper proſcriptam doctrinam: eandemque deinde ipſe Fridericus elector ſtrenue defendit. Cum Vnione ſan-

An. cIↄ Iↄ LXXXIII.

XIX. cap. II. *pag.* 705. LVD. *Contin. lib.* LIV. *cap.* II. *pag.* 466. *lib.* LV. *cap.* II. *pag.* 584. 585.

ſancita, cui ſe caput ducemque dedit, vno eodemque anno obiens, (g) filio FRIDERICO V. *patienti* adpellato, iterum annis minori, teſtamento tutorem *JOHANNEM*, Bipontinum, ſcripſit: eo animo, ne tutela legitimi tutoris Neoburgici, qui impenſe Luthero fauit, nouam ſacrorum mutationem induceret. Fridericus adultior Britannicam principem *Eliſabetham* duxit, totusque inde aduerſis Auſtriacæ potentiæ ſtudiis conſiliisque ſe dedit. Ex hiſce capto animo Bohœmicum oblatum diadema accipiendi, breui non regnum modo, ſed opes, ditiones, honoresque, perdidit, vitamque exſul inopsque transegit. Quibus calamitatibus immortuus impuberem filium CAROLVM LVDOVICVM primum in iura & auita nomina, deinde ſeriori tempore per ſancitam pacem

An. cIɔ Iɔ CX.

cIɔ Iɔ CXX.

cIɔ Iɔ CXXXII.

Zzz 2 in

(g) THVANVS *lib.* LXII. *pag.* 180. 181. *lib.* LXXIX. *pag.* 892. 893. *lib.* CIV. *pag.* 1128. 1129. *lib.* CV. *pag.* 1167. LVDOLPH *lib.* X. *pag.* 314. 315. *lib.* XI. *pag.* 353.

in præcipuam ditionum partem ſucceſſorem habuit. (*h*)

Boicæ gentis fortuna.

III. Tum vero, quæ iam ante bello *Boicæ* genti adſerta erat, præcipua Electoralis dignitas, & Palatinatus Superioris ditio, pacis formula eſt plene auulſa a Palatinis reliquis terris, & adſcripta Boioariæ: poſtremo deinceps in electoribus loco Palatino Comiti adſignato. Obtigit eximia iſta Boicæ domus fortuna primo MAXIMILIANO, *Wilhelmi* V. filio, *Alberti* V. nepoti; forti, prudenti, felicique, principi. Pater filio vnigenæ diu ante quam moreretur, ceſſerat regimine: & quod virtutem eius maxime probaret, & quod ipſe poſthaberet pietatis exercitiis graue onus imperii. Maximilianus addictis Auſtriacæ genti ſtudiis primos Bohœmos proſtrauit; Palatinos deinde de dignitate & bonorum parte deturbauit: tum

An. cIↄIↄ XCVIII.

(h) LVDOLPH *l. cit. lib.* XIII. *cap. II. pag.* 450. *c. VIII. p.* 459. *l.* XXXII. *c.* II. *pag.* 90. 124. Reliqua electoris fata exponit *caput IV. num. IV. V. ſequ.* Reſtitutio *CAROLI LVDOVICI* mandatur P. O. *art. IV. num. V. ſequ.*

tum magnum bellorum ordinem fortiter prudenterque ſuſtinuit; & denique per pacem opes honoresque nouos accepit confirmatiores. Partæ iſti a longæuo patre felicitati FERDINANDVS MARIA hæres An. ſucceſſit, &, vt ipſe pacis & tran- cIↄ Iↄ quillitatis eſſet princeps amantiſſi- CLI. mus pacatis diu ſatis præfuit prouinciis. (*i*)

IV. In *Saxonia* AVGVSTVM, *Saxonici* Electorem magnis multisque in Ger- *Electores.* maniam & priuatim in Saxoniam cIↄ Iↄ meritis clariſſimum, filius CHRI- LXXXVI. STIANVS I. ægre exceperat, cum per inteſtinos motus, turbataque paſſim Lutheri placita, florentiſſima Saxonia mirum in modum conuel-

(i) P. O. art. IV. num. III. P. M. num. XI. Totum *MAXIMILIANI* imperium ab initiis ad eius obitum ADLZREITERVS *P. III. Annalium libris XXXV.* deſcribit. Res eius priuatas maxime *lib. I. & XXXV.* perſequitur. Iura Boioariæ Ducum in electoratum percenſet *lib. IX. num. XXVII. ſequ.* & de *FERDINANDO MARIA* commemorat *lib. XXXIV. num. XII. ſequ.*

leretur. Dum breui autem facilioris ingenii princeps obiit, pro iuniori filio CHRISTIANO II. Saxo Altenburgicus princeps ita reipublicæ præfuit, vt turbarum vltra superaret oppido parum. Postulauit inde Christianus Juliacenses ditiones tum vacuas factas ex lege ab imperio dudum scripta. At, aliis eas occupantibus ex pactis priscisque horum feudorum moribus, haud alia Saxonibus nisi iure experiundi via reliqua fuit. (*k*) Fratris prole nulla beati locum JOHANNES GEORGIVS, prudens, si quisquam, & fortis princeps, obtinuit, & per tempora calamitosissima, in quæ imperium eius incidit, strenue sustinuit. Quæ lex ipsi suprema erat Saxoniæ & generatim Germaniæ totius salus; primum Austriacam causam de-

An. cIↃIↃ XCI.

cIↃIↃ CXI.

(k) THVANVS *lib. LXXXIV. pag.* 176. 177. *lib. C. pag.* 940. *CI. pag.* 949. LVDOLPHVS *lib. IX. cap. II. pag.* 266-276. qui simul Saxonica in Iuliacenses ditiones iura exponit. *Idem lib. XI. cap. II. pag.* 345. 353.

defendere consultum duxit, nec eam ante, quam potentior facta Germanicæ libertati salutique ipsi imminere videretur, deseruit. Hac in causa, quid affectui dederit, quid commode aut secus euenerit? nostrum non est hoc loco scrutari. Postquam cum Suecis consociauit contra Austriacos causam; horum fortuna facile retro acta, & spes plenæ salutis opportune instaurata. Pragensis pax dissociauit Saxonum Suecorumque consilia, & mox infestissime inter se ea commisit. Id causæ vero fuit, vt, dum contra Saxones Sueci facerent, perexigua commoda illis communis pacis sanctio adferret. Summa senectute Georgius moriturus, quadrifariam filiis diuisit ditiones. Senior filius, JOHANNES GEORGIVS II. elector, Misniam, Superiorem Lusatiam, iuraque Aduocatiarum & communis territorii, obtinuit. *AVGVSTO* Thuringicæ quædam, & Magdeburgicæ ditiones; *CHRISTIANO* Merseburgici Episcopatus bona, &

An. cIↄIↄ CXXXI.

cIↄIↄ CXXXV.

cIↄIↄ CLVI.

Inferioris Lusatiæ pleraque; iuniori denique *MAVRITIO*, Naumburgenses ditiones, Misniæ partes, & Hennebergicæ possessiones, obuenerunt. (*l*)

Brandenburgici electores. An. cIↄ Iↄ XCVIII.

V. *Brandenburgicas* prouincias electores JOHANNES GEORGIVS, & JOACHIMVS FRIDERICVS, Rudolphi Cæsaris æquales, pater & filius, fortiter, prudenter, feliciterque, rexerunt. Pater adserta Prussia, &, æque vt filius, plurimis publice priuatimque gloriosæ gestis, nobilis; hic Augusti Saxonis exemplo sanctiori Consilio instituto, concessisque *CHRISTIANO* & *JOACHIMO ERNESTO* fratribus Franconicis terris, præcipue clarus est. (*m*) JO-

(l) Conf. *hoc libro cap. III. num.* IIX. *cap.* IV. *num. V.* X. XIIX. XXIII. & *passim alibi. Theatrum* EVROPÆVM *T.* VII. *pag.* 1024. *sequ.* LVDOLPHVS *Contin. lib.* LVI. *cap.* II. *pag.* 689-692.

(*m*) JOHANNES SIGISMVNDVS' An.
auo patreque felicior, vxoris nomi- cIↄ Iↄ
ne Juliacenſem hæreditatem adiit, CVIII.
pauloque ante obitum Pruſſiam ex
pacto legeque, *ALBERTO FRI-* cIↄIↄ
DERICO duce mortuo, occupauit. CXIX.
Mutata idem mente, dubioque con-
ſilio, Reformatis, quæ vocant, ſacris
acceſſit. Filio GEORGIO WIL-
HELMO communes Germaniæ ca-
lamitates difficilius dederunt regi-
men. Optimo iure Brandenbur-
gicis debita Pomerania inſeſſa a Sue-
cis, & ægre regiones reliquæ abalie-
na hoſticaque vi defenſæ. (*n*) Eo
autem felicior ætas fuit FRIDERI- cIↄ Iↄ
CI WILHELMI, filii, fortiſſimi æ- CXL.
que atque ſapientiſſimi principis.
Pacauit iſte prouincias, propagauit

(m) THVANVS *lib.* CXX. *pag.* 513. 514. LVDOLPHVS *lib.* IIX. *cap.* XV. *pag.* 260.

(n) LVDOLPHVS *lib.* IX. *cap.* II. *pag.* 270. 272. *lib.* XIV. *cap.* II. *pag.* 495. 496. *lib.* XIX. *cap.* XV. *pag.* 742. *lib.* XXXVII. *cap.* II. *pag.* 554. *lib.* XL. *cap.* II. *pag.* 775. 776.

quoquo versus ditiones, Prussiæ imperium reddidit liberum, consiliisque simul & armis cum Germaniæ toti, tum vastis suis tegionibus, ad seram vsque ætatem prospexit. (o)

Brunsuicensis & Luneburgica domus.

An. cIↄ Iↄ LXXXIX. cIↄ Iↄ CXIII.

VI. Ex *Brunsuicensi* gente *JULII*, optimi principis, filius HENRICVS JVLIVS Rudolphi Imperatoris fuit æqualis. Walckenriedensi & Blanckenburgica ditione acquisita nobilis, filium FRIDERICVM VLRICVM, Brunsuicensis mediæ gentis extremum ducem, successorem habuit. Cum *CHRISTIANO* fratre multa ille fortiter prudenterque eo egit tempore, quo tota Germania bellis oppressa erat. Fatis suis functus Luneburgicæ genti amplissimarum regionum hæreditatem reliquit. (*p*) Erant *Henrici* & *Wil-*

cIↄ Iↄ CXXXIV.

(o) De rebus eius gestis præclaros *commentarios* SAM. PVFENDORFII habemus.

(p) LVDOLPHVS *lib.* X. *cap.* II. *pag.* 312. *lib.* XXI. *cap.* II. *pag.* 17. *lib.* XXII. *c.* II. *pag.* 86. *lib.* XXVI. *cap.* II. *pag.* 315. ADLZREITERVS *P.* III. *lib.* IIX. *num.* XXIII. XXIV. XXV. &c.

Wilhelmi fratrum filii, qui coniunctas rurſus regiones denuo bifariam diuidere conſultum duxerunt. Henrici filius AVGVSTVS, ſeniore fratre cito exſtincto, cum Dannebergica paterna ditione Brunſuicenſis ducatus partem copulauit: variisque laudibus digniſſimus princeps, nouæ Brunſuicenſis domus felix conditor fuit. Wilhelmi filiis, qui ſeptem erant, & ſorte partiti fortunas, primum Grubenhagenſis, deinde Calenbergica, hæreditas obuenit. Tot egregiis acceſſionibus Luneburgica gens aucta in ſolius GEORGII, ſexti fratris, qui ſorte ducta vxorem ducere iuſſus fuerat, ſtetit filiis. Hi quatuor ex parentis teſtamento eo modo partiti prouincias, vt ſenior Zellæ, alter Hannoueræ, acceptas regerent terras; vtque iuniores in locum fratrum, ſi quis prolem nullam habuiſſet, ſemper vero ſenioribus optione eligendi partes relicta, ſuccederent. Accidit res ex parentis præſagio. *CHRISTIANVS LUDOVICVS* Zellæ ob-

An. cIɔIɔCXXXVI

cIɔIɔCXLI

obiit, ſterili vſus matrimonio. Tum *GEORGIUS WILHELMUS*, relicta ſibi optione, fruſtra contra dicente *JOHANNE FRIDERICO* fratre, Hannouera Zellam ſedem tranſtulit, & Calenbergicas ditiones iſti fratri conceſſit. Proxima denique ætate ERNESTVS AVGVSTVS, fratrum natu minimus, Calenbergicam & adiunctas regiones accepit, cum frater nullum filium genuiſſet. (*q*)

An. cIↄIↄ CLXXIX.

Nouæ illuſtres Germaniæ familiarum dignitates.

VII. De reliquis Germaniæ principum familiis præſtat ex noſtro inſtituto nihil quam parum dicere. Sunt autem noua principum dignatione plurimæ illuſtres Comitum domus noſtro hoc tempore donatæ. Ferdinandus II. *DIETERICHSTEINIIS*,

(q) LVDOLPHVS *lib.* XXXVII. *cap.* II. *pag.* 555. *lib.* XXXIX. *cap.* II. *pag.* 699. 700. *lib.* XLI. *cap.* II. *pag.* 857. 858. 855. De principum rebus geſtis cum apud LVDOLPHVM paſſim, tum alibi. Vid. *Celeb. Auctor Germ. Principis in Geneal. Brunſuic.*

NIIS, *SALMENSIBUS*, *LICHTENSTEINIIS*, *HOHENZOLLERENSIBUS*, *EGGENBERGENSIBUS*, *LOBKOWITZIIS*, tot ſimul nouo exemplo gentibus, imperii principum iura contulit: vt partim tamen non omnes agnati Comites dignitate principum donarentur, partim etiam iuberentur omnes principe digna bona comparare, antequam in principibus imperii locum poſtularent. Iisdem fere conditionibus poſtea Ferdinandus III. *NASSOVIIS*, *AVERSBERGIIS*, *PICCOLOMINÆIS*, *AREMBERGENSIBUS*, & *FRISIÆ ORIENTALIS Comitibus*, principum honores tribuit: &, vt alii a patre creati principes ſimul in ceteris antiquioribus principibus omni iure in comitiis cenſerentur, demum effecit. (*r*) Ei-

(r) Vid. PFEFFINGERVS *in Vitis Ferd. II. & III. & ibi laudati auctores.* Conf. LVDOLPHVS *lib. XLI. cap. II. pag.* 849. 853. & grauamina ordinum de multiplicatis principum dignitatibus apud *Eundem lib. XLVI. cap. II. pag.* 1307.

Eidem Ferdinando Imperatori debent *Comites Franconici & Westfalici* tertium quartumque, & *Rhenani Abbates* secundum, ſuffragium, *votum* vulgo vocant, in comitiis ferendi facultatem. (*s*)

CAPVT VIII.

STATVS SACRARVM RERVM.

I.

Protestantium ſacra exitio vicina egregie triumphant.

Quæ nupera ætate conſtituta erant inter ſe paria & mutua Catholicorum & Proteſtantium iura, in non leuem quæſtionem nouo tempore rurſus adducta ſunt. Maior Catholicorum pars a Papa concitata, nec raro ab ipſis exacerbata Proteſtantibus, cum prior fortuna belli fauiſſet, fuit prorſus diuerſa ſacra

(s) Vid. PFEFFINGERVS *in Vita Ferd. III. pag. 763. 766. & laudati ibi auctores.*

cra opprimere & delere parata. Mirum haud exſtitit, cito præualuiſſe Pontificios, cum hi cauſam vniuerſi vnam, disiunctam contra & variam Proteſtantes, egerint. At mirum potius, nec niſi ſummæ prouidentiæ referendum acceptum, poſtquam tantum Pontificia fortuna præualuerit, vt armis edictisque interitum aduerſæ doctrinæ comminari potuerit; e machina quodammodo DEVM callidiſſima æque ac potentiſſima conſilia, ſubuertere, nec reddere modo potuiſſe priſcam Proteſtantibus libertatem, ſed omnino eam, re ad Osnabrugenſem pacem adducta, firmiorem certioremque dediſſe, quam fuerat vnquam antea. (*t*)

II. Ab-

(t) Conf. *hoc libro cap. II. num. XX. cap. III. num. II X. cap. IV. num. IV. V. VI. VII. XIII. XV. XVIII. &c.* Proteſtantibus generatim, & nominatim Reformatis, plenam pacem ſecuritatemque præſtat, & dignitatem debitam largitur P. O. *art. V. VII.*

Status Protestantium Ecclesiarum. II. Abhinc pars magna Germaniæ pacata doctrinæ fauet, quam Pontificiæ boni veritatis testes nuper opposuerant. Luctuosa vero res vtique fuit, cum moderatis consiliis orienti veritati fuisset fauendum, a multis ex ipsis iis, inter quos nata est veritas, mox per discordantes opiniones, ad simultates, contentiones, odia, iurgia, conuiciaque, esse ventum, magnoque veritatis cursus detrimento abscessum in nouas sectas: multis *Luthero*, aliis *Caluino*, scriptis oreque plaudentibus; istis illos insectantibus & persequentibus, nec illis a vi et vehementia absistentibus; omnibusque passim iisdem fere modis placita sua defendentibus & propagantibus, quos summo vitio Pontificiis dudum dederant. *Damnosæ dissensiones in iis.* Formula Concordiæ, quæ auspiciis Augusti Electoris maximisque sumtibus est conscripta, prorsus separauit partes. Inde illi, qui cum ea fecerunt, *EVANGELICI*, & *Lutherani*, vt ceteri *Caluiniani* aut *Zwingliani*, adpellati sunt; vt ipsi vero po-

poſtremi *REFORMATORVM* nomen adoptauerint, nec ab Euangelicorum titulo alieni eſſe velint. (v)

III. Externum quidem vtriusque partis ſtatum inter ſe parum differre, facile conſtat. Vtrique impugnant Papæ auctoritatem & reprobant. Vtrique ſacrorum ius integrum de manibus Pontificis ſummi extortum recepere, & principibus iuſte reddiderunt ſuis. Vtrique crediderunt illud ius, directionem ſacrorum externam complexum, iudicio ſingulari, quod Conſiſtorium adpellant: quam recte? alibi indictum. Vtrique ſacerdotes ex Chriſti præceptis metiti nolunt opibus poteſtateque eminere inter reliquos; ſed virtute, pietate, & doctrina. Cupiunt vero Reformati omnes inter ſe dignitate pares & æquales ſacerdotes agere: niſi quam cui dignationem ætas, doctrina, locus-

Externa facies vtriusque Proteſtantium partis.

(v) THVANVS *lib. C. pag.* 940. *lib. CV. pag.* 1164. 1165. Conf. ſupra *hoc libro cap. II. num. IV.*

cusque, tribuerit. Contra penes Euangelicos regiminis cuiusdam Ecclesiastici speciem ordo Clericorum magis referre videtur. Vtrique demum eas doctrinas, quas manifesto seriora secula puriori & vetustissimæ veritati supposuerunt, reiecerunt. (*x*) Vt veterem vero vtrique doctrinam diuerso modo instaurauerint, ideoque in partes, ita vt diximus, confestim abierint; a nobis ad exteriorem sacrorum statum intuentibus frustra quæritur.

Status Catholicæ ecclesiæ externus.

IV. *CATHOLICORVM*, quam vocant, ecclesia more auito regnata a summo Pontifice. Jus illi sacrorum integrum ab iis relictum esse, qui cum eo fecerunt, iam declaratum alibi. Meminisse tamen modo Papam oportuit, non vltra licere sibi affectare obtentu religionis in reges prin-

Papæ dominatio eneruata.

(x) THVANVS *lib. CV. pag.* 1165. LVDOLPHVS *lib. XIV. cap.* II. *pag.* 495. 496.

principesque imperium. Quam magnum profecto emolumentum ex puriori doctrina acceptum ab ipsis Catholicis! Riserit hodie vel priuatorum aliquis Vaticana fulmina, quæ quondam summi Cæsares perhorruerunt. Proscripserit hodie arbitrio suo quilibet magistratus Romanos homines, pecunias vulgo imperantes, aut indulgentias intemperantius nundinantes. Non licet vltra aut agere, aut omnino dicere, quod olim licuit. Callidioribus opus fuit consiliis ad conseruandam sacram dominationem, cum alioquin nisi violentis vti nunquam solenne fuerit Romanæ aulæ. (*y*)

V. *EPISCOPORVM Germaniæ* numerus, cum plenæ restitutioni proximus videretur, plurimum hac ætate de- *Episcoporum Germaniæ numerus debilitatus.*

(y) LVDOLPHVS *lib.* XIII. *cap.* II. *pag.* 447. *lib. XIV. cap.* II. *pag.* 487. ADLZREITER *P.* III. *lib.* III. *num.* IV. V.

debilitatus eſt. Edicto ſanxerat Imperator, vt omnes vbique Epiſcopatus inſtaurarentur, & generatim Eccleſiaſtica bona redderentur, quotcunque Paſſauienſi pace poſterior ætas aboleuiſſet. Bellum pro bonis, & generatim pro ſacris, inde varia fortuna geſtum, eum denique habuit exitum, vt multo plures Epiſcopatus ruerent, & ſatisfactioni aliquot principum cederent. *Bremenſis* Archiepiſcopatus, & *Verdenſis* Epiſcopatus, terræ, ducatus & principatus nouis nominibus donatæ, datæque Suecis. Brandenburgicus elector, quod boni communis cauſa ceſſerat Citeriori Pomerania, accepit *Magdeburgici* Archiepiſcopatus, prætereaque *Halberſtadienſis*, *Mindenſis*, & *Caminenſis*, Epiſcopatuum, iura & prouincias. *Osnabrugenſis* Epiſcopatus alternis vicibus a principe Luneburgicæ gentis adminiſtrari iuſſus. Si paulo latius ſerpſiſſet bellum, haud dubie plerique Germaniæ Inferioris Epiſcopatus interiiſſent. Interceſſiſſe quidem vehementer

ter Papæ legatum, cum formula pacis publicaretur, ne hisce improbis, quæ criminabatur, pactis staretur; paulo supra declarauimus. At carior in vniuersum pax fuit & tranquillitas publica, ac quæ fauore Papæ porro nunc repudiaretur. (z)

VI. *LITTERARVM STVDIA*, vt cœperant nuper, efflorescere & exsplendescere porro magis magisque. Vt nondum quidem prorsus Scholastica Philosophia & Theologia desereretur, cœptæ tamen iam passim a cordatis & eruditis viris solidiores excoli & tractari doctrinæ; vnde nostro demum tempore ventum ad perfectiorem studiorum in quouis eruditionis genere rationem. *Academiæ* con- *Litterarum studia.* *Nouæ Academiæ.*

(z) P. O. *art*. X. XI. XII. XIII. Conf. *hoc libro c*. IV. *n*. XV. *c*. V. *n*. XV. LVDOLPHVS *l*. XLVIII. *c*. II. *p*. 1528. *ratione Pontificiæ intercessionis* A. P. apud LONDORPIVM *T*. VI. *p*. 423. 473.

conditæ ſunt hoc æuo nouæ; *Gieſſenſis*, *Paderbornenſis*, *Molsbemenſis*, *Juuauienſis*, *Rintelenſis*, *Bambergenſis*, extremaque *Duisburgenſis*. (*a*)

LI-

(a) Duysburgenſis academia. LVDOLPHVS *Cont. l.* LV. *c.* II. *p.* 586. PVFENDORF *l.* XIX. *Brand. rer. n.* CIV. De noua inauguratione Gieſenſis & Marpurgenſis academiæ LVDOLPHVS *Contin. lib.* LIII. *c.* XIV. *p.* 444.

LIBER VI.

RES GERMANIAE IMPERANTIBVS LEOPOLDO, IOSEPHO, ET CAROLO, AVSTRIACIS.

CAPVT I.

FINIVM ET REGIONVM STATVS.

I.

Postrema Germanicarum rerum periodus, quæ proxime recentia tempora complectitur, oppido raras siue finium, siue regionum, vicissitudines nobis monstrat. *Fines* Germaniæ omnes perstitere a longa vsque ætate integri, nisi qua spectant ad occidentem & Gallorum vicinias. Vt nulla magis, ac

Occidentales Germaniæ fines porro coangustati.

ac recentiſſima, ætate Galliæ regnum opibus floruit, ita nec vnquam impenſius Germaniæ noſtræ imminuit. Poſt Alſatiam ideoque integram, & principem vrbem Argentoratum, occupauit modo etiam *Burgundiam Minorem*, *Flandriæque*, *Hannoniæ*, *Luxenburgi*, *Namurci*, multas partes. Coarctatam hic rurſus noſtram eſſe Germaniam, contractosque eius fines, quis neget? At de iure inquirentibus, non negauerim ſolennibus quandoque pactionibus Alſatiam, Suntgouiamque, Gallis eſſe relictam, & valido proinde teneri ab eis iure; niſi crebra pacis & pactorum violatione illo excidiſſe eos dixerimus. Quod pertinet vero ad reliqua, quantumuis poſſeſſione Gallis ceſſerint Hiſpani, ſupremum tamen ius imperii eos aut voluiſſe aut potuiſſe minuere, minime cenſuerim. (*a*)

Quo iure?

II.

(a) Pax Neomagenſis & Ryſuicenſis partim confirmat Monaſterii Gallis ceſſa, partim noua tribuit territoria, & in his Argentoratum. Vid. *Recueil*

II. In *prouinciis* quod abeat a ſtatu nupera ætate viſo, minus prope deprehendimus. Quas prouincias diſpertierat Osnabrugenſis pacis ſanctio, plerasque ſeruarunt integras poſſeſſores. *Sueci* ſemel nunc & iterum omnibus *Germanicis terris*, quod ipſi exuiſſent pacem, iuſte ſpoliati ſunt. Prima quidem vice coegit Gallus fœderatos, vt reſtituerent occupata. (*b*) Quid noua vice Sueci ſperare poſſint? futurum declarabit tempus. A Boioaria ante hos decem annos *Palatinatus Superior* auulſus, Electori Palatino erat eodem iure redditus, quo quondam ereptus. Iusſit au- *Prouinciarum per Osnabrugenſem pacem diuiſarum conditio.*

des Traittes T. IV. pag. 405. & 684. *ſequ.* In Burgundiam, Dinantium, & Belgicas ciuitates, iura ſua imperatorem, cum Neomagi Hiſpani iſtis cederent, manifeſta intercesſione conſeruaſſe, teſtatur PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib. XVI. num.* LXXIIII. *p.* 1246.

(b) *Pax* NEOM. *art. XXVI.* PVFENDORFIVS *l. c. lib.* XVII. *num.* XLVI. *ſequ.*

tem Badensis pax restituere Boioariæ Palatinatum, pactique cum Gallis fœderis Boioariæ Electorem ferre præmia. (*c*)

Diuisiones ditionum porro continuata.

III. Quæ cæterum prouinciæ nuper fuerunt in partes diuisæ, pleræque tenuerunt antiquum. Quas *Saxonicas* electorales ditiones Augustus, Christianique, Electores coniuncte possederunt, quadrifariam filiis diuisisse Johannem Georgium; paulo supra narratum. Saxonicæ in Thuringia regiones item nouis partitionibus laceratæ. *Brunsuicensis, Luneburgicus*que, Ducatus mansere disiuncti. Sic *Megapolitanæ* terræ, sic *Ascaniæ* & *Hassiacæ* singulæ vnius stirpis diuersis gentibus porro paruerunt. Transeo Comitum aut Principum minorum ditiones, tot sæpe portionibus debilitatas, vt eas illustribus familiis alendis adhuc sufficere non raro demireris. (*d*)

IV.

(c) Vid. *hoc libro cap. IV num. IIX.*

(d) LVDOLPHVS *Contin. lib. LVI. cap. II. pag. 690. sequ.* De Hennebergica-

IV. Habuerunt non minus tamen quædam regionum diuiſiones felicem hoc tempore exitum. *Auſtriæ* reddita Tirolenſis terra. Eadem extremo hoc tempore aucta Belgicis plerisque prouinciis, quas hucusque Hiſpanica gens poſſederat. *Palatinatus Rhenanus*, Electorali gente exſtincta, Neoburgicis Ducibus obuenit. Veldentinæ etiam & Simmerenſes portiones coniunctæ cum Palatinatu. *Luneburgicus* ducatus, qui bifariam diu diſtinctus fuerat, nunc conſolidatus, integritatique ea lege reſtitutus, vt nulla vltra partitio metuenda videatur. Acceſſerunt Luneburgicis ditionibus vicinæ regiones Lauenburgicæ. Guſtrouienſi denique gente ſublata ceteræ *Megapolitanorum* Ducum prouinciæ noua acceſſione auctæ: nec ſpes poſita, egregium hunc Vandaliæ Ducatum plenæ olim integritati redditum iri. (*e*) *Regionum quarundam conſolidatio.*

CA-

rum ditionum diuiſionibus *Idem l. LX. c. II. p.* 1154. De reliquis vid. Genealogi.

(e) PVFENDORF *lib. XIX. num.* XIII. *pag.* 1529. De reliquis ditionum con-

CAPVT II.

RES LEOPOLDI IMPERATORIS.

I.

Status Germaniæ noui rationes.

Pacatam dimiſerat obiens Ferdinandus Germaniam, quam a patre turbatiſſimam acceperat. Jam domi parta commode & opportune tranquillitas; cum Galliæ vicino regno ſummam potentiam & magnitudinem quodammodo fata videbantur deſtinaſſe. Pacatam ita & intus maximam partem ſecuram prudentiſſime conſeruauit nouus Leopoldus Cæſar: quo vno conſilio hoſtilia Gallorum fortiter ſuſtinuit & fregit machinamenta; nec iſtis modo

iunctionibus infra. Ius primogenituræ paſſim ſtabilitum, vt noxiis partitionibus modus poneretur. LVDOLPHVS *Contin. lib. LIV. cap.* II. *ex R. I.* §. CLXXXIIX. De Haſſiaca domo. Illud profuit Suerinenſibus ducibus in Guſtrouienſium terrarum hæreditate. *Theatrum* EVROP. *T. XV. pag.* 60. *ſequ.*

modo repellendis, verum ipſis etiam Turcis longiſſime a Germaniæ finibus fugandis par exſtitit.

II. Fuit LEOPOLDVS *FERDINANDI III.* filius, princeps a pueris ad omnes virtutes non tam doctus, ſed factus, non inſtitutus, ſed imbutus: ante autem ad ſacram potius vitam deſtinatus, quam mors Ferdinandi fratris ad imperium vocatura eum videretur. Liberali benignoque ingenio, prudentia, pietate, iuſtitia, fortitudine, & conſtantia, ipſis commendabilis viſus eſt hoſtibus; nedum placuerit non vniuerſæ Germaniæ, & præcipue ab omnibus dignus fuerit habitus, qui Germanici imperii maieſtatem tueretur, &, vt pater, Auſtriaca decora aliquantum nuper obſcurata inſtauraret, atque inluminaret. Sola quandoque peccaſſe viſus facilitate & nimia in callidum clerum propenſione. Vnde, quod ei vitio datur, acerbius quidem non raro in Proteſtantes viſus ſtatuere: non tam tamen ſuo ipſe ingenio diuer-

Leopoldi ingenium.

diuerſæ religioni addictos homines vexauit, quam ne eis ab aliis fieret iniuria, non caute ſatis cauit aut prohibuit. (*f*)

Interregni res.

An. cIɔIɔ CLVII.

III. Poſt Ferdinandi obitum extractus annus eſt, antequam plene conueniret electoribus de Leopoldo eligendo imperatore. Interea Palatinus Comes & Boioariæ elector grauisſime de vicario imperio contenderunt; hoc cum Electoratu ſibi Vicariatum ceſſum decernente, ſed altero, Palatinatus Rhenani præcipua illum dignitate proprium eſſe, commonſtrante. Neutro iure ſuo cedente, Saxo tamen Vicarius Bauari imperium iure potius

(f) LVDOLPHVS *lib. XL. cap.* II. *pag.* 760. *Contin. lib. LV. cap.* II. *pag.* 581. 582. *lib.* LVIII. *cap.* II. *pag.* 935-942. PVFENDORFIVS *lib.* XIIX. *num.* LXXXIII. *pag.* 1462. *lib.* XIV. *num. X, pag.* 1042. 1043. FERDIN. WIDEMANN *in ſcripto Morgenſtern bey der Sonnen.* RINCKIVS *&* *alii in Leopoldi Vita.*

tius agnouiſſe viſus. (*g*) Præterea Moguntinus & Colonienſis Pontifices maxima contentione quisque ſibi ius Cæſarem inaugurandi vindicarunt. Cum prope vero ad arma res ſpectaret, lite transacta quisque in diœceſi ſua perpetuo, & extra eam alternis vicibus illo litigioſo officio fungi iuſſus eſt. (*h*) Tum etiam

(g) *Theatrum* EVROP. *T.* IIX. *pag.* 3. 10. *ſequ.* LVDOLPHVS *Contin. lib.* LVII. *cap.* II. *pag.* 805-810. *lib.* LVIII. *cap.* II. *pag.* 919. 920. *ſequ. lib.* LIX. *cap.* II. *pag.* 1033. A. P. apud LONDORPIVM *T.* VIII. *pag.* 30. 45. 122. 153. 251. 263. 333. 368. Si qui iura Palatina ex officio Palatini Comitis Iudiciali, quod minime cum Electoratu aut Archiofficio in Bauaros translatum erat, ſed arcto nexu cum Palatinis ad Rhenum ditionibus coniunctum Palatinos electores manſerat, diiudicaſſent; facilior, nec, puto, ipſis Bauaris moleſta, controuerſiæ futura fuerat compoſitio. Conf. PVFENDORFIVS *lib.* VII. *num.* XXI. XXIII. XXIV. *pag.* 409. 410.

(h) *Theatrum* EVROP. *Tom.* IIX. *p.* 521. *Diarium* EVROP. *T. I. pag.* 948. LVDOLPHVS *Contin. lib.* LVII. *cap.* II. *pag.* 814. LONDORPIVS *T.* IIX. *p.* 121. Confirmata hæc conuentio *Capitulatione Leopoldi art.* XXXVII. JO-

etiam finitis electorum diuturnis consultationibus, quarum quædam ob recentes iniurias non admodum a deserenda Austriaca domo, nisi Saxo & Brandenburgicus electores maxime obstitissent, fuerant alienæ; vnanimibus demum sententiis *LEOPOLDVS* Francofurti Cæsar electus, & iurata satis adstricta Capitulatione, quam quidem Galli atque Sueci longe duriorem proposuerant, ibidem ritu solenni vnctus atque inauguratus est. (*i*)

An. cIↄ Iↄ CLVIII. *Electio Leopoldi.*

IV.

SEPHI *art.* XXXVI. CAROLI *art.* III.

(i) *Theatrum* EVROP. *T.* IIX. *pag.* 44. 102. 350. 525. *sequ.* *Diarium* EVR. *T.* I. *pag.* 630. 871. 984. LVDOLPHVS *Cont. lib.* LVII. *cap.* II. *pag.* 803 - 822. *lib.* LVIII. *cap.* II. *pag.* 917 - 934. PASTORIVS *in Floro Germ. T.* I. *pag.* 647. *& in Lauru A. P. Eur.* THVLDENVS *lib.* IX. *pag.* 270. RINCKIVS *pag.* 388. 400. 415. 422. 423. PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib.* VII. *num.* XXI - XLII. *Suec. rer. lib.* IV. *num.* XLI - XLVI. *lib.* V. *num.* XLVI. L - LV. LVIII. A. P. apud LONDORPIVM *T. IIX. pag.* 203. 257. *sequ.*

IV. Primo statim administrari cœpti imperii tempore, & visa externa quædam bella Germanicæ minari tranquillitati; & contra adprime principes huic causæ prospicere consultum duxere. Miserat Leopoldus adhuc ante, quam Cæsar esset, auxilia Polonis contra Suecos. Decreuisse etiam ferebatur Ferdinandus Pater auxilia Hispanis contra Gallos mittenda. Hoc vt institutum persequeretur Leopoldus, maxime metuebatur, a principibus Rheno vicinis, quibus Gallicum bellum præcipue formidabatur. Fœdere ergo semel & iterum repetito iuncti, pacem constanter seruare omni studio laborarunt. Idem actum in Deputatorum conuentu ante hos quatuor annos conscripto; qui, cum aliquamdiu esset Moguntiam translatus, peracta electione statim iterum Francofurti haberi iussus. (*k*) Et Cæsar quidem, cum

Cura pacis in Germania conseruandæ.

Bbb modo

(k) *Theatrum* EVROPÆVM *T. IIX. pag.* 540. 550. 552. 560. 569. 1101. *Diarium* EVROP. *T. I. init. & pag.* 1010. LV-

Cæsaris Suecicum bellum.

An. cIↄ Iↄ CLX.

modo a Gallici belli conſiliis abſiſteret, minime prohibitus Suecicum bellum gerere. Quod Brandenburgici electoris inuicta virtute eum habuit felicem exitum, vt cogerentur Sueci Oliuæ æquis conditionibus vbique pacem inſtaurare. Verum bellum priuatim geſtum nihil turbare potuit imperium, nec omnino publicis, ſed priuatis Auſtriacæ domus, opibus adminiſtratum. (*l*)

Varia in Germania negotia publica.

V. Floruit interea, vt optarunt & cauerunt omnes, & ſatis deinde adhuc diu, pax alma domi in Germa-

DOLPHVS *Contin lib* LVII. *cap. II. pag.* 812. 813. *lib. LIIX. pag.* 941-944. *lib. LIX. cap. II. pag.* 1031. 1032. 1033. PVFENDORFIVS *Suec. rer. lib. IV. num. XLIX. Brand. rer. lib. VII. num. LXV.* RINCKIVS *pag.* 441. A. P. exhibet LONDORPIVS *T. IIX. pag.* 416. 470. 512. *ſequ.*

(l) *Theatrum* EVROP. *T. IIX. pag.* 108. *late ſequ. Diarium* EVROP. *T. I. III. IV.* PVFENDORFIVS *in Vita Caroli Guſtaui lib. IV. V. VI. VII. in Vita Frid. Wilh. lib. VI. VII. VIII.* LVDOLPHVS *Contin. lib. LVII. cap. II. pag.* 797. 798. *cap. XIII. pag.* 881. *ſequ. lib. LVIII. cap. IIX. IX. X. lib. LIX. cap.* IIX. IX. *lib. LX. cap.* IX. XI.

mania. Quod Monasteriensis ciuitas ab Episcopo perdomita; (m) quod aliquot annos postea Erfurtum vrbs a Moguntino Pontifice post multas magnasque lites in deditionem est accepta; (n) quod in causa *Wildfangiatus*, quem adpellant, discordarunt cum Palatino Comite plurimi vicini principes; (o) quod Brema a Suecis, Magdeburgum a Bran-

An. cIↄ Iↄ CLXI. cIↄ Iↄ CLXIV. cIↄ Iↄ CLXVI.

Bbb 2

(m) *Theatrum* EVR. *T.* IIX. *pag.* 88. 92. *sequ.* *T.* IX. *pag.* 19. *sequ.* *Diarium* EVROP. *T. I. pag.* 478. LVDOLPHVS *Cont. lib.* LV. *cap.* II. *pag.* 581-586. *lib.* LVII. *cap* II. *pag.* 822-826. *lib.* LIIX. *pag.* 943. 944. *lib.* LIX. *cap.* II. *pag.* 1034. 1035. *lib.* LXI. *pag.* 1270-1274. *late* JOH. AB ALPEN *in Vita Christ. Bernh. a Galen lib.* III. IV. LONDORPIVS *T.* IIX. *pag.* 302. 481. 579. 753.

(n) *Theatrum* EVROP. *T.* IX. *pag.* 22. 317. 555. *late sequ.* GVDENVS *Hist. Erfurt. lib. I. cap.* VIII. *lib.* IV. *tot.* LVDOLPH *Cont. lib. LX. cap.* II. *p.* 1154. *lib.* LXI. *pag.* 1273. A. P. apud LONDORPIVM *T.* VI. *pag.* 67. *sequ.* T. VIII. *pag.* 953. *T.* IX. *pag.* 5. 219. *sequ.*

(o) *Theatrum* EVROPÆVM T. IX. *pag.* 1127. 1488. *sequ.* Acta publica Moguntino-Palatina exhibet *Diarium* EV-

Brandenburgicis, obſeſſa ; (*p*) quod captum Brunſuicum, leueque bellum a Monaſterienſi Pontifice cum Batauis adminiſtratum ; (*q*) quod deni-

An. cIↄ Iↄ CLXX.

ROP. *T.* XII. XIII. XIV. LONDORPIVS *T.* IX. *pag.* 337. late ſequ. Conf. PVFENDORFIVS *Rer. Brand. lib.* IX. *num.* LXXXI.

(p) Bremenſes motus. LVDOLPHVS *Contin. lib.* LI. *cap.* II. *pag.* 29. 30. *lib.* LII. *cap.* II. *pag.* 173. 174. *cap.* IX. *pag.* 242. *lib.* LIII. *cap.* II. *pag.* 357. 358. 359. *lib.* LIV. *cap.* III. *pag* 464. *cap.* IX. *pag.* 519 - 522. *lib.* LXI. *cap.* II. *pag.* 1271. 1272. 1273. PVFENDORF *lib.* IX. *Brand. rer. num.* LXXXII. *pag.* 625-627. late CORTREIVS *Obſ. de ſtatu Ciuit. Brem.* A. P. exhibet LONDORPIVS *T.* IX. *pag.* 387. 443. *ſequ.* & *Diarium* EVROP. *T.* XIII. XIV. Magdeburgici motus. *Diarium* EVROP. *T. XV. pag.* 303. 407. PVFENDORFIVS *l. c. num.* LXXXIII. *pag.* 627. 628. 629.

(q) Brunſuici fata. *Theatrum* EVROP. *T. X. P.* II. *pag.* 407. *Diarium* EVROP. *T.* XXIII. *app.* RINCK *p.* 673. LONDORPIVS *T.* IX. *pag.* 769. Bellum Monaſterienſis Præſulis cum Batauis. JOH. AB ALPEN *l. c. lib. I. num.* XXXII. *ſequ. lib. V. num.* LXXV. XCVII. PVFENDORF *l. c. lib. X. num. IX - XIV - XVII. Theatrum* EVROP. *T. X. pag.* 338. LON-

denique graues Coloniensi Præsuli cum Colonia Agrippinensi lites intercesserunt: (*r*) nihil omnes istæ causæ publicarum turbarum valde dederunt. Partim fata vrbium ipse probauit imperator. Bremæ, atque Coloniæ, paucis conditionibus interpositis, plena libertas relicta. Cum Palatino Comite post paucos bellicos motus, re ad arbitrium Gallorum Suecorumque Regum deducta, amice de controuersiis est transactum. Atque qua causa Monasteriensis Episcopus cum Batauis leuiter conflixit; ea facile composita, non inde publicum quoddam damnum in Germaniam vllo poterat modo redundare.

VI. Licet autem hoc omni tempore pacata ageret Germania; mox tamen ab Oliuensi pace sancita ab Ori- *Hungarica turba.*

DORPIVS *T.* IIX. *pag.* 920. *T. IX. pag.* 324. 416. 481.

(r) ALPEN *lib. VII. init.* PVFENDORFIVS *lib. XI. num. XVII. XX. Diarium* EVROP. *T. XXVII. pag.* 435. RINCKIVS *pag.* 675. 676.

Oriente Hungaria primum seditionibus sæuis turbata, mox Turcico graui bello oppressa. Ex Transiluaniæ motibus continuæ in vicinam
Turcicum bellum. Hungariam turbæ concesserant. Sequutus Turcus vni alterique prouinciæ imminuit. Quo periculo
An. cIↃ IↃ CLXIII. viso comitia generalia Ratisbonæ coire, & de auxiliis in Turcos submittendis, deinde de ceteris, quæ ex Osnabrugensis pacis formula erant ad comitia reiecta, statuere iussa. Quantum ad Turcicum bellum pertinuit, auxilia Cæsari L. Romanorum, qui vocantur, mensium promissa: vt liberum vero esset ordinibus, siue militem præstiterint, siue pecunias soluerint. Hisce subsidiis, & omnino Gallico milite, instructus Cæsar fortiter Turcicam vim excepit; semelque & iterum profligatis
cIↃ IↃ CLXIV. Turcis, post variam reliqui belli faciem, tertio, quo est cœptum bellum, anno eos coëgit pacem petere,
Induciæ Turcicæ. quæ in XX. annos est constituta. (*s*) Quar-

(s) *Theatrum* EVROP. *T. IIX. pag.* 110. *late sequ. T. IX. pag.* 39. *sequ.* RIN-

Quarto postea anno nouae in Hungaria turbae flagrarunt. At eae, quatuor Comitibus maiestatis laesae reis capite plexis, exercituque valido in rebelles ire iusso, facile tum sedatae. (*t*) An. cIↄ Iↄ CLXX.

VII. Ceterum Ratisbonense Comitium, quod coiuerat, per plurimas rationes porro nunc perpetuari. *Comitiorum Ratisbonensium perpetuatorum rationes.*

CKIVS *pag.* 466. *sequ.* LVDOLPHVS *Contin. lib.* LVII. *cap. IV. pag.* 827. 828. *lib. LVIII. cap. III. pag.* 945-948. *lib. LVIX. cap. III. pag.* 1037-1042. *lib. LX. cap. III. pag.* 1155-1160. *lib. LXI. cap. III. pag.* 1273-1282. *lib. LXII. cap. III. pag.* 1377-1386. MEYER *in Ortelio Rediuiuo P. II. pag.* 175. *late sequ.* Varia A. P. exhibet LONDORPIVS *T.* IIX. *pag.* 694. 735. *sequ. T.* IX. *pag.* 234. *sequ.* De comitiis & auxiliis in illis decretis *Theatrum* EVROP. *T. IX. pag.* 535. 856. *sequ* RINCKIVS *pag.* 486. LVDOLPHVS *Contin. lib.* LXII. *pag.* 1369. 1370. 1371. LONDORPIVS *T.* IIX. *pag.* 811. 840. 965. 976. *Diarium horum Comitiorum An.* cIↄ Iↄ CLXIII. LXIV. *in* MVLLERI *Staats-Cabinet P.* IV. V.

(t) *Theatrum* EVROP. *T. X. P.* II. *pag.* 260. 403. *Diarium* EVROP. *T.* XXII. *pag.* 289. *T.* XXIII. *pag.* 650. *T.* XXIV. *pag.* 9. *sequ.* RINCKIVS *pag.* 623. *sequ.*

Reliqua erant momenta rerum quamplurima, quæ conſenſum ordinum exſpectabant. De hiſce varie nunc paſſim conſultatum: ſed, quæ Germaniæ publicorum conſiliorum indoles eſſe fertur, parum admodum definitum. (*v*) Viſa autem Germaniæ interna pax & tranquillitas nunquam firmior & certior fore, ac ſi totum imperium ſemper vnum illuſtrius legatorum collegium referret, promtumque ad opem vbique ferendam perſtaret. Qua vtique cauſa effectum, vt, quod ſemel placuit continuari comitia, poſt quinquageſimum hodie annum nondum Cæſari ſacrique imperii ordinibus diſplicuerit. Acta abhinc in comitiis multa & varia ſingularem vtique poſcunt hiſtoricum.

Occaſiones & præparatio belli Gallici. An. cIɔ Iɔ CLXXI.

VIII. Oriente, ita vt diximus, nuper pacato, ab occidente vis deinceps ingruere longe periculoſior. Galliæ Rex, *Ludouicus XIV.* quum a patre auoque conſiliis miniſtrorum

(v) THEATRVM *Eur. T. X. pag.* 861. *Diarium Comitiorum l. c.*

rum quorundam verſutiſſimis regnum potens opulentumque accepiſſet; Quam princeps erat admodum callidus atque ambitioſus, totus ab aliquo tempore fuerat in propagandis imperii ſui quoquo verſum finibus. Ita in Belgicas Hiſpanorum prouincias leui capta cauſa inuolauerat, & ægre, Batauis Anglisque facientibus, Aquisgranenſi pactione ad ſanciendam pacem adactus fuerat. (*x*) Graues iniurias interpretatus Batauorum conatus, vlciſci ſe ab iis paulo poſt inſtituit. Ante, quam bellum aperte gereret, callide plures Germaniæ principes tentauit, vt aut cauſam contra Batauos ſuam cum Gallis ſociarent, aut neutras tantum partes ſequerentur. Fauerunt Gallis aperte Colonienſis & Monaſterienſis Pontifices;

(x) *Theatrum* EVROP. *T. X. pag.* 681. *ſequ.* 762. *ſequ.* PVFENDORFIVS *lib. X*, *num.* XXIIX. XLVII. LIII. LIV. LV. *lib.* XI *num.* I. II. Varia A. P. exhibet *Diarium* EVROPÆVM *T.* XV. XVI. XVII. & LONDORPIVS *T.* IX. *pag.* 524. 551.

tecte ceteri ad Rhenum principes cum Suecis. Contra Cæsar exorienti bello intentus cum aliis cordatioribus principibus continuo circumspexit consilia, quibus ambitiosa Gallorum repellerentur molimina. Maius quid Gallos moliri facile visum, ac solam Batauorum castigationem. Et nuper enim obtentu pactorum cum Lotharingiæ duce, fugato hærede iusto, totam prouinciam Galli insederant. Itaque iuste ante cladem prospecta pericula, & caute prouisum, ne quid detrimenti caperet respublica. (*y*)

Batauia Gallis bello petiti. An. cIɔ Iɔ CLXXII.

IX. Consiliis sane maturioribus fuisse opus, statim euentus docuit. Præparatum satis bellum magna vi a Gallis illatum in Batauos. Simul arma intulere iis ex compacto Coloniensis & Monasteriensis Pontifices.

(y) PVFENDORF *Brand. rer. lib.* XI. *init. ad num.* LIII. *Theatrum* EVROP. T. XI. *pag.* 32. *sequ.* *Tom.* IX. *pag.* 788. 1054. T. *X. P.* II. *pag.* 346. ALPEN *lib.* IIX. *num.* IX. XII. RINCKIVS *pag.* 655 *sequ.* LONDORPIVS T. IX. *pag.* 804 808. 817. 825.

ces. Exercitus Gallici vndique ad Rhenum perſtrepere, & arma Germaniæ oſtentare. Primo impetu aliquot prouinciæ proſtratæ, & munitiſſimæ Batauorum arces expugnatæ. Cliuia etiam & Marcanus Comitatus, quod Brandenburgicus fœdere eſſet cum Batauis coniunctus, a Gallicis copiis tentatus. Statim quidem a Cæſare communicata cum Brandenburgicis conſilia, & miſſus exercitus, qui Cliuienſes terras tueretur. Cum Cæſareus autem dux militiæ ſatis frigide defenſionem pararet, contraque Galli tota vi Brandenburgicis imminerent ditionibus, mox elector ad pacis adactus conſilia cum Gallis reconciliatus eſt, vt integrum tamen ipſi eſſet, dum ipſa peteretur Germania, reſumere arma. (z)

An. cIↃ IↃ CLXXIII.

Brandenburgica pax cum Gallis.

X.

(z) PVFENDORFIVS *lib.* XI. *num.* LIV. XCVIII. ALPEN *lib.* VII. IIX. *Theatrum* EVR. T. XI. *pag.* 270. *ſequ.* *Diarium* EVR. T. XXVII. XXVIII. *Memoires de Chev.* TEMPLES. RINCKIVS *pag.* 676. *ſequ.* 688.

Germania Gallico bello inuoluitur.

Fœdus Cæsaris & Hispanorum cum Batauis.

An. cIↄ Iↄ CLXXIV.

Imperium sumit in Gallos bellum.

X. Haud diu, vt istud fieret, exspectandum erat. Jam eodem, quo Brandenburgicus elector inducias pactus erat, anno Galli variis modis infestissime Germanicas & Hispanicas regiones petierant. Igitur Hagæ Comitum cum Batauis Cæsar & Hispaniæ rex fœdus contra Gallos decreuerunt, & vndique produxerunt in aciem copias. Vario inde Marte bellum in Belgio, in Alsatia, Lotharingia, atque Treuirensi agro, administratum, modo Cæsareis, modo Gallis præualentibus. Dum proximo autem anno in comitiis ordines commune bellum cum Gallis gerendum statuissent, adeoque Brandenburgicus elector rursus exercitum suum adiunxisset Cæsareo: felicius vtique bellum videbatur potuisse administrari, ni ipsa militiæ ducum æmulatio optimas dimisisset ex manibus occasiones. Vnde, vt Galli Burgundiam Minorem totam occuparent, a nostris præter commissum prælium ad Ensishemum, cuius admodum dubius fuit euentus, le-

leuesque aliquot velitationes, crebraque porro exercituum itinera, parum aut prorſus nihil rei geſtum eſt. (*a*)

XI. Interim cum bellum maxime feruere cœpiſſet, continuo pacis iniecta mentio. Rex Sueciæ *CAROLVS XI.* perſuaſit demum fœderatis, vt legatos Coloniam mitterent. Tractatus pacis moderantibus Suecis varii habiti. Dum *Furſtenbergius* autem Comes, qui Colonienſis Pontificis legatus haberi voluit, a Cæſareis aſtu interciperetur, Bonnamque captiuus abduceretur, ſoluti pacis tractatus omnes: ius gentium violatum Gallis criminantibus; contra ex iure Furſtenbergium maieſtatis reum durius haberi Cæſareis declarantibus. Licet Gallis autem abſcedentibus, paulo tamen

Colonienſis pacis tractatio.

(a) PVFENDORFIVS *lib.* XII. *num.* *XXXIII. ad num. LII.* ALPEN *lib.* *IIX. num. XXIV. ſequ.* RINCKIVS *p.* 688. 696. 705-711. *Theatrum* EVROP. *T. XI. pag.* 580. *ſequ. Diarium* EVROP. *T. XXIX. XXX. XXXI.* *XXXII.*

men post Coloniensis & Monasteriensis Pontifices dissociarunt suam a Gallis causam, & Coloniæ Agrippinensi cum Cæsare & Imperio in nouam redierunt gratiam. (*b*)

Suecica arma mixta.

XII. Cum fine quarti anni post septuagesimum, quod in graui offensa Brandenburgicus elector apud Gallos Suecosque ob instauratum esset bellum, ab illis hi instigati temere in Brandenburgicas inuaserunt regiones. Hostili modo grassantes improuiso oppressi ab electore, & graui prælio prostrati, pars summa cum ignominia reiecti. Tum simul bello petiti Sueci, hostesque imperii iustissimas ob causas declarati.

An. cIↄIↄ CLXXV. *Gallo-Suecici belli uaria facies.*

(b) Prima fœdæ pacis in Belgis consilia. PVFENDORFIVS *lib. XI. num. LV.* ALPEN *lib.* VII. *num.* XLVII. Colonienses pacis tractatus. PVFENDORFIVS *lib.* XII. *num.* I - X. ALPEN *lib.* VIII. *num. XXXIV.* XLII. XLIV. *sequ. Theatrum* EVROP. *T. XI pag.* 564. *Diarium* EVROPÆVM *T.* XXIX. RINCKIVS *pag.* 697. 702. 703. 704. 705. Acta Publica exhibet LONDORPIVS *T.* X. *pag.* 53. 56. 131. 139. *sequ.*

rati. Danus, Luneburgici, Monasteriensis, cum Brandenburgico electore Pomeraniam, Bremensem, Verdensemque ditionem, atque Scaniam, diuersis occuparunt expeditionibus. A parte altera in Belgio & ad Rhenum fortiter Gallica arma reprimuntur. Cecidit Turennius, Dux Gallicæ militiæ, cum prope Argentoratum aciem instrueret. Victi inde semel & iterum Galli; & eo modo cum Suecis parum prospere ea æstate res a Gallis administratæ. (c)

XIII.

(c) Suecicum bellum. PVFENDORFIVS *lib.* XII. *num* LIII-LXVI. *lib.* XIII. *init. ad num.* LXI. ALPEN *lib.* IIX. *n.* *LXV. sequ.*: *lib.* IX. *init. ad num. X.* *Theatrum* EVROP. *T.* XI. *Diarium* EVR. T. XXX. XXXI. XXXII.: RINCKIVS *p.* 731. 732. LONDORPIVS *T.* X. *pag.* 240. 289. 360. Numus Brandenburgicus SEPTIMESTRES PRÆDONES septem Diebus eiectos memorat. Gallicana bellica acta ALPEN *lib.* IIX. *num.* LXXI. LXXII. PVFENDORFIVS *lib.* XIII. *num.* XXXIIX. *Theatrum* EVR. *T.* XI. *pag.* 775. *sequ.* *Diarium* EVROP. T. XXXI. XXXII. RINCKIVS *pag.* 724-731.

Varium duabus expeditionibus bellum protractum.

An. cIↄ Iↄ CLXXVI.

XIII. Noua æstate nihil fortunatiores Sueci, & parum oppido Galli. Hi quidem in Belgio quasdam arces expugnarunt: at, Philipsburgo a Cæsareis & fœderatis copiis expugnato, ad Rhenum vndique nostris fuerunt viribus inferiores. Sueci, post Bremensem & Verdensem agrum perditum, Pomerania nunc prope omni exuti; & ægre Scaniam a Danorum impressione defendere potuerunt. Pari fortuna actum vtrobique postero anno. In Belgio Galli Valentianas & Cameracum expugnarunt. Contra in Lotharingiam & ipsam Galliam longe lateque ipse *CAROLVS*, Lotharingiæ Dux, supremus Cæsareæ militiæ præfectus, excurrit. Reliquum tempus itineribus militaribus consumtum. In Scania Dani ad Landscronam profligati; sed mari Sueci a Danis & Batauis classe exuti, Rugiam insulam perdidere, & paulo post Stetinensem egregiam ciuitatem. (*d*)

cIↄ Iↄ CLXXVII.

XIV.

(d) ALPEN *lib.* IX. *num.* XI. *sequ.* PVFENDORFIVS *lib.* XIV. *num.* XLV.

XIV. Dum iſto modo armis vbique confligitur, non ſegniores fuere Papa, Veneti, & demum Angli, in procuranda pace. Parum quidem media hoc bello adflicta Germania, cum omne belli onus ſolis finibus patriæ incubuerit. At proſtrata commercia, continuoque imperati numi, dudum deſiderium almæ pacis omnibus fœderatis iniecerant. Ante triennium Neomagi erat conuentum; & præcipue Anglis, poſtquam cum Batauis pacem fecerant, moderatio pacis reliquarum tractationum eſt permiſſa. Multa, vt adſolet, diſputata & in controuerſiam adducta. Quæſitum præcipue, quo modo imperii ordines commode pacificationis poſſint intereſſe conſiliis? Tandem reſectis litibus, feſſi maximæ belli molis Batauii primi, deinde Hiſpani, pacem compoſuerunt. (*e*) His quidem eo anno,

Conſilia varia pacis.

Neomagenſis pacis tractatus.

Bataui & Hiſpani feſtinant pacem:

Ccc quo

XLVI - XLIX. *lib.* XV. *ad num.* XX. *Theatrum* EVR. T. XI. *pag.* 987. RINCKIVS *pag.* 737 - 743. 750 - 754.

(*e*) Late PVFENDORFIVS *lib.* XIII. *num.* LXII. *ad libri fin. lib.* XIV. *num.*

cur? quo pacem fecere, maxima damna Galli, Flandria, Hannouiaque, tota fere vastata, ipsaque pertentata Brabantia, intulerant. Ad Rhenum nil actum rei erat. Vnde, licet perdita Burgundia Minori, multorumque Belgii castellorum iactura facta, præoptarunt modo ancipiti bello pacem. (*f*)

An. cIɔIɔ CLXXIIX.

Cæsar & imperium pacem cum Gallis instaurant.

cIɔIɔ CLXXIX.

XV. Desertus adeo a fœderatis Cæsar cum imperio, præter omnem exspectationem, festinare pacem & ipse coactus est. Communicari per summam festinationem cum comitiis consilia pacis haud vltra potuerunt. Quod cum deinde Cæsar apud

XIIII - XIIX. XXVI - XXX. L. *vsque ad finem. lib. XV. num. XXXI. ad fin. lib.* XVI. *init. num.* VI. XIII - LI. LXXIII. LXXIV. ALPEN *lib.* IX. *num.* XXXIII. *sequ. Theatrum* EVROP. *T.* XI. RINCKIVS *pag.* 748. 762. 763. 764. 765. *Actes de Memoires de la Paix de Nimegice* T. I. *&* II.

(f) ALPEN *lib.* IX. *num.* XLII. *sequ. lib.* X. *init.* PVFENDORFIVS *lib.* XVI. *num.* XI. LXX. RINCKIVS *pag.* 756 - 760.

apud ordines excuſaret, inuidiamque facti deprecaretur, non habita querimoniæ, ſed publice pro ſtudio pacis imperatorio gratiæ ei cumulatiſſime relatæ. Obtulere quidem Danus, Brandenburgicus, & reliqui belli cum Suecis geſti ſocii principes, deteſtantes paſſim Batauorum leuitatem malamque fidem, multa promtaque Cæſari auxilia. Cum omnis autem nunc Gallica vis minaretur Germaniæ, ex Monaſterienſis pacis formula noua pax concluſa. Præſidii iure in Philipsburgo Galli, Friburgenſi Cæſar ceſſere. Lotharingia tam duris reſtaurata conditionibus, vt nollet poſſeſſionem Dux Carolus. Sequuta Suecica pax; ex qua in ſe recepit Cæſar, inter belligerantes reliquos ſimul pacem conciliare. (g)

Formula Neomagenſis pacis.

(g) PVFENDORFIVS *lib.* XVI. *num.* LXXV. *ad finem. lib.* XVII. *num.* X. XXXIX. XLIX. L. LI. ALPEN *lib. X. num.* LV. RINCKIVS *pag.* 773-778. *Theatrum* EVROP. T. XI. *Diarium* EVROP. *T. XXXIIX. Actes & Memoires T. III. IV. Hiſtorie des Negotiati-*

Suecici belli status.

XVI. Passi proximo anno Sueci erant plurima damna. Dani consiliis potius & destinationibus, quam rebus gestis, formidabiles. At Brandenburgicus elector cum sociis copiis Rugiam insulam nuper a Suecis receptam recuperat. Inde Strahlsundam, GrypsWaldamque, ignibus ad deditionem cogit. Sueci, qui hieme in Prussiam inuaserant, magna clade ab electore reiecti. (*b*) Tum Gallico bello composito, omni studio in id Gallus incubuit, vt fœderatis Suecis honestas pacis conditiones impetraret. Copiæ Gallicæ ire iussæ in Cliuiam & Marcanum Comitatum. Igitur primi Luneburgici duces, deinde Monasteriensis Pontifex, cum Suecis de pace transegerunt. Postea Brandenburgicus elector ex induciis sancitis plenæ pacifi-

Fœderati principes pacem cum Suecis componunt.

ons de la Paix de Nimegue par le Sr. DISDIERS. *&c.*

(b) PVFENDORFIVS *lib. XVI. num. LII-LXV. LXVIII. LXIX. lib. XVII. ad num. VI.* ALPEN *lib. IX. num. XXXVII. sequ.* RINCKIVS *p.* 760. 761. 762.

cificationi animum adiecit. Postremus Daniæ rex pacem instaurauit, nihilque præmii difficilis belli tulit, nisi vt denuo Hafniensis & Rothschildensis pacis formula confirmaretur. Brandenburgicus elector seruauit vrbes terrasque trans Viadrum sitas, vectigalia Colbergensia, & pignoris loco Dammum & Golnouiam, donec Sueci Gallique magnam vim argenti promissam soluissent. Ceteris sociis principibus solis satisfactum numis. (*i*)

XVII. Restituta hocce modo externa pace, perlibenter Germania, quæ feliciter vsque huc domi egregiis comitiorum consiliis conseruauerat tranquillitatem, perpetuo gauisa esset, si vel per ipsam vel per prudentissimum æque ac moderatissimum Cæsarem stetisset. Quasi *Germaniæ post pacem status.*

Ccc 3 autem

(i) PVFENDORFIVS *lib. XVII. num.* XL-XLVIII. LIV. *vsque* XC. ALPEN *lib.* X. *num.* LVI. RINCKIVS *pag.* 778. 779. *Actes & Memoires T. III. IV.* Conf. A. P. apud LONDORPIVM T. XIII. *cap.* XXVI. XXXVI. *sequ.*

autem fuiſſet in fatis, vt foris ſemper minarentur turbæ; ita vnis Gallorum conſiliis nunquam modo deſiit noſtra patria ſiue ab occidente, ſiue ab oriente, intutos infeſtosque habere fines. (*k*)

Hungarici motus.

XVIII. Aegre deferueſcere aliquanto cœperat bellum nuperum, quum Gallorum machinis grauiſſima in Hungaria cooreretur ſeditio. Rerum nouarum ſtudio diu ſemperque Hungari adſueuerant: nunc iſtud prætextum belliſſimis curæ religionis & libertatis nominibus. *Toeckelio* duce iam arma rebelles ceperant, & poſt Neomagenſem pacem minabantur omnino Auſtriæ atque Morauiæ. Edenburgi habita comitia ſedandis turbis componendisque querimoniis inſtituta. At quot clementiæ documenta Cæſar ederet, tot dementiæ & vecordiæ paſſim deinde ſpecimina data a coniuratis. Si

An. cIↄ Iↄ CLXXX.

cIↄ Iↄ CLXXXI.

(k) RINCKIVS *pag.* 776. Sâtis eleganter quidem huic paci illuſit his verſibus:
Proſpicimus modo quod durabunt tempore longo
Foedera nec patria pax cito diffugiet.

Si quidem tota Cæsarei vis exercitus potuisset in Hungariam effundi, facile actum de rebellibus iri videbatur. Eodem vero tempore nunquam præstitisse Gallos securam pacem mox paulo enarrabitur. Adhæc tum Gallicis tum Turcicis opibus adiuti seditiosi eo facilius sustinuere bellum, quo certior eis spes, vt propediem grauius Cæsari bellum mouerent Turci, affulserat. (*l*)

XIX. Turcicum bellum ruptis induciis continuo excepit motus Hungaricos. Vt votorum suorum ab occidente Gallus potiretur tutius, concitasse fertur Turcum, vt in Hungariam inuolaret, Austriam occuparet, potestatemque faceret reliquam sub iugum mittendi Germaniam. Furore maximo & copiosissimo exercitu irruentem Turcum Cæsareæ qui-

Turcicum bellum.

An. cIↄIↄ CLXXXIII

Ccc 4

(l) *Theatrum* EVROP. *T. XII. pag.* 656. *sequ.* RINCKIVS *pag.* 684. 685. 686. 698. 699 712. 713. 733 734. 743. 744. 754. 755. 765. 771. 781 782. 787. 792. 798. 804. LONDORPIVS *T. XI. pag.* 150. 227. 233.

Vindobona frustra a Turcis obsessa. quidem, copiæ parum moratæ. Ipsa petita & obsessa a Turcis Vindobona. Exciuit ea fama Galliæ regem ex Gallia; moratusque aliquandiu in Alsatia videbatur in proximum speratumque euentum disposuisse consilia. Longe autem secus omnia, ac ex Gallorum votis. Pacto cum Polonis, Bauaris, Saxonibusque, fœdere, & imperii nomine decreto bello, fortissimus mox exercitus coiuit, Turcos prostrauit, liberataque Vindobona, fortunatissima in Hungariam arma intulit. *Fortuna Cæsarea.* Præter omnium ibi spem & exspectationem continuis aliquot annorum expeditionibus tantum terrarum & castellorum extortum de Turcorum manibus, quot ægre multis ipsi seculis expugnauerant. (*m*)

XX.

(m) *Theatrum* EVR. *T. XII. pag.* 530. *sequ. Diarium* EVR. *T. XLV.* PVFENDORFIVS *lib. XIIX. num. LIX - LXIII. LXXX. XCIV. XCV. XCVI.* RINCKIVS *pag.* 811. 812. 813. 817. *ad T. I. finem.* BIRCKENS *Donau - Strand pag.* 196. *sequ.* JOH. PETRVS A VOLCKERN *in Vienna a Turcis obsessa, a Christi-*

XX. Quid Gallus interea, dum fœderati Turci grauiſſimis cladibus atteruntur? Scilicet, vt cœperat ſtatim a Neomagenſi pace multis modis vexare Germaniam, ita inſtitit conatibus multo fortius, cum alio bello eam diſtineri cerneret. Tandem cum ſumma Cæſar in Hungaria fortuna vteretur, ex inimico hoſtis factus, æque ſæuum, ac Turcus ſolet, in Germaniæ fines bellum intulit. Prima Gallorum molimina molli *Reunionum* tecta nomine. Inſtituta Metis & Briſaci recuperatoria judicia, quibus omnia addicerentur Epiſcopatuum trium & Alſatiæ territorio, quæ vnquam ſiue lege feudi, ſiue aliis rationibus fuerint adiuncta. Eo nomine, præter oppreſſam liberarum Alſatiæ ciuitatum libertatem, plerique vicinorum princi-

Gallorum ambitioſa & infida molimina.

Cameræ reunionum.

An. cIↄIↄ CLXXX.

 pum

anis liberata. SVTTINGERVS *in glorioſa Viennæ liberatione.* *Celeb.* MENCKENIVS *in Vita Leop. p.* 272. *Leben Eugenii pag.* 29. *ſequ. La Vie de Charles V. Dux de Lorraine. pag.* 273. *ſequ.*

pum mulctati ditionum haud exiguis partibus. Germershemum, Veldentinus, Homburgensisque, comitatus, ademta Palatinis comitibus; Lauterburgum Spirensi Episcopo; Bipontinus ducatus Suecis; aliis minora alia. Conqueri principes violatam in pace pacem: nec multi in comitiis abesse a sententia, tutius ita bellum geri, ac pacis nomine præparatui seruitutis indulgeri. Terrori erant ambitiosa quorundam Gallorum integrum Austrasiæ regnum suo regi vindicantium postulata. Placuere autem aliis benigniora consilia, & vt de querimoniis amice cum Gallis transigeretur. Et magnifice quidem omnia Ratisbonæ *Verius*, Gallicus legatus, pollicitus: vt ludi vero Parisiis Germanicorum imperii ordinum credulitatem facile adpareret. (*n*)

XXI.

(n) PVFENDORFIVS *lib. XIIX. num. XIII - XX.* RINCKIVS *pag.* 779. 780. 781. 783. 784. 785. 792. 793. 804. *Francopolitæ Wahrer Bericht von dem alten Kœnigreich Lothringen und Austrasien.*

XXI. Dum ſperatur quippe proxima amica conuentio, improuiſo a Gallis circumſeſſa & dubiis artibus ad deditionem adacta, nobilis Argentoratenſis ciuitas. Ceſſa Alſatia dudum Argentoratum iure Gallicam fuiſſe vrbem, obtentui ſumtum. (*o*) Re generatim iniquiſſime lata, pactoque a Cæſare, Suecis, Batauis pro Neomagenſis & Weſtfalicæ pacis ſtabilitate, fœdere; obtulit quaſi iuſtiſſima re peracta Gallus ſolennem conuentum, quo de pacis interpretatione conſultaretur. Is, placuit Ratisbonæ, vt propediem Francofurti haberetur. Multa ibi deliberata; transactum nihil: culpa vere in Gallis reſidente, ſed ab his in Germanos vnice reiecta. (*p*) In-

Argentina occupata. An. cIↄIↄ CLXXXI.

cIↄ Iↄ CLXXXII.

Francofurtenſis conuentus.

Varia ſcripta apud LONDORPIVM *T. X. pag.* 695. *T. XI. pag.* 12. 44. 279. *ſequ.*

(o) PVFENDORFIVS *lib. XIIX. num. XXI. Theatrum* EVR. *T. XII. pag.* 274. RINCKIVS *pag.* 805 - 809. Varia A. P. exhibet LONDORPIVS *T. XI. p.* 16. 131 *ſequ*

(p) PVFENDORFIVS *lib. XIIX. num.* XXII. XXIII. XXXIII - LI - LXIX.

NouæGallorum molitiones.
An. cIↄ Iↄ CLXXXIII

Interea porro vrget Gallus improba consilia. Crebræ arces passim ad Rhenum exstructæ. Arma deinceps versa in Belgium. Cortracensis ciuitas & Dixmuda obsessa & capta. Luxemburgum semel & iterum tentatum, & denique post diuturnum obsidium in deditionem acceptum. Treuirensis ciuitas coacta diruere munitiones suas. Tamen hæc iure omnia fieri a Gallis postulatum, nullaque violatio pacis credita admissa. (*q*)

Dubia Ratisbonæ consilia.

XXII. Ratisbonæ varia inter hæc Gallorum molimina capta consilia. Multi pacem seruandam, saltem inducias pangendas, quidam bellum sumendum, decreuerunt. Spe belli fœdus iniuere Superiorum Circulorum ordines, quibus Gallica ambitio præcipue minabatur. Præualuere denique orantes pacem, & Ratisbonæ

RINCKIVS *pag.* 804. 809. 813. 814. LONDORPIVS *T. XI. pag.* 133. 307. *sequ.* 353. *sequ.*

(q) RINCKIVS *pag.* 814. *Martialischer Schau-Platz. pag.* 179. *sequ.*

næ induciæ in XX. annos conclusæ, quibus retinerent Galli occupata omnia. Aegre hasce inducias probauit Cæsar. Quod magna autem vi gerere Turcicum bellum decreuisset, dissimulauit iniurias, quas alio tempore vlcisceretur commodius. (*r*) Fuit inde vero totus cum imperio, quod amplissima primum L. deinde C. *Mensium Romanorum* auxilia destinauerat, in profligandis Turcis. Vt Veneti victores mari, ita ipse terra tam felix triumphator, quam nullus ante eum Cæsarum. (*s*) *Induciæ Ratisbonenses.* *Felix Turcicum bellum.*

XXIII. Impetratis Galli induciis nihil ac antea moderatiores aut quietiores esse. Commodum datum tem- *Gallicanæ artes.* An. cIɔ Iɔ CLXXXV.

(r) PVFENDORFIVS *lib.* XIIX. *num.* LVIII. LIX. XCII-CXXXIV. *Theatrum* EVROP. *T. XII. pag.* 623. *sequ.* RINCKIVS *pag.* 867. 868. *Martial. Schau-Platz pag.* 183. LONDORPIVS *T. XI. pag.* 430. 545. *sequ.*

(s) *Theatrum* EVROP. *T.* XII. *pag.* 665. *sequ.* RINCKIVS, BIRCKEN, *& reliqui paulo supra litt. m. laudati auctores ad singulos annos.*

tempus præparandi nouum bellum, muniendi castella, firmandi fines.

Palatina causa.

Dum moritur autem *CAROLVS*, Palatinus Elector, nulla relicta prole, noua causa vexandi Germaniam data Gallis. Electoratus cesserat *PHILIPPO WILHELMO*, Neoburgico; frustra pro suo iure intercedente Veldentino. Verum nupserat soror Caroli *Charlotta Elisabetha Philippo*, Aurelianensi duci. Pro ea, licet ipsa renunciasset ante nuptias reliquæ hæreditati, contra omnes leges moresque Germaniæ nunc Galli postularunt non allodia modo & quæ vocantur mobilia bona, sed & feuda siue emta, siue oblata, & quæcumque demum pignoris loco a Palatinis possideantur. Contra istas postulationes grauiter dictum in comitiis, contrariaque & vetustissima iuris obseruantia ostensa. Conuentum etiam nouo electori cum ipsa Aurelianensi principe de multa pecunia, qua redimerentur allodia, & quæ mobilia bona adpellant. Sed, vt hac vice ab vlterio-

riori vi abstinerent Galli, se tamen iura sua persequuturos testati, & cum nouum ordirentur bellum, non inde leuem belli causam deducere conati. (t)

XXIV. Eodem circiter tempore Daniæ Rex cum Ducibus Luneburgico, Megapolitano, & Holsatiæ, discordauerat, resque ad arma processerat. Præter vero, quod quædam oppida occuparentur, nihil admodum est gestum, citoque amicis pactionibus lites compositæ. (v) Hamburgensi inde ciuitati Danica arma, vt ante hos septem annos, admodum fuere periculosa. Proditores aliquot patriæ de tradenda vrbe ceperant consilia. At cum esset

Motus in Inferiori Saxonia.

An. cIↄ Iↄ CLXXXVI

(t) PVFENDORFIVS *lib. XIX. num.* XII - XV. RINCKIVS *pag.* 905. 906. 907. A. P. exhibet LONDORPIVS T. XII. *pag.* 215. 232. 235. *sequ.* T. XIII. *cap.* XXII.

(v) PVFENDORFIVS *lib.* XIIX. *num.* XCVII - CI. *lib.* XIX. *num.* XXXVI. LXII - LXXXIII. RINCKIVS *pag.* 881. 882. 979. 1049. 1050. 1051. 1052. LONDORPIVS T. XII. *pag.* 267. *sequ.* T. XIII. *cap.* XXIX.

ſet deſtinata traditio, patefactis dolis, capti & capitis damnati proditores; vrbs a vicinis principibus defenſa, & paulo poſt per Brandenburgicum electorem plena pax reſtituta. (*x*) Nihil hæc reliquam Germaniæ pacem turbare apta: quæ domi prudentibus conſiliis ſemper conſeruata, dum foris ab oriente Turcos feliciter Cæſar comprimit, & ceterum ab occidente obſeruandis & retundendis machinis Gallicis ſapienter intentus eſt.

Gallica Germaniæ infeſta conſilia.

XXV. Magis iam magisque apparuit, inuidere bellicæ Cæſaris fortunæ Ludouicum regem, & prope abfuturas ab exitu inducias, dum leuis detur belli occaſio. Conqueſti in comitiis ordines violentas regionum Galliæ vicinarum oppreſſiones, nouas caſtellorum exſtructiones, & hoſtilia acta varia. Igitur Cæ-

(x) PVFENDORFIVS *lib.* XIX. *num.* XXI. XXII. XXIII. XXXVI - XLIII RINCKIVS *pag.* 907. 944. 945. 946. LONDORPIVS T. XII. *pag.* 535. 568. T. XIII. *cap.* XVII. XXXV.

Cæſar & ordines Auguſtæ Vindelicorum in certum contra Gallos fœdus coëunt, bellique gerendi rationes circumſpiciunt. In fœdere Hiſpaniæ Sueciæque erant reges, qua Germaniæ principes. Fœdus quidem continuo violationem pacis Galli interpretati, & poſtularunt, vt perpetuæ pacis formula omnibus locis, quæ nuper occupata & per inducias relicta eſſent, imperium cederet. Hac autem negata poſtulatione, nouo anno arrepta demum a Gallis idonea occaſione bellum diu cogitatum vehementiſſime rurſus exarſit. (y) *Fœdus Auguſtanum.* An. cIↄ Iↄ CLXXXVII.

XXVI. Colonienſis Pontifex *MAXIMILIANVS HENRICVS* ſuis propinquus fatis, & ipſe *Wilhelmo Furſtenbergio* fauit, & ſuaſit Canonicorum collegio, vt iſtum Coadiutorem eligerent. Mortuo paulo *Colonienſis cauſa.* cIↄ Iↄ CLXXXVIII.

Ddd post

(y) PVFENDORFIVS *lib.* XIX. *num.* XXIX - XXXIII. XLV - LII. LVIII. *Theatrum* EVROP. T. XII. *pag.* 979. RINCKIVS *pag.* 942. 943. 978. LONDORPIVS T. XII. *pag.* 522, 533. *sequ.*

post electore, confidit vtique Galliæ rex, Furstenbergium, qui totus Gallicis commodis se deuouerat, iri electum in electoris locum successorem. Quod ea res vero periculi esset plenissima, maximo studio contra niti imperator & imperium. Papa, amicus Cæsari & Germaniæ, bene rei consuluit. *JOSEPHVS CLEMENS*, Bauarus, Pontificatus præcipuus post Furstenbergium Canditatus, accepit a Papa decretum, quo electio eius permissa est. Cum ita Wilhelmus, qui non eligi, sed ex sacris legibus postulari poterat, de maioribus sententiis sibi fauentibus vtique securus esset: excidit tamen, cum fieret noua electio, votis, cum facile Bauaro tot fauerent suffragia, quot sufficerent ad electionem; non ipse autem tot sententiis esset postulatus, quot opus esset. Sane Josephus Clemens, frustra pro suis iuribus Furstenbergio intercedente, & nequicquam Gallis minantibus, statim a Cæsare ac Papa confirmatus elector, &

& ad collegium electorale ſolenni ritu admiſſus. (z)

XXVII. Tum Galli orſi ſæuum bellum, antequam fere ex moribus eius facta eſſet denunciatio. Tota Colonienſis terra, quam Furſtenbergius, qui ſe aliquandiu pro electore geſſit, occupauerat, Gallis tradita. Vaſtatæ vicinæ Rheno regiones; &, quaſi iure optimo omnia patrarentur, acerbiſſime de crebris iniuriis expoſtulatum cum Cæſare & imperio in litteris manifeſtis, quibus denique belli cauſæ expoſitæ ſunt. Contra, vt Saxones, Batauique, aliquot ſuccurrerent periclitantibus prouinciis, primum impetum leuiter defendere ſatis habuit Cæſar & imperium. Per hiemem autem, &, indictis iuſtiſſimis belli cauſis, Cæſar impetrauit Ratisbonæ in comitiis,

Gallicum bellum.

Ddd 2 vt

(z) PVFENDORFIVS *lib.* XIX. *num.* LIX. LX. *Theatrum* EVROP. T. XIII. *pag.* 307. *ſequ. Martial. Schau-Platz. pag.* 206. 251. RINCKIVS *pag.* 997. 998. LONDORPIVS *T. XIII. cap.* IIX. XLVI.

vt hoſtis imperii Gallus renunciaretur; & fœdere cum Hiſpanis, Anglis, (quibus modo *WILHELMVS*, Arauſionenſis princeps, deiecto rege, feliciter imperare cœperat) itemque cum Batauis, facto, tantam copiarum parauit vim, vt facile putaretur Turcisque Gallisque ſimul propellendis proxima æſtate par futurus. (*a*)

Turcici belli facies.
An. cIↄIↄ CLXXXIX.

XXVIII. Vtrumque fortuna ſatis magna, quod ad Gallos vero pertinet, non tanta, quam ſperabatur, peractum. Turcus Vindobonam legatos pacem oraturos miſit. Quod parum autem æquæ propoſitiones afferrentur, ſimulque Gallus Turco bellum perpetuandum ſuaderet, reſumta arma, & vno anno aliquoties Turci profligati multisque caſtellis exuti. (*b*) Galli multis ſimul exerciti-

Gallica ſæua arma.

(a) *Theatrum* EVROP. T. *XIII. pag.* 675. *Martialischer Schau - Platz pag.* 212. 253. *sequ.* RINCKIVS *pag.* 997 - 1001. 1002 - 1009.

(b) RINCK. *pag.* 948. 1018. 1033. 1053. *sequ.* &c.

citibus petiti plerasque nuper occupatas minores vrbes dimiſerunt. Sed genus nullum crudelitatis & ſæuitiæ intermiſſum, quo Rhenanus Palatinatus prorſus poſſe exſcindi videretur, cum receptum pararent. Heidelberga, Manhemum, Spira, Wormatia, & quot aliæ egregiæ vrbes? exuſtæ, dirutæ; nec aris fociſue, nec monumentis ſepulchrisque, nec ſexui denique aut ætati, parcitum. Expugnata quidem Moguntia a Cæſareis, KeyſersWerda Bonnaque a Brandenburgicis; muniti etiam deinceps fines præſidiis, & haud leuiter vis hoſtilis cohibita. At præter opinionem tamen plus multo damnorum dedit Germaniæ Gallus, quam accepit. (c)

XXIX. Conuocati erant ſub eius anni finem electores a Moguntino Auguſtam Vindelicorum. Expoſitis ibi Germaniæ periculis, quod Gallus aperte Delphino quæreret im- *Electio regis Romanorum Joſephi.* An. cIↄIↄ CXC.

(c) *Theatrum* EVR. T. *XIII. pag.* 723. *ſequ.* 771. *ſequ. Martial. S. P. pag.* 277. 290. 299. *ſequ.* RINCKIVS *p.* 1009 - 1018.

imperium, concordibus ſententiis cum nouo anno Romanorum Rex electus, & ſtatim diademate regio ornatus, eſt *JOSEPHVS*, Leopoldi filius, ante triennium Hungariæ rex inauguratus. (*d*) Domi omni hoc tempore inter externorum armorum ſtrepitum alma fuit pax & tranquillitas. Contentio de poſſeſſione Lauenburgicarum ditionum, extremo duce mortuo, factarum a poſſeſſore vacuarum, nihil admodum turbarum dedit. (*e*) Foris nunc, dum

Lauenburgica ſuccesſio litigioſa.

(d) *IOSEPHI* Hungarica inauguratio. *Theatrum* EVR. T. *XIII. pag.* 105. BIRCKEN *pag.* 328. RINCK *pag.* 970-976. *Leben Ioſephi pag.* 153. Electio Auguſtana. *Theatrum* EVROP. T. XIII. *pag.* 1122. RINCK *Leben Leop. pag.* 1053-1059 1080. *Leben Ioſephi P. I. pag.* 224. THVCELIVS *in Auguſti corona Auguſtisſimæ Auguſtæ coronata.*

(e) *Theatrum* EVR. T. *XIII. pag.* 812. RINCK *pag.* 1052. 1114. 1115. LEVINVS VON AMBER *in Sachſen-Lauenburgiſchen Streitigen Landes Anfall*: qui ſingulorum iura curate expoſuit.

dum vario Marte cum Turcis confligitur, fœdus contra Gallos accessione Sabaudiæ ducis longe factum auctius. Simul ad vtrumque Rhenum & Mosellam, in Belgio, in Italia, in Catalonia, & mari, bellum instructum. Mirum, ad quantam potentiam variis artibus & rationibus Galliæ regnum, haud olim adeo validum, adscenderit; quod tantam modo belli molem sustinere solum potuerit. Parum cetera hoc anno actum vbique. Vt potuit quisque vastauit & exhausit prouincias. Ad Floriacum victi autem fœderati. Mors etiam Caroli, Lotharingiæ ducis, inuicti herois, Cæsaream expeditionem haud leuiter morata. (*f*)

Gallicum bellum.

XXX. Proximæ abhinc omnes expeditiones, quot in Germaniæ finibus sunt peractæ, magis porro memorabiles locatis subinde munitis castris, transmisso variis in locis & vtrin-

Judicium generale de expeditionibus proximis in Germaniæ finibus.

(f) *Theatrum* EVR. T. XIII. RINCKIVS *pag.* 1084. - 1091.

vtrinque Rheno, excurſionibus denique, & leuium oppidorum expugnationibus, quam vllis præliis aut obſidionibus momentoſis. Quo quidem perrupere Galli, vt cœperant, vehementer ſæuierunt. Nec Gallicæ vero prouinciæ ab exactionibus fuerunt immunes, quotiescunque fœderati exercitus praeualuerunt. Deferueſcere quodammodo bellum in hiſce partibus viſum, cum in Belgio longe tractaretur ſeuerius. Hic cominus res actæ, illic plerumque eminus. Hic illatum plerumque, illic vtrobique ſolum fere defenſum. Qui tamen maximam Cæſarei exercitus partem in Hungaria egiſſe, parumque per plurimas rationes copias ab ordinibus transmiſſas potuiſſe, conſiderauerit; non adeo facile militiæ Ducum fidem, vt quidem paſſim conſuetum, incuſauerit. (*g*)

XXXI.

(g) *Theatrum* EVROP. T. *XIII. XIV.* late. EVROPÆISCHER *Hiſtoricus* T. *I. II.* ſtrictim RINCKIVS *in Leben Leop. ad ſingulos annos.*

XXXI. Belgici belli leuiter deſcripta fortuna ad nos ſpectat parum, & minus, quæ in Italia, Catalonia, & mari, geſta ſunt. In Belgio ſemel ad Lenſam Galli proſtrati, & ad Stenkerckam tam cruenta pugna victores dicti, vt noluiſſent ſæpius ita vincere. Multas vrbes Galli expugnarunt; multa caſtella fœderati. Obſidionum autem clariſſima Namurcenſis exſtitit, quam toto Gallico exercitu ſpectante Wilhelmus rex peregit. In Sabaudia modo Galli modo fœderati armis ſuperiores. Serio autem nihil dux contra Gallos molitus viſus. Mari ſemel victi Angli; tam aſpere deinde *Riſſelio* duce cladem ſuam clade internecina Gallicæ claſſis vlti ſunt, vt prorſus non potuerit illa in oceano vltra comparere. Paſſi rurſus multarum nauium iacturam in Mediterraneo mari; paulo poſt egregios quosdam Galliæ portus adorti vrbes immiſſis prope ignibus deleuerunt. (*b*)

Facies Gallicani in Belgio & Italia belli.

An. cIↄ Iↄ CXCI.

cIↄ Iↄ CXCII.

(b) *Memoires de la Guerre de Flandre. Lettres Hiſtoriques. Leben Eugenii:* præter auctores modo laudatos.

Electoralis dignitas in Luneburgicam domum illata.

XXXII. Ita multos annos vario euentu Gallico protracto bello, domi interea post Josephi regis electionem, insigni Luneburgicæ & Brunsuicensis domus decore, in eam, ob egregiam communi patriæ ab *ERNESTO AVGVSTO* præstitam operam, noua electoralis dignitas est illata. Pars quidem electorum & principum non admodum isti negotio fauerunt. Verum fecit ætas succedens, vt vniuerse omnes ordines, quam quidam iniquissime rem ferrent, summos in imperio honores vetustissima gloria corruscanti genti gratularentur. (*i*) Ex ea gente paulo postea *GEORGIVS WILHELMVS*, Zellensis dux, qui Lauenburgicas ditiones occupauerat, ob Razeburgum munitum cum Daniæ rege *CHRI-*

An. cIↄIↄ CXCIII. *Motus in Saxonia Inferiori.*

(i) *Theatrum* EVR. T. *XIV.* RINCKIVS *pag.* 1148-1165. *Lettres Hist. An.* cIↄ Iↄ CXCII. *passim.* CASSANDER THVCELIVS *El. I. P. cap. II. III.* FABER *Staats-Cantz.* T. *V. cap. VI. p.* 239. *Illustris* ZECHIVS *in Europ. Herold T. I, pag* 313-319.

CHRISTIANO V. leui bello eſt commiſſus: vt tamen protinus amice inter eos de pace conuenerit. (*k*) Anno poſt *LEOPOLDO LVDOVICO*, Veldentinæ familiæ extremo Palatino Comite, nulla prole relicta mortuo, Palatini Bipontini, Birckenfeldenſes, & Sultzbacenſes, cum electore de ditionum poſſeſſione acriter contenderunt. Res cum Ratisbonæ in comitiis, tum in curiis & imperii & Gallicanis, ſæpe diſceptata; ſæpe & arma, cum maxime Gallicum adhuc bellum flagraret, mixta. Tandem, relicto quolibet ſuis iuribus, poſſeſſio Veldentinæ ditionis electori, Lutzelſteinenſis comitatus Birckenfeldenſi ceſſit principi. (*l*)

Hæreditas Veldentina litigioſa.

An. cIɔ Iɔ CXCIV.

XXXIII.

(k) RINCKIVS *pag.* 1184. 1185. *Lettres Hiſt. Sept. An.* cIɔ Iɔ CXCIII. *pag.* 318. Tabulæ conuentionis exhibet LVNIGIVS *P. Sp. S. IV. pag.* 163.

(l) RINCKIVS *pag.* 1198. *Lettres Hiſt. An. XCV. ſequ.* FABER *Staats-Cantz. T. V. cap. IIX.*

Pacificationis nouæ preparatus.

XXXIII. Cum istis imperii negotiis fessis bellorum fere omnibus subinde sanciendæ pacis iniecta in comitiis mentio. Aegre tertio anno belligeratum, cum Galliæ rex per Suecos, & deinde per Papam, offerret pacem. Cum Gallicana fides in magna suspicione esset, propositæ a Suecis & Polonis certæ conditiones, quibus Galli restitutam pacem cuperent. Nec hisce valde ab imperatore & imperio curatis, cum Sabaudiæ dux mox deserturus fœderatos videretur, Batavi magis animum ad conciliandam pacem adiecerunt. Ipsis quidem cum Suecis conuenerat, nullis se conditionibus pacis subscripturos, nisi quas Westfalica pax admiserit. Huic etiam laudabili instituto maxime institit Cæsar & imperium. Contra Hispani satis causæ gnari, quæ Gallos ad pacem petendam moueat, prorsus repudiandam omnem pacem prudenter censuerant. Dum interim Batavi Gandaui, deinde Vorburgi, deinde Delfis, cum Gallico legato com-

An. cIↄ Iↄ CXCV.

cIↄ Iↄ CXCVI.

communicarent consilia, non prima eos mente egisse euentus comprobauit. Extremum reprobatis Papa, Lusitaniæ & Daniæ regibus, Sabaudiæ duce, qui modo in singularem cum Gallis gratiam redierat, ipsisque etiam Venetis, qui omnes inter belligerantes medias partes se acturos promiserant; electus demum rex Sueciæ, qui officiis suis conciliaret pacem, & constitutus pacificationi locus Rysvicensis arx, media inter Hagam Comitum, vbi morati fœderati, & Delfos, quæ vrbs Gallicis legatis adsignata erat. (*m*)

Media in pacificatione partes Sueciæ regi delata.

An. cIↃIↃ CXCVII.

XXXIV. Decreta adeo vniuersali pacificatione, quod imperii nomine administratum bellum esset, quæsitum in comitiis; an, vt Neomagi, totum sit negotium Cæsari per-

Tractationis pacis successus.

(m) *Actes & Memoires concernant la Negotiation de la Paix de Ryswick* T. I. *init. sequ. Lettres Historiques An.* cIↃ IↃ CXCII. *& ann. sequ. passim.* *Theatrum* EVROP. T. XV. EVROP. *Historicus* T. II. RINCKIVS *p.* 1140. 1169. 1192. 1193. 1232 - 1236. 1260.

permittendum, vtrum publico nomine ſint delegandi, qui commodis imperii proſpiciant? Cum poſtremum placeret, *Deputatio*, quam nuncupant, ex imperii legibus miſſa. Multæ de ea admittenda ad publicos conuentus agitatæ lites. Sed Bauaricus, Saxonicus, & Brandenburgicus, legati ſeparatim miſſi, nemine contradicente, omnibus honoribus legatorum propriis gauiſi. Inter plurimas, vt moris eſt, conteſtationes, contentiones, atque controuerſias, primi rurſus Hiſpani, Angli, & Bataui, deſerto imperatore & imperio, ſuam cum Gallis pacem fecerunt. (*n*) Tum continuo inducias pacti Germani, & menſi poſt feſtinare pacem coacti. Rata eſſe iuſſa Weſtfalicæ Neomagenſiſque pacis formula; niſi quantum publi-

Deputatio imperii nomine miſſa.

Fœderatorum feſtinata pax cogit Germaniam ad pacem ſanciendam.

Formula Ryſvicenſis pacis.

(n) *Actes & Memoires* T. *I. p.* 349. *ſequ.* T. II. *tot.* T. III. *vbi tabula pacis p.* 103. *Lettres Hiſtor. An.* cIↄ Iↄ CXCVII. RINCKIVS *pag.* 1261. *ſequ. Celeb.* LVDWIG *de Iure Adlegandi p.* 159. *ſequ.*

blica auctoritate de ea fuerit derogatum. Argentorato cessit imperium; Brisaco, Friburgo, & Philipsburgo, Gallus. Idem restituit ablatas nomine Reunionum ditiones; reddidit Lotharingiæ pleraque, & castellorum nuper exstructorum destructionem est pollicitus. Quæ clausula quidem adiecta quarto pacis formulæ capiti, vt vbique conseruaretur Catholica religio, vbi esset ea per bellum stabilita; contra eam grauiter dixerunt Protestantium ordinum legati, vt parum tamen a Catholicis ista curaretur intercessio. Multa item alia in pacificatione, tum imperii negotia proposita, tum veteres controuersiæ disceptatæ: vt singula autem ad aliud tempus reiicerentur. (*o*)

XXXV.

(o) *Actes & Memoires* T. III. *pag.* 275. *sequ.* T. IV. *tot.* Varia scripta publica exhibet FABER *St. Cantz.* T. II. III. IV. *passim.* Theatrum EVROP. T. XV. *pag.* 211. *sequ.* RINCKIVS *p.* 1266 - 1270. 1292. 1293.

Aurelianensis causa iudicata.

An. cIↃ IↃ CXCIIX.

XXXV. Pace conclusa Aurelianensis causa Francofurti per arbitros a Cæsare Galliæque rege submissos tractata. Cum discordes vero essent arbitrorum sententiæ, tota res ex compacto Papæ iudicio relicta, quo absolutus est elector Aurelianensis principis postulatione, & illi numeratis trecentis millibus Thalerorum est satisfactum. (*p*)

Rheinfelsa litigiosa possessio.

Tum turbas etiam quasdam excitauit & Rheinfelsensis & Megapolitana causa. Rheinfelsam restitutam voluerat Cæsar illi genti, quæ Rheinfelsensis vocatur. Contra Cassellanus princeps non postulauit modo ius præsidii, sed & impetrauit. (*q*)

Gu-

(p) RINCKIVS *pag.* 1352. 1353. 1453. 1454. FABER T. *V. pag* 318. *Acta Compromissi Francofurtensis. Continuation des Actes & Memoires des Negotiations de Ryswick.*

(q) Rheinfelsa restituenda. P. RYSW. *art. XLV.* Acta in ea causa. FABER. T. *V. cap. IX.* T. *VI. cap. XI.*

Gustrouienses ditiones extremo Duce mortuo occupauerat ex decreto Cæsaris *FRIDERICVS GVILHELMVS*, Grabouiensis Dux. Circuli directores, qui iura sua læsa putarunt, armata manu Gustrouiam occuparunt; duce legatoque Cæsaris alio abductis. Quod ea res admodum ignominiosa Cæsareæ videretur maiestati, paulo postea negotium ita compositum est, vt factum se insciis testarentur Circulorum directores, & tutam possessionem Friderico Guilhelmo redderent. (*r*) *Gustrouiensis successio controuersa.*

XXXVI. Exitum modo etiam felicem Turcicum bellum habuit. Illud cum Gallico bello semper multa fortuna gestum erat. Veneti mari crebro victores Peloponnesum & Dalmatiæ pleraque occupauerant. Cæsar præter Hungariam *Turcici belli fortuna.* An. cIↃ IↃ CXCIX.

Eee Scla-

(r) *Theatrum* EVROP. T. *XV. pag.* 60. *sequ.* RINCKIVS *pag.* 1285. 1286 1309-1314. 1401. A. P. exhibet FABER *St. C.* T. *II. pag.* 737. T. *III. pag.* 1. 60. *sequ.* T. *VI. pag.* 243.

Sclauoniam totam & Transiluaniam recuperauerat. Belgradum feliciter expugnatum, sed infelicius perditum. Semel ad Salankemenum *LVDOVICVS*, Badensis, & sexto anno post ad Zentham *EVGENIVS* Sabaudiæ princeps, tam grauibus Turcos adfecerunt cladibus, vt vice vtraque plus XX. millium Turcorum cæsi iacerent, maximamque prædam caperent Cæsarei. Cum Gallica pace Russorum Cæsar accessit fœderi contra Turcos. Petiere igitur desperata fortuna Turci pacem, &, quod æquas offerrent conditiones, & contra aliunde noua minarentur pericula, eam Carlouitii, interuentu Anglici Bataui-que legatorum, in XX. nouos annos impetrarunt. Relicta Cæsari, Polonis, Russis, Venetis, occupata omnia, & limites noui vbique constituti. (*s*)

Carlouitiensis pax.

XXXVII.

(s) De Turcico bello vid. *Theatrum* EVROP. T. XII. XIII. XIV. XV. EVROP. *Historicus*, BIRCKEN, RINCK, *&* *alii auctores supra laudati.* Turcica

XXXVII. Seculo prope vertente Calendarium, quo nunc vltra C. & quod excurrit annos Catholici & Proteſtantes inter ſe diſtulerant, in comitiis emendatum, & ita ab omnibus temporis deinde eædem rationes acceptatæ. (*t*) Cauſa noni electoratus a Cæſare conſtituti tum maximas turbas edidit. Electores plerique nouo electori ſuis fauerant ſententiis. Principes autem, ſumto *Correſpondentium* nomine, Goslariæ coiuere in fœdus, quod Noribergæ confirmarunt, & *Vnionis* inſigniuerunt nomine. Horum legati iuſſi comitia ſoluere, & intercesſionibus obſtare, quo minus de-

Calendarium emendatum.

Lites de IX. electoratu,

An. cIↃ IↃ CC.

pacificatio. *Theatrum* EVROP. T. XV. *pag.* 518. *sequ.* EVROP. *Hiſtoricus* T. *II. pag.* 2042. 2115. *ſequ.* BIRCKEN *pag.* 409. *ſequ. Leben Eugenii pag.* 564. RINCKIVS *pag.* 1316 - 1330. 1364. *ſequ. Lettres Hiſtor. An.* cIↃ. IↃ CXCIX.

(t) RINCKIVS *pag.* 1350. *Theatrum* EVROP. T. *XV. pag.* 691. FABER *St. Cantz.* T. *IV. pag.* 744.

decretum imperii quodquam fieret. Parata omnino vis, auxiliaque Gallica postulata, si Cæsar & electores, quod principes incusarunt, porro communia iura turbare conarentur.

tandem deferuescunt. Cum eodem vero tempore grauissima bella coorerentur, & vndique Germaniam ambirent, sensim pedetentimque refriguit fœderatorum ardor, & nunc hic, nunc ille, dimissa societate nouo electori summam dignitatem gratulatus est. (v)

Regnum Prussiæ stabilitum. XXXVIII. Proxime aberat a nouo Cæsar & Germania bello, cum FRIDERICVS III. Brandenburgicus elector, cuius pater ante hos XL. annos Prussiam supremo iure regere cœperat, ducis nomen cum augusto Regis titulo, plaudente Cæsare & Europa pene vniuersa, feliciter commutaret, nouumque regnum

An. cIɔIɔCCI.

(v) *Lettres Historiques Oct.* cIɔIɔCC. *p.* 383. RINCKIVS *pag.* 1314. 1352. 1397. 1398. 1399. A. P. exhibet FABER T. *IV. cap. VI. XV.* T. *VI. cap. IV.* THVCELIVS *A. P. T. I. cap. VII.*

regnum ſuis ſolus auſpiciis memorabili exemplo conderet. (*x*) Paulo antea FRIDERICVS AVGVSTVS, Saxoniæ Elector, Poloniæ regni ſacro diademate, Germaniæ inſigni bono, redimitus erat. (*y*) Inde autem maximi & diuturni belli nata materies, cum Auguſtus rex ex pactis Liuoniam recuperaturus, fœdere cum Ruſſorum Cæſare inito, cum Suecis commiſſus eſſet. Non læta Saxonibus Rusſisque belli initia, Polonis creberrime bonam regis cauſam deſerentibus. At lætior armorum euentus multis annis poſt & deinceps reliquo tempore, cum

Elector Saxoniæ fit Rex Poloniæ.

Septentrionalis belli initia.

(x) Per pacta WELAVIENSIA ſupremo iure Pruſſia Brandenburgicis relicta. PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib. VI. num.* LXXI - LXXVII *& ibi tabula conuentionis.* De regia dignitate *FRIDERICI: III.* JOH. A BESSER *in Preus. Croenungs - Geſchichten.* CELLARIVS *in Paneg. & Actis Coron. Lettres Hiſt. Mars & Avril.* cIↃ IↃCCI. RINCKIVS *pag.* 1449 - 1453.

(y) RINCKIVS *pag.* 1283. 1284. *Auctor Germ. Principis hiſt. Sax. pag.* 82. *ſequ.*

CAROLVS, Sueciæ rex, abuteretur victoria, & sacris regum iuribus plus æquo insultaret. (*z*) Daniæ rex *FRIDERICVS IV.* qui & ipse fœderi magno accesserat, seculo vertente cum Holsatiæ duce *CHRISTIANO ALBERTO* bellum a patre præparatum gessit. Noluit ducem munire castra, militem alere, cum Suecis conspirare. Cum præter Suecos vero Bataui contra Danos facerent, & Georgius Guilhelmus, Luneburgicus Dux, ne quid detrimenti Inferior Saxonia caperet, coactis copiis caueret, mox in cinere exstincto bello Trauendaliæ pax sancita, & integris postulatis iuribus dux Holsatiæ restitutus est. (*a*)

Bellum Danorum cum Holsatis.

Trauendalensis pacificatio.

XXXIX.

(z) *Manifestum Poloniæ regis An.* cIↄ Iↄ CC. quo belli cum Suecis administrari cœpti causæ expositæ. *Einleitung zur Historie Nordischen Krieges. Leben Caroli XII. &c.*

(a) *Europ.* HISTORICVS *pag.* 2200. *sequ.* RINCKIVS *pag.* 1402, 1403 *Lettres Histor. An.* cIↄ Iↄ CC. *passim. Einleitung zur Historie des N. K. pag.* 200. *sequ.* FABER *Staats-Cantz.* T. *V. pag.* 693.

XXXIX. Vt varium longumque, cuiusmodo viſa initia, bellum, quod Poloniam exhauſit, ipſasque deinde Germaniæ aliquot regiones acerbisſime adflixit, parum vltra moramur, niſi vbi in Germaniam demum prorupit: ita nouum Gallicum bellum, quod paulo deinde conflatum eſt, & multis modis Germaniæ tranquillitatem turbauit, noſtram nunc exſpectat curam. Aegre paci reſtitutum imperium, cum metuenda rurſus acciperet ambitioſa Gallorum conſilia. Fatis vicinus ſuis *CAROLVS II.* Rex Hiſpaniæ omni prole caruit. Juſtus vtique hæres nullus, ac Cæſar, & quem is iuberet filius. Mirum, vt inter cognitas Gallorum verſutias tantæ non rectius proſpectum fuerit hæreditati. (*b*) Ampliſſima-

Præparatus noui Gallici belli ex affectata a Gallis Hiſpanica Monarchia.

Eee 4 rum

(b) Iura Auſtriaca *Celeb.* JOH. FR. BVDDEVS ſingularibus diſſertationibus & alius auctor in Gallico ſcripto, *La Defenſe du Droit de la Maiſon d' Autriche à la ſucceſſion d' Eſpagne*, expoſuit. De ſalubribus Kinskii Viennæ conſiliis vid. RINCKIVS

rum ſane hanc prouinciarum hæreditatem, cui dudum tamen iurata fide renunciauerat, in ſuam gentem deriuaturus rex *Ludouicus* dudum circumſpexerat conſilia, quibus id ſibi commodiſſime liceret. Nuper Ryſvici pacem fecerat, non aliam ob cauſam, ac vti tuto liceret Hiſpanos tentare. Clam id multis artibus molitus, ex voto peregit negotium. Nunc Anglis Batauisque fucum facturus, partitionem ampliſſimorum regnorum propoſuit, qua & ipſe ſtare vellet, & ad quam adprobandam ius foret Cæſarem adigere. Non pati Europæ rationes, vt integra Hiſpaniarum regna Auſtriacis relinquerentur, illi rati, nequicquam contradicente & pro ſuis iuribus propugnante Cæſare, temere probarunt diuiſionis formulam. (*c*) Nihil minus autem cupi-

Machina Gallicana:

An. cIↃ IↃ CC.

pag. 1353. *ſequ.* Conf. *Leben Caroli III. init.*

(c) RINCKIVS *pag.* 1384. *ſequ. Leben Caroli III. P. I. pag.* 43. *ſequ. Lettres Hiſtor. An.* cIↃ IↃ CC. &c.

pientibus Gallis, quam iſtis ſtare pactis, paulo poſtea, Carolo Rege mortuo, teſtamentum prolatum, ex quo *Philippus*, nepos Ludouici, vniuerſalis regnorum hæres, prorſus excluſa Auſtriaca gente, ſcriptus eſt. Quo teſtamento actutum acceptato Anglorum Batauorumque credulitati illuſum, & clariſſima iura Auſtriaca, quibus nullum, nedum fictum, aut aſtu extortum, teſtamentum potuiſſet officere, turpiſſime a Gallis protrita. (*d*) *quibus Hiſpaniarum poſſeſſio a Gallis acquiritur.*

XL. Occupatis eo modo breui Hiſpaniis, Belgicis, Italicis, æque ac Indicis, regionibus, Galli defenſionem regis noui, Cæſar & Auſtriaca domus iurium ſuorum adſertionem, creberrimarumque iniuriarum vltionem, maximo armorum moliti adparatu. Auſtriaca iura toti orbi cognita; ſed non antea adeo probata, quam conſtaret magis de am- *Bellum Gallicanum.*

(d) RINCKIVS *pag.* 1387. 1388. 1389. *Leben Car III. pag.* 94. 95. *Memoires de la Guerre pag.* 246. *ſequ.* FABER *T. V. pag.* 735.

bitione & iniuſtitia Gallorum. Sane Heluetii, Itali plerique, præſertim Papa, Luſitani, & ſuis ſingularibus rationibus moti Bataui, Philippum pro rege habuerunt. Cæſar, firmato cum Pruſſiæ Rege arcto fœdere, adhuc fruſtra imperii ordinum ſollicitauit auxilia. Ex iis omnino Galli corrupiſſe Colonienſem & Bauarum electores fratres iam tum dicti. Solus ergo, ſolenniter indictis belli cauſis, Cæſar ſuis Brandenburgicisque copiis Italicum tantum bellum orditus, Eugenii principis virtute non ſemel primo ſtatim anno, Gallos, licet vbique Sabaudicarum copiarum acceſſione ſuperiores, profligauit, & Inſubriæ pleraque occupauit. Vt ceteris locis iniuſtam Philippi & Gallorum poſſeſſionem impugnaret, in proximum tempus dilatum. (e)

An. cIↄIↄCCI.

XLI.

(e) RINCKIVS *pag. 1409. ſequ. Leben Car. III. Spaniſcher Succesſions Krieg. Memoires de la Guerre. Lettres Hiſtoriques. Leben Eugenii. &c.*

XLI. Proxime autem ab expeditione Cæſarea in Italiam ſuſcepta, Angli Batauique, malam Gallorum fidem metuendamque deteſtati ambitionem, vltro Cæſari obtulerunt fœdus, quo ſe ad vindicanda Auſtriaca iura obſtringerent, ſibique poſſeſſionem Americanarum prouinciarum, quas forte occuparent, ſtipularentur. (f) Tum nouo anno ſimul in Italia, ad inferiorem Rhenum, in Belgio, & mari, infeſta arma expedita. Cæſarei & Pruſſici exercitus vbique, Anglicæ Batauæque copiæ ex Belgio & ad Rhenum, bellum inſtruxerunt. Obteſtationes Cæſareæ nondum vero perſuaſerant in comitiis ordinibus, vt communi optimæque cauſæ accederent. Bauarus & Colonienſis electores cum *ANTONIO VLRICO*, Brun-

Fœdus Anglorum & Batauorum cum Cæſare.

An. cIↄIↄCCII.

Bellum ſæuum variis in locis adminiſtratur.

Gallicæ cauſæ fauent aliquot Germ. Principes.

(f) RINCKIVS *pag.* 1435. *ſequ. Leben Caroli pag.* 444. 573. *ſequ. Span. Succesſions-Krieg. pag.* 246. *ſequ.* FABER *Staats-Cantz. T. VI. pag.* 434. & THVCELIVS *A. P. T. I. pag.* 370. 652. *ſequ.*

Brunſuicenſi Duce, ſatis manifeſto cum Gallis facere. Hic quidem mox a fratre & agnatis monitus ſe prudenter exemit ex Gallica ſocietate. Illi, poſtquam effeciſſent, vt diu iuſtæ petitioni Cæſaris refragarentur ordines, & Circuli aliquot omnino ſe fœdere ad neutras partes ſuſcipiendas obligarent: cum tandem mutatis conſiliis illi circuli & totum denique imperium Cæſaris cauſam probarent, & commune gerendum bellum decernerent; aperte Gallicum fœdus ſunt profeſſi, & arma cum Gallicis armis conſociarunt. Quo facto & vterque fratrum hoſtes imperii renunciati ſunt, & ad ſuperiorem Rhenum expugnata a Cæſaris Landauia, belli nouum theatrum erectum eſt. (*g*)

Imperium bellum cum Gallis gerendum decernit.

XLII.

(g) De bello vid. auctores aliquoties laudati ad ſingulos annos. Germaniæ Circulorum & ſtatuum conſilia & imperii decreta memorant RINCKIVS *pag.* 1454 - 1457. 1490 - 1499. 1509 - 1525. 1545. *ſequ.* & exhibent FABER *Staats-Cantz.* T. *VI. VII.* THVCELIVS *A. P. T.* I. II. *paſſim.*

XLII. Variis adeo locis proxima æſtate bellum geſtum. In Germania Superiori Bauarus iunctis ſibi armis Gallicis omnia terruit. Ad Rhenum Superiorem rebus Gallorum ſuperioribus defendendum potius quam inferendum bellum erat. Semel iterumque cum hic tum illic victi caſtrisque exuti Cæſarei & fœderati exercitus. Sed felicior ſors belli ad Inferiorem Rhenum, in Belgio, in Italia, & mari. Colonienſis elector pleriſque caſtellis perditis circumſpexit fugam. Belgicæ non paucæ arces feliciter occupatæ; Galli paſſim fugati. In Italia Sabaudiæ Ducis cum Cæſare ſancito fœdere Gallica potentia admodum protrita, felix armorum ſucceſſus paratus Auſtriacis. Mari demum ſemper Anglicæ Batauæque claſſes victrices. Et cum, CAROLVS III. Leopoldi filius, a patre nuper renunciatus Hiſpaniarum rex, in Luſitaniam nauigaret, ab huius etiam rege, nouo fœdere cum Auſtriacis & fœderatis concluſo, ab occidente Gal-

Varia belli vtrobique geſti facies.

An. cIↄIↄ CCIII.

Sabaudiæ ducis fœdus cum Cæſare.

Carolus III. rex Hiſpaniarum.

Luſitaniæ regis fœdus cum Cæſare.

Gallorum potentiæ vis valida obiecta. (*b*)

Mira armorum fortuna.

An. cIↃ IↃ CCIV.

XLIII. Nunc ſperabantur feliciſſimæ in Italiam & Hiſpaniam, iunctis Sabaudicis & Luſitanicis copiis, expeditiones. Contra Germanicis rebus, quod Bauari magnis eſſent viribus, & quod nouæ in Hungaria *Ragotzio* Duce ſeditiones motæ eſſent, (*i*) admodum metuebatur. Longe vero omnia ſecius. Præter Gibraltarem paucasque alias arces expugnatas, æquis manibus vbique in Luſitaniæ finibus actum. In Italia Sabaudiam pleramque occuparunt

(b) Luſitanorum & Sabaudorum fœdus cum Auſtriacis. RINCKIVS *pag.* 1575. 1589. *Span. Succesſions-Krieg.* 519. 612. *ſequ. Leben Eugenii P.* II. *pag.* 200. *Lettres Hiſtoriques An.* cIↃ IↃ CCIII. *CAROLVS III.* rex Hiſpaniarum renunciatus. RINCKIVS *pag.* 1589-1601. *Span. Succ. K. pag.* 624. *ſequ. Leben Car. P.* II *pag.* 218. *ſequ. P.* III. *init.* FABER *St. C. T.* VIII. *cap.* II. VIII.

(i) RINCKIVS *pag.* 1440-1448. 1577-1589. 1644.-1654. *Lettres Hiſtor. An.* cIↃ IↃ-CCIII. IV. *La Vie du Tœkeli.* ZWANTZIGS *Malcontenter Furſt Rogoczi,* &c.

runt Galli, & fere tota Insubria excluserunt Cæsareos. Papa, vt cœperat, nihil benignius se erga Cæsarem gessit: qui quidem eius sanctitatem parum etiam comiter habuit. (*k*) Contra, dum fere quieuerunt arma in Belgio, maxima vis felicissimo euentu versa in Bauaros. Angli, Bataui, cum Cæsareis iunctis copiis, statim adorti Bauaros Gallosque, in aditu Boioariæ ad Schellenbergam, acri prælio fuderunt. Mox deinde Ingolstadio obsesso, cum accurrerent Bauari Gallique, tanto a fœderatis copiis prælio sunt prostrati, vt XXX. millibus cæsis, impedimentis castrisque perditis, ægre fugitiuarum reliquiarum pars Rhenum potuerit attingere. Tantam cladem continuo deditio totius Boioariæ, recuperatio amissarum ciuitatum, fuga electoris, & pax domi restituta, in Germania sequuta est.

Papa in offensionem Cæsaris incurrit.

Germania turbis egregia victoria parta exsoluitur.

(k) RINCKIVS *pag.* 1408. 1531-1536. 1641. 1654. *Leben Caroli P.* I. *pag.* 605. *Lettres Historiques An.* cIɔ Iɔ CCII. *Span. Successions-Krieg. pag.* 406. *sequ.*

est. Reducto ad Rhenum bello fortuna fœderatorum armorum porro floruit, longeque aliam in posterum belli faciem ominata est. (*l*)

Acta Comitialia. XLIV. Inter bellicos strepitus in comitiis parum admodum actum. Abesse iussi Burgundicus, Bauarus, & Coloniensis, legati, quamprimum ille Gallicum imperium, hi Gallicas sequuti partes. (*m*) Erat ceterum Judicium Camerale, quod modo exusta a Gallis Spira Wetzlariæ erat, per simultates & contentiones præsidum iudicumque admodum turbatum. Re ad comitia adducta decretum, vt extra ordinem iudicium istud visitaretur, & communibus consuleretur querimoniis. Dum diu autem consultaretur de De-

Visitatio Cameralis decreta.

(l) RINCKIVS *pag.* 1608. *sequ. Span. Succesions - Krieg pag.* 706. *sequ. Memoires de la Guerre T.* II. *pag.* 114. *sequ. Lettres Histor. An.* cIↃ IↃ CCIV. *Leben Eugenii P.* II. *pag.* 224. *sequ. &c.*

(m) RINCKIVS *pag.* 1455. FABER *St. Cantz. T.* VI. *pag.* 803. *sequ.*

Deputationis modo, creſcente indies æmulatione partium primum diuiſum, mox ſolutum iudicium, & publice demum indictum iuſtitium. (*n*) Frequentes præterea nunc in comitiis deliberationes inſtitutæ de iis cauſis, quæ dudum ad comitia ex Osnabrugenſis pacis formula e-rant reiecta. Non vnica vero cauſa, ſæpe licet tractata, plene eſt pertractata. (*o*)

XLV. Nouarum expeditionum initia præuenit glorioſiſſimi *LEOPOLDI* Imperatoris, qui modo ſexageſimum quintum ætatis, & quadrageſimum ſeptimum imperii annum attigerat, luctuoſus obitus. Datum videtur piiſſimo & pacifico Cæſari, vt ante non moreretur, quam pacem & quietem domi in Germania per inſignem victoriam reſti-

An. cIↄ Iↄ CCV. *Leopoldi obitus:*

Fff

(n) RINCKIVS *pag.* 1015. 1654. 1655. FABER *T.* VII. *cap.* III. *T.* IX. *cap.* II. IV. T. XI. *cap. V.*

(o) RINCKIVS *pag.* 1655. 1669. FABER *St. Cantz. T.* IX. X. *passim.*

restitutam, solumque in finibus patriæ bellum versari, cerneret. *MAGNI* cognomen ipsi dudum tribuerat gestarum rerum gloria, qua si iustitiam bellorum actorumque spectaueris, longe vtique ille meritis *Magni Ludouici* visus antecellere.

& familia. (*p*) Ter nuptias celebrauerat; primas cum *MARGARETHA THERESIA*, *Philippi IV.* Hispaniæ regis filia; alteras cum *CLAVDIA FELICITATE*, *Ferdinandi Caroli*, Tirolensis, filia; tertias cum *ELEONORA MAGDALENA*, *Philippi Wilhelmi*, Electoris Palatini, filia, quæ hodieque humanis rebus feliciter superest. Ex tertia coniuge genuit JOSEPHVM & CAROLVM, filios, Romanorum & Hispaniarum, dum pater obiret, reges. Filias pepererunt singulæ Imperatrices. Vt autem filii, ita solæ filiæ fuerunt parenti superstites,

tes,

(p) RINCKIVS *pag.* 1677. *sequ. pag.* 338. *Lettres Hist. An.* cIɔ Iɔ CCV. *p.* 629.

tes, quarum Eleonora Magdalena Imperatrix mater exſtitit. (*q*)

CAPVT III.

RES IOSEPHI IMPERATORIS.

I.

IOSEPHVS, Rex Romanorum, Hungariæ, & Boiohœmi, continuo Imperator mortuo Leopoldo patre vbique in imperio renunciatus eſt, & ex more in fidem ciuitates principesque ſolenniter accepit. Electoribus ex promisſis nouas dedit litteras, quibus Capitulationem olim propoſitam ſancte ſe & religioſe obſeruaturum in ſe recepit. Princeps fuit ad virtutes regnandique artes omnes egregie a pueris inſtitutus; poſtea prudentiæ, for-

Ioſephi ſuccesſio in imperium;

& ingenium.

(q) RINCKIVS *pag.* 350 · 355 · 358. 359. 360.

fortitudinis, clementiæque tot laudibus insignis, vt maturior eius obitus non potuerit non toti meliori Europæ summo dolori esse. (*r*)

Varii belli progressus.

II. Prima eius, postquam imperator factus esset, cura belli prudenter fortiterque porro administrandi fuit. Spes erat post nuperam victoriam fœderatos exercitus vndique inuasuros in ipsam Galliam. Id molitus etiam *Marlboroughius*, Anglicanæ Dux militiæ, castris ad Mosellam positis, indeque imminens Galliæ. Quod Galli autem in Belgio feliciores essent, & Germanicæ copiæ aduentarent nimis sero, bellum translatum in Belgium. Interim ad Rhenum Galli iterum moliti in Sueuiam & Boioariam perrumpere; sed magna conspiratione patefacta, & seditione in Boioaria compressa, irriti Gallorum conatus fuerunt. Vrbes Vlma, Landauia, Donawerda, nuper occu-

(r) RINCKIVS *Leben Leop. pag.* 144-146. 969. 1059. 1077. 1680. 1692. *Leben Josephi pag.* 10. *sequ.*

cupatæ, nunc etiam beneficio Josephi Imperatoris Imperialium Ciuitatum iuribus restitutæ. (*s*) In Italia Eugenius princeps ad Cassanum Gallos prostrauit, multaque loca expugnauit. Lusitani non minus fortiter modo agere; & a Carolo rege, fœderatæ classis ope, Barcino cum plerisque Cataloniæ & Valentiæ oppidis & castellis felicissime in deditionem accipi. (*t*)

III. Posthac formula proscriptionis dudum in fratres electores decreta Vindobonæ & Ratisbonæ consensu plerorumque electorum publicata est. Plene proscriptus Bauarus, priuatus Coloniensis ditionibus; quod proscribere tantum Pontificem haberetur nefas. Modus proscriptionis in comitiis ordini- *Coloniensis & Bauarus Electores proscripti.* An. cIↄ Iↄ CCVI.

Fff 3

(s) RINCKIVS *P.* II. *pag.* 31. FABER *Staats-Cantz.* T. *X.* *cap.* VII.

(t) RINCKIVS *pag.* 63. *sequ.* *Span Succ. Krieg. pag.* 749. *sequ. Lettres Hist. an.* cIↄ Iↄ CCV. *Synopsis rerum per Europam gestarum. ad h. a.*

dinibus parum probatus; cum antiqua iuris obseruantia omnium principum consensu vellent proscriptum principem. (v) Cum eodem tempore Cæsaris & fœderata arma vbique fere felicia fuerunt. Augusta Taurinorum obsessa a Gallis maxima horum clade liberata, & deinceps Insubria pene tota occupata, Sabaudiaque recuperata. Barcinonis obsidio æque infeliciter cessit Gallis; qui semel fugati eiecti dein ex Arragonia, Extremadura, ipsaque Castilia. Sed Madrito licet occupato, tam tamen variis rationibus cito perditæ quam acquisitæ prouinciæ. Tutiores in Belgio Ramiliacensis victoriæ fructus fuerunt; totius Brabantiæ magnæque Flandriæ partis occupatio, multorumque castellorum felices expugna-

Belli varii continuatio.

(v) RINCKIVS *Leben Jos. pag.* 106. *sequ.* FABER *St. Cantz.* T. XI. *cap.* XI. T. XII. *cap.* XI. *Electa* I. *P.* T. I. *pag.* 591. *T. II. p.* 595. *Monatbl. Staats - Spiegel. Aug. An.* cIↄ Iↄ CCVI. *Ianuar.* cIↄ Iↄ CCVII. *Synopsis pag.* 433.

gnationes. Ad ſolum Rhenum defenſi potius Germaniæ limites, quam Gallicani perrupti. (*x*)

IV. Dum Galli autem arcentur a noſtris finibus, inuaſere in eos Sueci: ignarum, an ſolo animo perſequendi hoſtes, vtrum tecto Gallorum fauore? Bellis dudum, ita vt diximus, commiſſi cum Polonis atque Ruſſis, ſæpeque victores, cum bellum cernerent milite maxime Saxonico Saxonicisque geri opibus, inuolare in ipſam Saxoniam iam diu conati, rem denique, nouas quidem turbas iniquiſſime in comitiis ordinibus ferentibus, perfecere. Occupata omni regione, licet non a Saxonibus ſed Polonis cum Suecis bellum geſtum eſſet, pax tamen a Saxonibus vltro flagitata, vt placaretur rex Sueciæ victor. Pax in vico

Suecorum impresſio in Saxoniam.

Alt-Ranſtedtenſis pacificatio.

(x) RINCKIVS *pag.* 152. *ſequ. Span. Succesſions- Krieg. P.* II. *init. ſequ. Leben Eugenii P.* II. *Lettres Hiſtoriques An.* cIↄ Iↄ CCVI. *Synopſis cit. ad h. a. Memoires de la Guerre T.* II. *pag.* 237. *ſequ. &c.*

vico Alt-Ranſtedt data adeo dura, vt ægre captus rex, nedum liber & nuper ad Kaliſchium felix triumphator, eam videretur probaturus. At probata pacis formula, vt patriæ modo parceretur, mille exactionibus exhauſtam Saxoniam, ſtatiua per hiemem perque æſtatem perducta, collectum in Saxonia & inſtructum nouum militem, & cetera, quis neſcit? (*y*) Antequam extremum excederent ex Saxonia Sueci, lis mota Cæſari, & reſtitutio plena Proteſtantium ſacrorum per omnem Sileſiam poſtulata. Aequæ poſtulationi, quam iuſtitiam nunquam ad Cleri preces inclinare conſueſſet Cæſar, fauit; & reddidit dudum machinis Jeſuitarum Euangelicis ablata templa. (*z*) Metus

Reſtitutio Proteſtantium ſacrorum in Sileſia.

An. cIↄIↄ CCVII.

(y) *Leben Caroli* XII. *R. Suec. T.* V. VI. VII. *Schwediſche und Saechſiſche Staats - Cantzelley. Lettres Hiſtoriques An.* cIↄIↄCCVI *Synopſis pag.* 438. 439. 441. 442. FABER *Staats - Cantz. T.* XI. *cap.* XII.

(z) RINCKIVS *pag.* 240. *ſequ. Lettres Hiſtoriques An.* cIↄIↄCCVII. IIX. IX.

tus quidem inde incesserat omnes, aliis postulationibus belli causas mox iri quæsitum. Sed, magno Germaniæ bono, vltionis a Russis capiendæ cupido & confidentia præualuit, dirissimamque tempestatem, quam nimius Gallorum fauor Suecis solennis Germaniæ minabatur, alio auertit. (*a*)

Bellum Gallicum varie geritur.

V. Vario hos inter metus Marte egerunt fœderati contra Gallos exercitus. Ex Italia Superiori excessere Galli, interpositisque pactis sibi tutum abitum stipulati, Insubriam Cæsari reliquerunt. Neapolitanum regnum *Daunius* Comes armata manu Cæsari subegit. In Hispaniis Almanzanensis clades res fœderatorum admodum prostrauit. In Belgio solis itineribus militaribus res extracta. In Germaniæ finibus Galli viribus fere superiores fuere, & in Sueuiam, Franconiamque,

Synopsis pag. 450. Acta exhibentur in *Electis* I. P. *T. I. pag.* 160.

(a) *Synopsis pag.* 450.

que, & Boioariam, irruptionem meditati; quam ſola propemodum inuicta *GEORGII LVDOVICI*, Electoris Luneburgici, qui imperii nomine præerat exercitui, virtus repreſſit & cohibuit. (*b*)

Luneburgica electoralis cauſa transacta. An. cIↃ IↃCCVIII.

VI. Tantum huius principis in integram Germaniam meritum permouiſſe videtur vniuerſos in comitiis ordines, vt, poſitis litibus & ſimultatibus & occultis odiis, non probarent modo electoralem in Luneburgicam domum illatam dignitatem, ſed & conſentirent, vt in electorale collegium ille princeps transiret. (*c*) Cum nouo confirmato electore Boiohœmi etiam rex plene Electorali collegio reſtitutus, vt non

Boiohœmi rex ſe plene adiungit ſtatibus imperii

(b) *Span. Succesſions - Krieg* P. II. *pag.* 104. *ſequ.* RINCK *pag.* 296. *ſequ. Memoires de la Guerre* P. II. *pag.* 310. *late ſequ. Lettres Hiſtoriques*, *La Clef du Cabinet des Princes*, *An.* cIↃ IↃCCVII. *Synopſis*, *ad h. a.*

(c) Acta exhibet FABER *Staats - Cantz.* *T.* XIII. *cap.* IX. *Electa* I. *P.* T. I. *num.* I.

non modo electionis negotiis, sed omnibus in vniuersum in posterum interesset. (*d*) Redditus etiam ex imperatoris decreto superior in Electorali Collegio locus, cum Superiori Palatinatu, Bauaro proscripto, Palatino electori: vt solus tamen non fratres aut successores ius haberent eum postulandi. (*e*) Quod plures tum principes noua in principum collegio suffragia ferendi potestatem peterent; pluribus intercedentibus non permissum. (*f*) Jussi autem nuper ad Visitationem Cameræ destinati principes quantocius legatos Wetzlariam mittere, qui iustitiæ instaurandæ communibus consiliis prospicerent. (*g*)

Palatino electori prisca dignitas & ditio restituitur.

Causa plurium suffragiorum in comitiis postulatorum discepta.

Cameræ visitatio suscepta.

VII.

(d) *Synopsis pag.* 461. RINCKIVS *pag.* 375. FABER *l. c. Electa* I. *P.* T. I. *p.* 28.

(e) RINCKIVS *pag.* 360. FABER *St. Cantz.* T. XIII. *cap.* X.

(f) *Electa* I. *P.* T. I. *pag.* 29. FABER *Staats-Cantzelley* T. XIII. *cap.* XI.

(g) Acta exhibent FABER T. IX. *pag.* 121. T. *X. cap.* III. T. XI. *cap. V. Electa* I. P. T. III. *pag.* 242.

Contentiones Cæsaris cum Papa

VII. Grauis inde Cæſari cum *Clemente* Papa interceſſit inimicitia. Aperte Clemens variis in cauſis Gallorum præ ſe ſtudium tulerat; Philippum quaſi verum Hiſpaniæ regem agnouerat; copiis Gallicis ſtatiua in ſuis ditionibus conceſſerat. Cæſar poſtquam nuper poteſtatis in Italia reſtituendæ, proſcriptis Mantuano & Mirandulano Ducibus, auſpicatum fecerat initium, non diu vlciſci diſtulit Papales iniurias. Ire iuſſit exercitum poſt Taurinorum Auguſtam liberatam in terras Pontificias. Interdixit Papali nuncio & aula & Auſtria. Propoſuit certas conditiones, quibus vellet intra certum tempus Papa poſtulationibus ſatisfaceret. Hi quidem aſpere monere, deinde minari, deinde vim parare & intendere. Ludibrio autem toti fuit Germaniæ ſacræ proſcriptionis noua comminatio. Nec duces, nec milites, quibus continuo ſacris Papa interdixerat, minus ſuas in Pontificiis regionibus egerunt delicias. Ergo, ne,

ingraueſcunt;

ne, quod Cæsar erat minatus, vera in illas terras iura prorsus ille instauraret, omni modo placare coactus sanctus Pater iratum filium. Habere iussus Carolum pro Hispaniarum vero rege, & ad eum splendidam legationem decernere; præterea Gallico fœderi renunciare, relinquere Cæsari Commachium, copiarum Cæsarearum partem alere, & reliquas lites compositioni amicæ permittere. (*b*)

sed contestim magno Cæsareæ maiestatis commodo componuntur.

VIII. Dum ista fierent, reliquo in Italia oppresso bello, in Delphinatum irrupit Dux Sabaudiæ. In Hispania, perdita Tortosa, post Maiorcam insulam nunc Minorcam & Sardiniam fœderatæ classes occuparunt. In Belgio Insulæ post Aldenardensem Gallorum cladem, & deinceps Gandauum, Brugæque, pluraque castella alia, de eorum manibus extorta. Ad Rhenum, vt

Belli varii progressus.

(b) RINCKIVS *pag.* 302. 407. *sequ. Synopsis pag.* 456. 458. 462. 463. 468 *Lettres Historiques*, *La Clef*, *ad An.* cIↃ IↃCCIIX. IX, *passim.*

vt plerumque, parum nihilue factum; obſtante ſummi Ducis Georgii Ludouici electoris virtuti & fortunæ, & exercitus imperialis conditione; & crebra Rheni aquarum inundatione. (*i*) Aegre autem finitis, quæ in Belgio præcipue in adultam hiemem protractæ erant, expeditionibus, prima Galli vice, cum priuata fœderatorum cauſam diſſociandi ſtudia non ſucceſſiſſent, ſolenniter pacem rogarunt, & in certas conditiones, quibus proximi tractatus pacis dirigerentur, cum fœderatis conuenerunt. Sed prorſus fide fluxa eos eſſe vſos, apparuit continuo, quamprimum, vt morarentur belli conſilia & feſtinam expeditionem, effeciſſent. (*k*)

Prima pacis ex Galliis conſilia.

An. cIↃ IↃ CCIX.

IX.

(i) *Span. Succesſions - Krieg. P. II. pag* 195. *ſequ.* RINCKIVS *p.* 404. *ſequ. Lettres Hiſtoriques, la Clef, Synopſis ad ann.* cIↃ IↃ CCIIX. *paſſim.*

(k) *Hiſtorie du Prince d' Orange P.* II. *pag.* 141-144. quæ hiſtoria etiam Belgica acta bellica pleraque exponit.

IX. Bellum igitur vbique maxima vi, ſed diuerſa fortuna, integratum. In Belgio Torna cum occupatum, Gallique prope Hanno-niæ Montes graui prælio proſtrati, & ex hac victoria Montium tracta expugnatio. Ad Rhenum haud leuem cladem paſſi noſtri exercitus: vt ſatis deinde haberetur, hoſtium morari impreſſionem. In Italia primæ lites Cæſari cum Sabaudiæ Duce interceſſerunt, eæque non leuiter moratæ expeditionem. Nihil proinde ſiue in Italia, ſiue etiam in Hiſpania, præter paucas vrbium expugnationes memorabile actum legitur. Luſitani præcipue, licet nummis copiisque Anglicanis probe inſtructi, admodum parum toto fere bello geſſiſſe viſi. (*l*) Vt diuturnum

Varia belli Gallici fortuna.

RINCK *pag.* 472. *ſequ. Synopſis p.* 470. 471. *Lettres Hiſtoriques, La Clef, An.* cIↄ Iↄ CCIX. *Actes & Memoires de la Paix d' Vtrecht.* T. I. *p.* 13. *ſequ. Electa* I. P. *p.* 502. *Staats-Cantz.* T. XIV. *pag.* 749.

(l) *Span. Succeſſions-Krieg p.* 261. *ſequ. Lettres Hiſtoriques, La Clef,* RINCKIVS, *Synopſis &c. An.* cIↄ Iↄ CCIX.

Egregia fœderatorum consilia, An. cIↃ IↃ CCX. num autem bellum seruata fœderatorum concordia tandem feliciter componi possit, contra molimina Gallica nouo fœdere, sibi Angli Batauique prospexerunt; & ipsi Germani in comitiis serio consultarunt, vt communibus opibus vis Gallorum perdomari queat. *Gallicanas morantur artes.* Auditi proinde, qui Mordici & Gertrugdenbergæ nouas pacis conditiones obtulerunt, Gallici legati satis frigide. Nec adhuc vlla, impensa licet Gallorum, opera inter fœderatos accensa siue æmulatio, siue obtrectatio. (*m*)

Suecici in Germania belli exordia. X. Nouæ id temporis turbæ ab oriente rursus comminantur Germaniæ. Sueci victricibus hucusque

(m) *Histoire du Prince d' Orange* P. II. p. 214. *Actes & Memoires* T. I. p. 62. *sequ. Histoire du Congress d' Vtrecht; Lettres sur les Negociations de Paix; Lettres Historiques, La Clef, Synopsis, An.* cIↃ IↃ CCX. RINCKIVS p. 552.

que adſueti armis ad Pultauam internecina clade a Ruſſis, quos nauci nihilique homines adpellare ſoliti erant, attriti. Rex ad Turcos confugit cum paucis. Integer exercitus, qui ex clade ſupererat, facta deditione præuenit excidium. Tum Auguſto, Poloniarum rege, reuocato in regnum, quod iniuſte ſatis ipſi de manibus extorquere conati Sueci; *Craſſouius*, Suecicæ in Polonia dux militiæ, ſuæ metuens ſaluti, in Pomeraniam contendit. Cauentes Cæſar Batauique, ne modica licet manu Sueci in Saxoniam effuſi internam Germaniæ turbarent pacem: obtulerunt eis omnium Germanicarum regionum, quas belligerantium quæuis pars poſſederit, plenam ſecuritatem ab imperio præſtandam. Quanto ſuo bono commodoque in has tum Sueci conditiones conſenſiſſent! quis non agnoſcit? Verum ſpreta pace mox vtique in Suecicas regiones, quæ in Germania ſunt, grauiſſimum illatum bellum, fecit demum, vt ea-

rum plenam iacturam ferret Suecia. (*n*)

Hungaricorum motuum ſtatus.

XI. Ex eodem latere orientis adhuc ſemper rebelles Hungari grauisſimos motus ciere. Gallicis opibus adiutus *Ragotzius* aliquandiu adeo ſtrenue modo defendit, modo intulit, bellum, vt parum Auſtriaca arma proficerent. Eſt denique nunc grauibus aliquot præliis propemodum cum ſeditioſis debellatum, & fugatis rebellionis auctoribus ceteri æquis conditionibus ſe Cæſari dediderunt. Pacta Zatmariæ hoc tempore cœpta non niſi cum improuiſa morte Joſephi Imperatoris ſunt plene concluſa. (*o*)

XII.

(n) RINCKIVS *p.* 527. *Synopſis p.* 478. 483. 489. *La Clef An.* cIↄ Iↄ CCX. FABER *Staats-Cantz.* T. XV. *cap.* IX. *Electa* I. *P.* T. II. *p.* 306. T. III. *p.* 390.

(o) RINCKIVS *P. II. pag.* 85. *ſequ.* 193. 339. *ſequ.* 422 *ſequ.* 512. *ſequ. Lettres Hiſtoriques & Synopſis ad omnes annos* cIↄ Iↄ CCV. VI. VII. *ſequ. pasſim.*

XII. Vidit vero imperator, anno antequam obiret, non modo adhuc incolumem, ſed etiam felicem totius belli ſtatum. Eſt quidem ad Rhenum exigua admodum vis vtrobique aut illata aut obiecta. Sed in Belgio acceſſum propius ad Galliæ fines, & grauiſſimæ in Gallias impreſſionis ſuſcipiendæ ſpes modo affulſit. Mari in littora Galliæ excurſione ab Anglis facta, Caroli regis in Hiſpania effloruit fortuna. Rurſus, vt olim, occupata Arragonia & Caſtilia; fugatus Philippus in Biſcaiam; Madritum intratum; penetrata vlteriora. Verum Luſitanorum mora, victusque & commeatus inopia, egregiæ res geſtæ non optabilem habuerunt exitum. Victor *Stabrenbergius* Gallicum exercitum, ſed multis ipſe ſuorum amiſſis, profligauit. Potuit aſt rerum inopia, quod non potuit hoſtis, belliſſimos victoriæ fructus abſumere. (*p*) *Gallicani belli ſtatus.*

(p) *Span. Succeſſions-Krieg. P. II. p.* 298. *late ſequ.* RINCK *p.* 562. *ſequ. Lettres*

Josephi obitus; XIII. Cum initiis noui anni Imperatoriis auſpiciis reſtitutum, peracta nondum Viſitatione, Imperii

An. cIↄIↄ CCXI. Camerale Iudicium. (*q*) His iuſtitiæ ſtabiliendæ inſtaurandæque curis, nouisque bellorum, qui aſſiduo vbique fiebant, adparatibus, præter ſpem & exſpectationem imperator ætate fortunaque florentiſſima Vindobonæ immoritur, variisque affectibus fœderatos Gallosque, vt ſolent repentini & momentoſi

& familia. caſus, compleuit. (*r*) Obienti ſuperſtes fuit *WILHELMINA AMALIA*, *Johannis Friderici*, Brunſuicenſis Ducis, filia; ex qua maximo Germaniæ dolore præter binas filias nullam melioris ſexus prolem ſuſtulit. (*s*)

CAPVT

Hiſt. La Clef, Synopſis, ceteri auctores, ad ann. cIↄ Iↄ CCX.

(q) Acta exhibent FABER *Staats-Cantz. T. XV. cap. III. T. XVII. cap. X. T. XVIII. cap. V. T. XX. cap. V. T. XXI. cap. III. Electa I. P. T. III. p.* 262.

(r) RINCKIVS *p.* 599. *Synopſis p.* 499.

(s) RINCKIVS *Leben Leop. pag.* 1330. 1331. 1337. *ſequ. Leben Ioſephi pag.* 331. *ſequ.*

CAPVT IV.

RES CAROLI IMPERATORIS.

I.

Inito interregno Palatinus Comes nuper priſcis iuribus reſtitutus, & Saxoniæ elector rex Poloniarum vicarium ſuſceperunt imperium. Eorum auſpiciis perpetuata comitia, & de Capitulatione perpetua communibus conſiliis ſancienda ſerio ſtatutum. (*t*) Interea & a fœderatis porro adminiſtrata cum Gallis arma; & ab Auguſto rege occupari cœpta Suecica Pomerania, ex qua Sueci, reiectis omnibus pacis conſiliis, minori Germaniæ paci nunquam intermiſerant. Hoc bellum

Res interregni.

Suecicum bellum in Germania inchoatur.

(t) Acta publica exhibent FABER *St. Cantz. T. XVII. cap. XI. XII. T.* XIX. *cap.* IV. *Electa* I. *P. T.* III. *pag.* 421. 862.

lum varia fortuna ad aliquot protractum annos est. (v) Foederatorum manus vbique quidem se Gallorum moliminibus fortiter obiecerunt. At arrectis tamen omnium animis ad propinquam noui Cæsaris electionem, magnamque insuper publicæ rei in Anglia inductam mutationem, magis vbique defensum bellum, quam illatum. In Italia præcipue Sabaudiæ Ducis in suspicionem adducta fides, & circumspecte admodum, licet renouato cum Sabaudis fœdere, bellum gestum. (x)

Facies Gallicani belli.

II. Sumtum est cum hoc rerum statu Francofurti negotium eligendi imperatorem. Angli Batauique ani-

Electionis nouæ præparatus.

(v) *Histor. Nachricht von Nordischen Kriege P.* I. *pag.* 21. *sequ. Synopsis* p. 503. *Lettres Histor. & La Clef An.* cIↄIↄCCXI. *Electa I. P. T.* II. *pag.* 29. *T.* III. *p.* 980. *sequ.*

(x) *Synopsis, La Clef ad ann.* cIↄIↄ CCXI.

animorum maxima contentione monuerunt Electores, vt Carolo, Hispaniarum regi, fauerent: hi quidem fauore, quod satis constitit Austriacæ domus; illi alia nulla causa, quam vti Carolo Imperatore electo liceret commodius a fœdere discedere. Intercesserunt dudum proscripti Coloniensis Bauarusque electores, quo minus se non vocatis aut admissis fieret electio. Reprobata vero eorum postulatione, tres electores, Moguntinus, Treuirensis, & Palatinus, præsentes, & quatuor absentium electorum legati, communicatis inter se consiliis Capitulationem, cui iam prima vice Bohœmicus legatus interfuit negotio, composuerunt, indeque concordibus sententiis *CAROLVM* nouum renunciarunt imperatorem. Qui accepto electionis nuncio iam nauigauerat in Italiam, & Mediolani acceptata dignitate, altero mense post venit Franco-

Electio Caroli Hispaniarum regis.

cofurtum, ibique ſolenniſſimo ritu inauguratus eſt. (*y*)

Caroli Regna; III. CAROLVS, *LEOPOLDI* filius natu iunior, Rex Hiſpaniarum Catholicus, & ex fraterna hæreditate Hungariæ & Bohœmiæ *ingenium;* rex, & Auſtriæ Archidux; princeps eſt tantæ ſimul virtutis, quantam *Carolorum* Imperatorum glorioſiſſimus quisque ægre oſtendent. Moris hodie eſt, eum ordine ho- *numerus.* die *Sextum* adpellare. Quod quidem per inolitam diu conſuetudinem obtinuit, vt Carolus Caluus in noſtris Imperatoribus percenſeatur, nos communem morem valde improbare, aut ab ea prorſus deſciſcere nolumus. At, quod olim oſtendimus, digniores vtique ſe-

(y) *Diarium der Wahl und Krœnungs-Solennitaten Car.* VI. *Synopſis p.* 503. 505. 506. 510. FABER *Staats-Cantz.* *T.* XIIX. *cap.* VI. *Electa* I. *P. T.* II. *pag.* 998. *T.* III. *pag.* 998. *T.* IV. *p.* 187. 289.

ſequuntur rationes, qui Carolum Caluum ſilendo Carolum noſtrum Quintum vocauerint ; æque ac Ludouicus, qui paſſim vocatur Quartus, rectius Quintus ex Germanicorum Ludouicorum ordine nuncuparetur. (z)

Difficiles primi imperii cura. An. cIↄ Iↄ CCXII. *Belli ſocialis extremi ſucceſſus.*

IV. Poſtea continuo quam præeſſe Carolus imperio cœpiſſet, fluxa fœderatorum quorundam fides adprime difficiles ei & Germaniæ curas dedit. Bellum quidem ad Rhenum, in Belgio, in Italia, & Hiſpaniis, ſolenni more cum æſtate prima inſtauratum. Receperant in ſe in comitiis ordines, qui maximas in bellicos adparatus impenſas facerent. Sed vt ſemper conſilia optima ſperato fere ſucceſſu caruerunt. Sane ad Rhenum nihil actum eſt. In Italia nuper iam Sabaudiæ Dux cum

(z) RINCKIVS *Leben Leop. pag.* 1723. 1724.

Gallis visus facere. Quin in Catalonia & ex Lusitania strenue res agerentur, eadem causa obstitit, quæ Belgicum bellum morata est. (*a*)

Anglicanæ aulæ vicissitudines.

V. Nempe paulo ante Josephi imperatoris obitum per Gallica consilia, quæ Moderatior ordinum pars summæ in regno Magnæ Britanniæ rerum præfuerat, & fœdus contra Gallos maxime defenderat, euersa nunc erat per aduersam Rigidiorum partem: his distinguunt ibi nominibus, qui vnis aut variis sacris & absoluto aut adstricto regum fauent imperio. Rigidiores abrogata *Marlboroughio* principi militari summa potestate, eam *Ormondio* Duci concesserunt. Iam aula tota consiliis Gallicis infecta pacem poposcit, prohibuitque, quo minus porro bellum maximo Anglorum gereretur incommodo: obten-

Angli Gallorum fauore infecti,

(a) *Synopsis La Clef, An.* cIↄ Iↄ CCXII.

tentui sumto, nec pati rationes Europæ, vt potentissimo imperatori integra Hispaniarum regna relinquantur, nec ius esse, ceteris fœderatis frigide rem tractantibus omnem fœderis molem Anglicanis opibus inniti. Expeditione proinde ægre in Belgio cœpta, Ormondius separauit a fœderatis copiis Anglicanum exercitum, & paulo post publicauit Anglicanas inducias. Inde solus Eugenius princeps cum Batauis adoriri hostes coactus, quædam adhuc quidem prospere gessit, sed tandem aliena proditione amisso cum exercitus parte *Albemarlio*, cedere fortissimis conatibus & ipse compulsus. (*b*) *Belgicam expeditionem morantur,*

VI. Cœperant cum hisce Anglorum machinis solennes pacis tractatus Traiecti ad Rhenum, quos indixerant Angli Batauique, passim fre- *& Traiectinam cogunt pacificationem.*

(b) *La Clef An.* cIↄ Iↄ CCXI. XII. *Synopsis ad h. a. p.* 488. 492. 496. 501, 504. 506. 507. 508. 509. 512. 523. 525.

frequentari. Sabaudi, Lusitani, & præcipue Galli, legatos misere de pace deliberaturos. Quid ageret cum imperio imperator, desertus ab Anglis, & horum consiliis prope prorsus soluto saltem labefactato communi fœdere; est anxie consultatum. Tandem missi ab ipso Cæsare legati, visuri, an quid æque offerrent Galli. Porro Prussorum rex, & aliquot Germaniæ potentiorum principum, legatis missis interesse pacis tractationi cœperunt. Quæ ab imperio communi nomine mittenda legatio erat decreta, missa deinceps non est. Nequicquam vero intercedentibus & obtestantibus Cæsareis oratoribus, ex voluntate Anglorum Gallorumque facta nunc omnia. Aperte visi Angli, & cum his Sabaudi, suam cum Gallis pacem iam diu transegisse: tam amice conspirarunt cum Gallis ad ceterorum fœderatorum damna. Ad annum alterum protractis conuentibus, cum vrgeren-

rentur ab Anglis Batavi, Lusitani, Prussi, tempori demum his cedentibus, sed Cæsare prorsus suam dissociante causam, pax optima data Gallis Hispanisque Philippum regem sequentibus. Fœderatorum cuilibet exigua promissa commoda. Ceterum qua olim causa fœdus adeo necessarium contra Gallos sancitum fuerat, prorsus id modo dissimulatum. (c)

Traiectina pace ruit fœdus, & solum imperium Gallis hostibus exponitur. An. cIↃ IↃ CCXIII.

VII. Bello vbique posito, eius moles tota post Traiectinam pacem incubuit Germaniæ; nanque vt in Italia plena pax seruaretur, iam antea cum Gallis Cæsar pactus

Extrema ad Rhenum expeditio.

(c) *Histoire du Congrés d' Vtrecht. Actes & Memoires de la Paix d' Vtrecht. Mercure Historique, Mercure Galant, La Clef, An.* cIↃ IↃ CCXI. XII. *Synopsis p.* 512. 513 514. 517 - 521. 523 - 527. 530. 532. 536. 537. FABER *St. Cantz. T.*XIIX. *cap.* VII. IIX. *T.* XIX. *cap.* IX. *T.* XXII. *cap.* XII. *Electa* I. *P. T.* III. *pag.* 91. 387. *T.* IV. *pag.* 131. 474. *T. V. p.* 3. 194. 296. 355. *sequ.*

ctus erat. Eugenius princeps, militiæ dux, magno animo Gallorum se potentiæ ad Rhenum obiecit: sed, quod inferior esset copiis, non potuit prohibere, vt a Gallis Landauia & Friburgum expugnarentur. In comitiis semel & iterum ordines numorum vim maximam ad gerendum bellum destinarunt. Non autem æque speranda imperii videbantur auxilia, quam promitti consueuerant. (*d*) Igitur Cæsar difficillimam belli administrationem porro futuram prospiciens, insigni licet damno suo præoptandam tamen communem pacem prudenter iudicauit. Vnde, Rastadti conuenientibus *Eugenio* principe & *Villarsii* duce, vtriusque militiæ summis ducibus, primæ conditiones, ex quibus pax proxime sanciretur, adprobatæ, & ad plenam pacifi-

Rastadtensis conuentio.

(d) *La Clef An.* cIↄ Iↄ CCXIII. *Synopsis p.* 541. *Histoire du Congres p* 465. FABER *T.* XXI. *cap.* X. T. XXII. *cap.* XI. *Electa* I. *P. T. V. p.* 876.

cificationem duraturæ induciæ proclamatæ. (*e*)

VIII. Pacificationi abſoluendæ Aquæ Helueticæ locus datus. In comitiis decretum, vti imperatori libera poteſtas detur, imperii nomine pacem faciendi. Soli ergo admisſi ad pacis tractationes Cæſarei Gallicique legati. Ceteri oratores, qui aut aderant, aut venturi ferebantur, partim recuſati, partim neglecti. Poſt varias, quæ ſemper occurrere ſolent in his negotiis, diſceptationes & altercationes, prorſus diſſimulata Traiectina pace in eas conditiones eſt conuentum: vt, Gallis ceſſa Landauia, reliqua a Gallis occupata reddantur ex Nouiamagenſis & Ryswicenſis pacis formula imperio; vt Colonienſis atque Bauarus electores plene terris at-

Pacificatio Badenſis.

An. cIↃ IↃ CCXIV.

Formula iſtius pacis.

(e) *Hiſtorie Raſtadter Friedens. Hiſtoire du Congres p.* 468. 469. *La Clef An.* cIↃ IↃ CCXIV. *Synopſis p.* 543. 546. 547. FABER *T.* XXII. *cap.* XIII. *Electa* I. *P. T.* VI. *p.* 319.

atque iuribus restituantur; vt Belgium Hispanicum, Mediolanensis ducatus, Neapolitanum regnum, & Sardinia, perpetuo iure Cæsaris sit; ceterum cuique reliqua sua iura prorsus integra seruentur. A Protestantibus impense postulata abolitio clausulæ Ryswicensis pacis formulæ capiti quarto adiectæ: vt vero cum hæc tum alia parum hoc loco curata sint. (f)

Aquilonaris belli varia facies.

IX. Ita diuturno varioque bello prorsus composito pax & securitas reddita pleræque Germaniæ: nam eius pars ad aquilonem Suecicis turbis inuoluta adhuc gemebat. Post primam in Pomeraniam impressionem ab *Augusto*, rege, & *Petro*, Russorum Cæsare, in interregno factam, nouo anno Bremensis & Verdensis ditio tota a Danis occupata, & de-

(f) *Histoire du Congres* p. 476. *Synopsis* p. 548. 551. *La Clef An.* cIↄ Iↄ CCXV. FABER T. XXIII. *cap.* IX - XV. T. XXIV. *cap. X.*

& deinceps pignoris loco Electori Luneburgico cessa. Postea ad Gadebuschum Sueci victores, suscepta in Holsatiam expeditione proximo anno a fœderatis copiis quasi obsidione cincti, & ad vnum omnes se prope Tœnningam Danis dedere coacti. Tum statim a Russis Stetinum captum, & interposita conuentione Prussis in custodiam traditum. Rediens anno deinde Suecorum rex ex Turcia Strahlsundam, tam fuit a pacis consiliis, quæ interea Cæsareis auspiciis Brunsuici serio tractata erant, alienus, quam ante nunquam. Vnde, cum speraretur cum Badensi pace noua simul Brunsuicensis pax propediem futura; auctum nouis accessionibus bellum ex Germaniæ prouinciis prorsus Suecos exturbauit. (*g*)

(g) *Histor. Nachricht von Nordischen Kriege. P. I. pag. 21. late sequ. cum Contin.*

Sueci ex omni Germania exturbantur. An. cIↃ IↃ CCXV.

X. De Stetino lis orta & contentio inter Sueciæ & Prusſiæ reges. Quam Sueci diu omnia vi agere adſueuerant, ita ruptis amicis cauſæ tractationibus primi infeſtis armis inuaſere in eas ditiones, quas cum Stetino Rex Prusſiæ ex pacto posſidebat. Bellum igitur ex Germania propulſuri Rex Prusſiæ, ſimulque Elector Luneburgicus, qui anno ante Germaniæ inſigni bono & gaudio Britannica ſceptra felicisſime occupauerat, contra Suecos cum Saxonibus, Danis, Rusſisque, ducunt. Ceteris facile expugnatis, dum ſemel & iterum Dani Suecos mari vincunt, Strahlſunda ſimul & Wismaria obſeſſa eſt. Illa, Rugia in-

AVLANDERS *Relation von Kænig in Schweden. La Clef, Synopſis, An.* cIↃ IↃ CCXII. XIII. XIV. Varia acta publica exhibent FABER *St. Cantz.* T. XXII. *cap.* II. VIII. T. XXIII. *c.* IV. V. VI. T. XXIV. *cap.* VII. IX. *Electa* I. P. T. II. III. IV. V. VI. *pasſim.*

insula capta, in deditionem venit; hæc ad alterum annum tolerato obsidio fame demum compulsa se dedidit. Et eo pacto plane Sueci ex Germania eiecti, nunc suo in regno Danica Russicaque arma ægre defendunt. Nec tamen, quam fractæ & attenuatæ eorum vires sunt, quam & Germani, Angli, Batauique, & ipsi fœderati principes, optant & pollicentur pacem, eius vllam adhuc certam fidamque spem faciunt. (*b*)

XI. Interea Cæsar post Badensem pacem, vt Germaniæ securitati & quieti vniuerse inuigilare cœpit, vnde etiam ipsi Suecico bello interuenire paratus, omnem operam, sed frustra, impendit, vt septentrionibus diu ignoratam procuraret pacem: ita nullis etiam *Cura internæ in Germania pacis.*

Hhh 2 non

(h) AVLANDER, *La Clef*, *Mercure Historique*, *An.* cIɔ Iɔ CCXV. XVI.

non ſingulorum ordinum poſtulationibus, aut querelis, aut litibus, cum extra comitia, tum in iis, aſſidue ſiue ſatisfecit, ſiue proſpexit. Licet generatim promiſſis maximis imperatori ſtipendiis, non neglectæ tamen ab eo preces ordinum, qui nimis ſe bellis exhauſtos profeſſi deprecati ſunt noua onera. Cum Catholicorum principum quidam durius habuiſſent Euangelicos, ipſe interceſſit Cæſar, quo minus cuipiam ordinum fieret iniuria. Eius auſpiciis etiam dudum Viſitatio Cameralis Judicii peracta, & iſti iudicio vetus reddita auctoritas & integritas. Erant vero comitia paulo ante Raſtadtenſes inducias Ratisbona ob peſtis metum tranſlata Auguſtam Vindelicorum: vbi poſtquam ad annum & vltra eſſent continuata, reducta nunc ſunt ſublato metu Ratisbonam. Quæ in iis de noua pace firmanda, de interna Germaniæ ſecuritate ſtabilienda & conſeruanda, de finibus Germaniæ mu-

Comitia Auguſtæ, deinde rurſus Ratisbonæ perpetuata.

muniendis aliisque publicis caussis, passim acta, consultata, aut decreta fuerint, breuior nostra rerum actarum commentatio silentio transmittit. (*i*)

XII. Finita est cum hoc tempore Antwerpiensis conuentio cum Batauis de Belgicorum limitum securitate. Vt alia quædam a Gallis stipulati essent Angli, puta Hispaniarum a Galliis æternam & interpositis iuramentis confirmatam separationem; ita præcipue eam limitum securitatem pacti erant cum Batauis: quibus, vt Belgii possessio obtineretur, nunc vtique erat satisfaciendum. Jam erant quidem, postquam GEORGIVS LVDOVICVS, *Anna* regina mortua, Britanniæ rex esset factus, *Antwerpiensis de limitum securitate tractatio.* *Bonæ publicarum rerum in Anglia vicissitudines.*

 lon-

(i) FABER *St. Cantz.* T. XXII. *cap.* V. IX. X. T. XXIII. *cap.* III. VIII. T. XXIV. *cap.* V. & *ita passim alibi.* *Electa* I. P. T. V. VI. *passim.*

longe diuerſo erga Germanos & Auſtriacam domum Angli animo. Qui ſoluerant iniuſte fœdus ſancte conceptum ex Rigidiorum caſtris regii miniſtri, omnes abdicati, pars carceribus, exſilio, & proſcriptione, puniti; reddita Moderatioribus regiminis adminiſtratione. At, cum illa tractatione totius Europæ ſecuritati videretur proſpiciendum, plus Batauis modo fauiſſe Anglos, quam Auſtriacis, mirum debet videri nemini. Ceſſit ergo Cæſar Batauis dominio quorundam Caſtellorum ad Moſam & ditionis in Flandria Scaldi vicinæ; porro præſidio plurimorum caſtellorum, quibus maxime hoſtilis in Belgium impreſſio cohiberi queat; denique reditibus tot, quot ſuffecerint ad alendum in vrbibus militem Batauum. (*k*)

XIII.

(k) *Mercure Hiſtorique An.* cIↄIↄCCXVI. *Janu. ſequ. La Clef, Lettres Hiſtori-*

XIII. Hoc negotio ægre expedito violasse Imperatoris maiestatem, spretis eius mandatis, & Catalonis militibus Cæsareis ignominia affectis, Genuenses in Germania nunciati. Quod nostri imperatores pater & filii aliquoties hoc bello proscriptis in Italia principibus, imperatisque stipendiis, ostenderant, non frustra se Romanos vocari imperatores: id suo nunc damno edocti Genuenses. Imperata ipsis & extorta submissa iniuriarum deprecatio; quas præterea ingenti pecuniarum vi, dataque Catalonis plena libertate, luere sunt coacti. (*l*) Spem cetera inter & metum continuo nunc Sabaudiæ dux

Genuensium iusta castigatio.

Sabaudiæ dux in graui offensa est apud Cæsarem.

ques, *ad h. a.* De *GEORGII LVDOVICI* succesſione in Angliæ imperium vid. *Staats - Spiegel* P. LXXIV. LXXV. LXXIIX. *Synopsis pag.* 550. 551.

(l) *Mercure Histor. Janv.* cIↄ Iↄ CCXVI. *pag.* 16.

dux fuit, fore, vt iniuste affectatum Siciliæ regnum propediem impugnaret, & Montisferratensem ducatum ob violatum fœdus repeteret, Cæsar. (*m*) Quoniam hic tamen aliud maxime necessarium capessere bellum mox permotus, ex optata pace, quam fortassis Sabaudicum turbasset bellum, Italia hodieque perfruitur.

Turcicum bellum. An. cIↄIↄ CCXVI.

XIV. Venetos ante annum iniusto bello Turci petierant, &, quam illi in pace belli admodum negligentes esse solent, vna expeditione tota spoliauerant Morea. Cæsar Carlouitiensis pacis violationem Turcicum bellum interpretatus, aut reddere ablata Turcos iussit, aut bellum exspectare. Hi dudum paci præoptantes bellum, tantam armorum vim pararunt, qua & Germaniam & Italiam totam sibi visi de-

(m) FABER *St. Cantz. T.* XXIII. *cap.* IIX. *Electa I. P.* T. VI. *pag.* 194. Conf. *Synopsis pag.* 555.

debellaturi. Indicto itaque in comitiis Turcico bello impetrauit Cæsar, vt L. Romanorum Mensium stipendia in id bellum decernerentur. Productis cum æstate vtrobique copiis, primi Turci fines Cæsareos hostili animo transgressi, tanta in aditu Cæsarearum ditionum sunt virtute ab Eugenio Principe, Cæsarei duce exercitus, excepti, vt XXX. & vltra millibus in conflictus loco cum ducibus prope omnibus cæsis, ægre ex CC. millium exercitu superarent, qui porro victricibus armis Cæsaris opponi potuerint. Ita, memorabili punitæ perfidiæ exemplo, prostratis hostibus, statim deinde expugnata Temeswaria, munitissimum castellum. Receptæ deinde variæ arces aliæ in Croatia, Bosnia, & Seruia. Nouissime Wallachia intrata, & capto principe Turco ea regio accepta in deditionem. (*n*) Nec dubium fere

Internecina Turcorum clades.

(n) *Vngarisches neues Kriegs-Theatrum & proxima Noua.*

tam læta initia, vt præter inſitam virtutem gentis plurimum iuſtitiæ in bellis poteſt & felicitatis fidentia, porro lætiores ſucceſſus datura in poſterum. Sed vouere & ominari licet futura omnia imperatori noſtro & imperio proſpera; non ſcribere niſi præclare proſpereque res geſtas. Igitur iam ſiſtitur noſtra hiſtoria, cui proximi demum anni parabunt ampliora ſcribendi materiem.

Caroli Imp. matrimonium;

XV. Duxit Carolus, imperator noſter, ante hos octo annos *ELISABETHAM CHRISTINAM*, *Ludouici Rudolphi*, Brunſuicenſis Ducis, filiam, ſummum ſui ſexus decus. (*o*) Doluit hucusque Germania nulla adhuc prole illud beatum fuiſſe matrimonium. Nuper magno gaudio LEOPOLDO nato,

& primus filius denatus.

(o) RINCKIVS *Leben Jos. P. II. pag.* 349. *Span. Succesſions-Krieg P. II. pag.* 203. *Synopſis ad Ann.* cIↄIↄCCVIII. *pag.* 457.

to, Principeque Aſturiæ in cunis declarato, ſed poſt paucos menſes iterum improuiſo exſtincto, rurſus vehementer doluit. Verum lætatur noua adparente propinque ſpe prolis, hancque porro multiplicem & perennem precatur & auguratur.

CAPVT V.

IVRIVM PVBLICORVM STATVS.

I.

Jus Publicum recti-us excoli cœptum.

Notitia *publicorum iurium* nunquam quidem non in Germania noſtra principia habuit, ex quibus inſtrueretur, longe optima. Fecerunt autem variæ cauſæ, vt illa perſæpe admodum negligerentur, & fere ex putidis fontibus illa doctrina tota diu deriuaretur. Tandem vltima hac ætate præclariſſime huic

huic ſtudio litatum, &, clarius per leges Cæſareis & Ordinum iuribus deſinitis, cetera ex hiſtoria commode declarata, expoſita, probata, illuſtrata. Rideri ſane modo incipiunt præcepta, quæ quondam ſed perperam pro verisſimis & præſtantisſimis habita. Deſitum noſtrum imperium Romano Germanicum ex veteri Romanu ſtatu æſtimare & iudicare. Iniri cœptæ iuſtiores rationes ad fidem, veritatem, modeſtiamque, accommodate publica tractandi & decidendi iura: quæ, ſi quando iam cum publice tum priuatim in dubium litemque vocata, magnis plerumque accesſionibus noſtram augere ſolita notitiam.

Romani Imperii Maieſtatis, qualis hodie effectus?

II. *ROMANI* maieſtatem *IMPERII* ſolo iam conſtare nomine, proxime Pontifex Romanus auſus ſtatuere; nihilque iuris imperatori ſupereſſe in ditiones dudum a Papa occupatas. Contra & publice Cæſar noſter perquam ſtrenue pro iuribus

ribus maiestatis suæ propugnauit, & priuatim viri docti argumenta excusserunt, quibus vniuersa Roma rursus, si vellet imperator, eius posset subdi legibus. Ipse profecto Papa, cum disputationibus cerneret magis excitari & illustrari Cæsarea iura, quam opprimi; mox abstitit a conatibus, & Cæsareis postulationibus satisfecit. Italiam sane certo adhuc imperio complecti Cæsarem, præter nouissimam Genuensium pœnam, proscriptionis formula in ipsum Sabaudiæ ducem intentata, prætereaque Mantuani, Mirandulanique, ducum proscriptio, stipendiorum exactio, & præsidiorum collocatio, & eius generis alia, docuerunt. Non iniuria hæc egisse Cæsarem, quisquam valde conquestus. Sed vniuerse Italiæ principibus prohibere visum, ne nimium priscorum iurium refricaretur memoria. (*p*)

III.

(p) Vid. paulo supra *cap. III. num. VII.* Conf. RINCKIVS *Leben Leop. p.* 1420.

Forma imperii Germanici curatius explorata.

III. Quale IMPERIVM administrandum detur imperatori, accuratius semper visum in limine imperii nouis declarare imperatoribus. *Capitulationes* magis adstrictæ propositæ, cum benigniores non satis essent obseruatæ. Dubitatum, an vllo necessitatis maximæ, quæ alioquin non legem habet, casu a capitulatione liceat discedere imperatori? Visum quibusdam non incommodum, vt Commissoria lege Capitulatio muniretur. At, quam nollent electores imperatoris sui maiestatem nimium adflictam, quamque fiderent summorum imperantium integritati; ipsi de ea rogatione recusarunt. (q) Explorata

1421. *Synopsis pag.* 443. Pro Pontificiis iuribus propugnauit scriptum, *Il Dominio Temporale della sede Apostolica sopra la Citta di Commacbio, in Roma* 1709. Ea autem melioribus rationibus oppugnauit aliud scriptum, *Les Droits de l' Empire sur l' Etat Ecclesiastique. a Vtrecht.* 1713.

(q) PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib. VII. num. XXII. pag.* 410. *num. XXVI.*

rata ſatis imperii forma, male, cenſeo, de certo eius nomine inter doctores litigatum eſſe. Et male alii, hiſtoriarum ſatis gnari, vt hodiernum rerum ſtatum vetuſtiorem paulo redderent, eius in proximis Carolingorum imperio temporibus initia collocarunt; cum quippe conſtiterit hactenus certisſimis rationibus, vt idoneas ob cauſas quædam publica iura vicisſitudines ſuas ſubierint, ceterum ægre Germanos rem vllam publicam primo quoque tempore conſtituiſſe, quæ non hodierni ſtatus abundet principiis. (*r*)

IV. Jura *ELECTIONIS* ſolennisque *INAVGVRATIONIS*, vt reliqua, curate definita. Ne ſuffra-

Electionis & Coronationis iura probe definita.

pag. 412. *ſequ. num.* XXXIII. XXXVII. *pag.* 421. *num. XL. pag.* 423. 424.

(r) Probandæ adſertioni *Hiſtoriæ meæ T. I. lib. I. Caput V.* totum inſeruit. Conf. CONRINGIVS *in Præf. II. ad Tacitum de Germ. pag.* 53. *in edit. Helmſt. an.* cIↄ Iↄ CLXXVIII.

ſuffragia æqualiter vnquam poſſent diuidi, non incommoda viſa electoratus noui conſtitutio. Cum principes tamen aut inuiderent Luneburgicis nouam dignitatem, aut præcipuum ſui collegii membrum nollent in aliena caſtra translatum; mirum quanta primum animorum contentione illud negotium ſit impugnatum. Quæ lis fuerat Moguntino & Colonienſi de inaugurationis adminiſtratione; modo plane transactum eam commemorauimus. (*s*)

Comitiorum iura & certa & controuerſa.

V. *COMITIORVM* iura ætate abhinc proxima adeo firmata erant, vt augmenta noua minime iam ſperari poſſint. Crebra autem fuit inter electores & comitia contentio de multis iuribus, quæ illi ſoli ad-

(*s*) Vid. *hoc libro cap. II. num. III. cap. III. num. VI.* Conf. PVFENDORFIVS *lib. VII. num. XXI. ſequ.* de electione *LEOPOLDI* narrando, late in iura electionis imperatoriæ inquirens.

administrare consueuerant. Capitulationis perpetuæ confectionem Osnabrugensis pacis formula tribuerat comitiis. Adhuc porro autem eam soli electores præscripserunt; & potestati addendi conditiones, si quæ omnino Capitulatio Perpetua olim publico nomine fuerit confecta, nunquam renunciaturi videntur. (*t*) An electorum aut integrorum comitiorum consensu proscribi ab imperatore ordo imperii queat? admodum etiam disputatum. (*v*) Transimus alia in historia hac recentissima passim obuia.

VI. *MATRICVLÆ* imperii iustiori, quam sunt diuturna comitia, præstolabitur forsan tamen ipsa nostra posteritas. In principum collegio noua *SVFFRAGIA* ferendi a multis principibus copiam postulatam *Matricula nondum confecta; cur? Iustitia postulatorum in comitiis plu-*

(t) PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib. VII. num. XXVI. pag.* 412. *num. XXI. pag.* 408. 409.

(v) Vid. *hoc libro cap. III. num. III.*

rium a quibusdam principibus suffragiorum. latam esse; supra declaratum. (*x*) Non defuit iustitia postulationi. Olim suffragia principum non numerata, sed æstimata & ponderata. Si quis inde pluribus præesset regionibus, reliquarum nominibus dissimulatis, vnius tantum præcipuæ titulo compellatus, dedit suffragium. Hodie numerantur suffragia. Quis iuste prohibuerit, multarum prouinciarum dominos plura postulare suffragia, quam tulerit modicarum ditionum princeps, qui prius fortassis suis inuigilauit commodis? Quanta sane olim fuit causa, præcipuæ regionis nomine interesse comitiis: tanta iubet hodie ratio, singulas ditiones, quæ quondam fuerunt in comitiis, ad ea reducere.

Principum numerus auctus. VII. In imperii *PRINCIPVM* collegium nunquam tot illustres Germaniæ gentes vna ætate, quam postrema hac & abhinc proxima, coopta-

(*x*) Vid. *hoc libro cap. III. num. VI.*

cooptatæ ſunt. Cauerunt autem in Capitulationibus nouiſsimis electores, ne multiplicando principum numerum ſumma illa dignitas poſsit vileſcere. Nec continuo iuriſque effectu imperii princeps, vt ſcilicet in comitiis ſuffragii iure gauderet, factus, qui nomine hoc ab imperatore compellatus. Conſenſu electorum & principum opus porro fuit, ſi quis in principibus imperii adnumerari voluerit. Proſpectum etiam principum vetuſtiorum iuribus, ne iis nouæ familiæ vſpiam officerent. (y) Ceterum hiſtoria paulo ſupra docuit, iam Bohœmicum etiam regem reſtitutum eſſe plene imperii ordinibus; vt non vltra in ſolis electionibus imperatoris vt olim ſuffragii iure gauderet, verum & reliquis intereſſet publicis conſultationibus. (z)

Boiobœmi reges Ordinum numero reſtituti.

Iii 2 VIII.

(y) *Capit.* IOSEPHI *art.* XLIII. *Capit.* CAROLI *art. XXII.*

(z) Vid. *hoc libro cap. III. num. VI. litt. d.* Conf. *Celeberr.* LVDWIGIVS *de Iure*

Jura Circulorum. VIII. De *CIRCVLORVM* iuribus ſciri poteſt, magno ea in iis circulis, qui crebrioribus principum territoriis interdiſtinguuntur, ſtudio eſſe definita atque firmata. Non raro ſancita pro mutua defenſione inter plures circulos fœdera. Redintegrari & inſtaurari ipſi circuli cœperunt. Nouiſſime, quod Leodienſis ditio ſe ex Weſtfalico circulo exemtam voluit, minis oſtentatisque armis illa coacta redire in priſcam ſocietatem. Cum in Megapolitana cauſa non ſalutatis Circuli directoribus ſuo rem Cæſar arbitrio ageret, violenter ius circuli defenſum conſtat. Vnde deinde non audent imperatorii miniſtri nouas hoc in negotio res moliri. (*a*)

CAPVT

ſuffragii regis Bohœmiæ; HERTIVS *de renouato R. G. Imperii & regni Bohœmiæ nexu*, *in Diſſert. Vol. II. T. I. pag.* 505. *ſequ.*

(a) LVDOLPHVS *Contin. lib.* LII. *cap.* II. *pag.* 165. *ſequ. Capit.* IOSEPHI *art.* XII. PVFENDORFIVS *lib. XV. num.* III. *& paſſim alibi.*

CAPVT VI.

GERMANIA PRINCEPS.

I.

Cum imperatorum rebus *Austriacæ* fortuna gentis iam simul descripta. LEOPOLDO parenti JOSEPHVS filius successor datus; huic frater CAROLVS. Hi soli tres, pater & filii, hac omni fere ætate & imperatores fuerunt & Austriæ Archiduces. Excidit piis votis Germania, *Josepho* gentis felicem propagationem precata. Meliora speranda, cum *Carolus* iam nuper *Leopoldi* principis, maturissimis quidem fatis perfuncti, pater fuerit. Sæpe in fortuna vnius Austriacam gentem stetisse scimus. Vt semper noua dedit numen incrementa; ita longissime Augustam domum ab interitu hodieque abesse, nemo non sperat & exoptat. *Austriaci Archiduces.*

Boioariæ electores. II. Primus post Boiohœmi reges, qui Austriæ Archiduces sunt, in electoribus locus solenni pacis formula concessus *Boioariæ* ducibus. Hi quidem nuper deiecti erant de isto statu, cum proscriptus *Maximilianus* elector esset. At restitutis Badensi pace Boioariæ iuribus, censentur vtique Boioarii & Palatini, quo loco publice consistunt. FERDINANDVS MARIA pacem bello præoptauit semper: ipso eo tempore, quo omnes maluissent Boioariæ arma cum fœderatis contra Gallos fuisse iuncta. Vicarium etiam imperium, de quo lis fuit cum Palatinis, ministrorum potius consiliis, quam armis vindicare conatus. (*b*) MAXIMILIANVS EMANVEL, in paternam dignitatem successor, cum Austriaca domo satis diu constanter fecit. Tur-

An. cIↄ Iↄ CLXXIX.

(b) RINCKIVS *Leben Leop. pag.* 391. 736. 817. *Synopsis pag.* 172. PVFENDORFIVS *rer. Brand lib. XI. num. LXX. lib. XII. num. LXIV. lib. XIV. num.* LXIII.

Turcos ſumma virtute ſumtis pro Cæſare armis cohibuit. Gallis primo, quod tum geſtum eſt, bello adeo ſtrenue ſuas copias opesque cum ad Rhenum, tum in Belgio, cuius aliquandiu Gubernatorem egit, obiecit, vt & ſummi ducis & optimi principis honores facile mereretur. Sed iſto finito bello per pacem mutatus, Gallicisqne conſiliis corruptus, magno Boioariæ incommodo, electoris animus. Fata varia illam exceperunt mutationem. Quibus ſuperatis iam redditus Maximilianus elector cum *JOSEPHO CLEMENTE*, Colonienſi electore, fratre, imperio amicus, fidus in poſterum & integer, vt opinabile eſt, futurus. Filii principes ſummæ ſpei ſunt plures: vt ſatis adeo ſtet firma Boioariæ fortuna gentis. (*c*)

(c) RINCKIVS *Leben Leop. pag.*156. 251. 817. 904. 982. 985. 1135. 1168. 1169. 1509. 1522. 1616. 1628. 1631. *Leben Ios. P. II. pag.* 106. *Synopſis pag.* 501. 529. Conf. *ſupra hoc libro cap. IV. num. IIX.*

Saxoniæ electores. III. In *Saxonia* JOHANNES GEORGIVS II. ægre elector factus vicarium administrauit imperium. Maluit incertas ob causas Boioariæ electorem, quam Palatinum vicarii imperii collegam, agnoscere. Prodesse suæ genti conatus
An. cIↄ Iↄ CLXI. cum *Julio Francisco*, Lauenburgico duce, veteres lites transegit, sibique Lauenburgicam hæreditatem pactus est. Hoc passim vitio datur, in Erfurtina causa non suis iuribus Saxones idonee prospexisse. JOHAN-
cIↄ Iↄ CLXXX. NES GEORGIVS III. filius inuicta virtute imperii causam perpetuo egit; profligatis Turcis; sancito Augustæ fœdere; oppositisque Gallico
cIↄ Iↄ CXCI furori primis armis. In ipsis quodammodo castris obeuntem JOHANNES GEORGIVS III. haud dissimilis virtutis filius, parique erga imperium affectu præditus, exce-
cIↄ Iↄ CXCIV. pit. (*d*) Sed ægre ad tertium annum

(d) PVFENDORFIVS *Brand. rer. lib. VI. num.* XLVIII. *lib. VII. num. XXIV. XXXIII. & ita passim deinde.* RINCKIVS *Leb. Leop. pag. 689. sequ.* 157.

num ſuperſtite fratre, nunc feliciter Saxonicis rebus præeſt FRIDERICVS AVGVSTVS, tantæ princeps animi corporisque virtutis, quanta ornatum Saxonicum alium heroëm vix laudauerit hiſtoria. Rex Poloniarum factus difficile cum Suecis bellum geſſit: in quo quidem illi ſummæ principis virtuti non reſpondiſſe vbiuis fortunam conſtat. Quam vexauerint clementem, benignum, generoſumque, regem crebræ in Polonia ſeditiones? quam his freti Sueci turbarint Saxoniam, & in generoſiſſimam regis patriæ curam turpiſſimæ pacis formula concepta inſultauerint? & cetera omnia neſcit nemo. Princeps regius, *FRIDERICVS AVGVSTVS*, vt olim pater, itineribus inſitam & innatam virtutem nunc excolit, & foris per excelſæ indolis crebra ſpecimina in tanto vbique verſatur cultu, quam in patria

An. cIↄ Iↄ CXCVII.

Iii 5

Celeberr. Auctor Germ. Principis Hiſt. Sax. pag. 78. ſequ.

tria domi maximis desideriis eius reditus exposcitur. (*e*)

Brandenburgici electores.

IV. *Brandenburgicarum* ditionum imperium FRIDERICVS WILHELMVS primus hac ætate gessit. Ex præclarissimis domi forisque rebus gestis *Magni* nomen hæsisse huic principi; est vtique maximum æternæ partæ gloriæ documentum. Præter antiquiora decora Suecos prope eiecerat iustissimis armis ex Germania tota; cum eius fortunæ inuideretur, & soluto fœdere cogeretur elector reddere occupata. Diffidit inde noster princeps propositis fœderibus, maluitque pace suas gubernare prouincias, quam nouis interuenire negotiis. (*f*) FRIDERICVS III. filius, di-

An. cIↄ Iↄ CLXXXVIII.

(e) RINCKIVS *Leb. Leop. pag.* 1100. *sequ.* 1283. *Synopsis pag.* 320. 502. *Germaniæ Princeps l. c. pag.* 82. *sequ.* De aquilonari bello vid. *supra cap. II. III. IV. passim.*

(f) De huius electoris rebus gestis SAM. PVFENDORFII *Comm. lib. XIX.* habemus. Res eius priuatas præcipue exponit *lib. XIX. num. CII. ad fin.*

dignisſimus tanto patre hæres, cum etiam ex omni virtute, tum maxime ex ſapientia, commendatisſimus princeps; continuo impugnatam a Gallis Germaniam ſuo milite & conſilio defendit. Seculo vertente Prusſiam a patre liberam redditam regio nomine eſt complexus; omniumque plauſus, quod regia virtus dudum regno dignisſima viſa eſſet, meruit. In tantæ eius rei memoriam tum illuſtrem ſodalitatem, quam Ordinem adpellant, ab *Aquilæ Nigræ* inſigni compellatam condidit. Inde Arauſionenſis hæreditatis partem eximiam in ſuam gentem intulit, eoque nomine Noui Caſtri ducatum accepit paulo poſtea in felicem poſſesſionem. Poſtea Megapolitani Ducatus iura & inſignia reſtituit genti ſuæ. Nouo bello iterum Gallorum hoſtis in Italia & Germaniæ finibus pro communi ſalute contra illos fortiter propugnauit. Regiones ſuas ditauit; parentibus amori, afflictis præſidio, hoſtibus terrori fuit

(g) FRI-

An. cIↄIↄCCXIII. (*g*) FRIDERICVS WILHELMVS filius, alter Prussiæ rex iuncta paternæ sapientiæ aui fortitudine bellicaque arte, florentissimas prouincias modo auspicato regit. Cum initiis imperii Traiecti ad Rhenum transacta pace Geldriæ partem accepit. Bello paulo deinde necessario cum Suecis administrato, & Stetinum vindicauit, & Strahlsundam, inexpugnabile castellum visum, expugnauit, & Rugiæ *insulæ* occupationem perfecit. Nunc, licet aquilonaribus motibus nondum sopitis, pacatæ tamen agunt terræ Brandenburgicæ, almique sui principis curam voce manuque venerantur. (*h*)

Palatini electores. V. *Palatinis* regionibus præerat CAROLVS LVDOVICVS elector, cum

(g) *Germania Princeps Hist. Poruss. reg. pag.* 521. *sequ.* RINCKIVS *Leb. Leop. pag.* 1451. *Synopsis pag.* 357. 536. De præclaris eius rebus gestis passim etiam supra.

(h) Vid. *hoc lib. cap. IV. num. X.*

cum Ferdinandus III. obiret, vicariumque adeo imperium in litem veniret. Princeps virtutis ſummæ & eruditionis incomparabilis, non auertendis tamen a ſuis prouinciis calamitatibus per ſummam licet ſapientiam par exſtitit. In cauſa Wildfangiatus turbatæ, Gallicoque bello vaſtatæ, exhauſtæque omnes prope prouinciæ. (*i*) Vnigena CAROLVS rurſus per pacem grauisſima vidit pericula Palatinatui Gallica minari conſilia. Matrimonium ſororis eius cum Aurelianenſi duce inprimis fatale futurum Germaniæ iam tum videbatur, quod nempe ſobole careret Carolus. Quid ſane moliti ſint Galli poſt electoris maturisſima fata; expoſuit paulo ante hiſtoria. (*k*) Electoratum, cui

An. cIↃ IↃ CLXXX.

cIↃ IↃ CLXXXV.

(i) Pasſim de eo PVFENDORFIVS *in Brand. rer. commentariis* aliquoties ſupra a nobis laudatis. *Germ. Princ. Palat. hiſt. pag.* 41. 42.

(k) *Synopſis pag.* 206. male *CAROLVM LVDOVICVM* poſtremum ſuæ gentis paterno nomine compellat. RINCKI-

cui *Archithesaurarii* officium adiunctum erat, (*l*) suo iure occupauit PHILIPPVS WILHELMVS, Neoburgicus Dux, Catholicis partibus princeps addictus. In durissimas tum calamitates incidit Palatinatus, cum a Gallis miserrime direptus, tum sacrorum mutatione imperata non leuiter adflictus. Sedem elector suam in Montensi ducatu Dusseldorpi habuit; vnde Heidelberga magna splendoris parte mulctata. Cetera optimus princeps, & felix Cæsaris, Hispaniæque, Lusitaniæ, & Poloniæ, regum, socer; inter flagrantes calamitates obiens
An. cIↄ Iↄ XC. (*m*) JOHANNEM WILHELMVM filium successorem habuit. Qui, binis licet cum Gallis fortiter administratis bellis, magis tamen Palatina-

VS *Leb. Leop. pag.* 905. *Germ. Princ. pag.* 43.

(l) LVDOLPHVS *Cont. lib.* LI. *cap. II. pag.* 20. *lib.* LIII. *pag.* 325.

(m) PVFENDORF *lib. XIX. num. XIII. Synopsis pag.* 206. RINCKIVS *l. c. p.* 905. *sequ. Germ. Princ. l. c. pag.* 45.

tinatus inſtaurando externo flori, quam ſuperiorum electorum ægre quisquam, conſuluit. Mitiora etiam Proteſtantibus tempora minor electoris ſuperſtitio attulit. In poſſeſſionem ceteroquin accepta Veldentina ditione, operibus aliquot vere regiis inſtructis, priſcis etiam Palatinæ domus decoribus reparatis, & *S. Huberti* nouo illuſtri ſodalitio conſtituto, nobilis hoc vno parum felix fuit, quod duplici matrimonio ſterili eſſet vſus. Nuper ſuis fatis functum CAROLVS PHILIPPVS frater, qui Tirolenſem gubernatorem egerat, excepit: princeps, cuius regiminis mitiſſima initia communi adplauſu & gaudio parentium hucusque excepta ſunt. (*n*) An. cIↄ Iↄ CCXVI.

VI. *Luneburgicæ* gentis iuniori Hannoueranæ domui eam fortunam ætate hac obueniſſe, vt in imperii noſtri electoribus adnumeraretur, hiſtoria declarauit. Fuit ER- *Luneburgici Electores.*

(n) RINCKIVS *pag.* 1389 *ſequ. Germ. Princ. pag.* 47. 48.

ERNESTVS AVGVSTVS, *Georgii* natu minimus filius, Osnabrugenſis antea Epiſcopus; deinde Calenbergicæ ditionis dux; deinde multis maximisque meritis in vniuerſum imperium illuſtris; extremum elector nonus a Cæſare renuncia-
An. tus. (*o*) Eius filius GEORGIVS
cIↄIↄ LVDOVICVS, militiæ meritorum-
CXCII. que in Germaniam gloria dudum inſignis, antequam in parentis di-
cIↄ Iↄ gnitatem ſuccederet; hanc electo-
CXCVII. rali decore nuper ornatam firmauit & ſtabiliuit, poſtquam princeps porro egregie mereri de republica perrexiſſet. Zellæ fatis ſuis functo *GEORGIO WILHELMO*, & qua princeps agnatus, & qua gener, locupletiſſimam ditionum hæreditatem adiit. Reſtituto Palatinæ do-
cIↄIↄ mui priſco officio, *Archithesaurarii*
CCVIII. officium adiunxit Luneburgico electoratui. An Bauaro electore Badenſi pace in integrum reſtituto de nouo olimque propoſito rurſus cogitan-

(o) RINCKIVS *pag.* 1148. *ſequ. Germ. Princ. Brunſu. Hiſt. pag.* 58. *ſequ.*

gitandum fuerit officio? nondum eſt expeditum. Sed poſſe etiam conſiſtere electoratum, vt officio nullo ſit præditum: quis non perſpicit? Ante hos duos annos per matris iura ad Britannica ſceptra felicisſime euectus, fortitudine atque clementia ſumma prudentia temperatis, tam proſpere nunc & ipſe, & per vnigenam patre tanto dignum filium, *GEORGIVM AVGVSTVM*, oppresſis ſeditionibus, pacata florentiaque regna regit, quam quisquam ante eum fortunatiſſimorum regum Britanniæ. (*p*)

An. cIↃIↃ CCXIV.

VII. Seniorem *Brunſuicenſem* domum fortuna multum iuniori familiæ hodie concedere; & effecit primum *Henrici*, conditoris ſenioris gentis, facilitas, & deinde felix, quæ genti iuniori obuenit, crebraque ditionum ſiue feudi ſiue hæreditatis lege facta coniunctio. Nec defuerunt autem Brunſuicenſibus ætate hac potentiæ incrementa. Tres filii RVDOLPHVS AVGVSTVS, ANTONIVS VLRICVS, & FERDINANDVS ALBERTVS, patri

Brunſuicenſis ſenior domus.

Kkk *Au-*

(p) Conf. ſupra *hoc libro cap. III. num. V. VI. cap. IV. n. X. XII. Germ. Princ. pag.* 59. 60.

Augusto in summa senectute mortuo fuerunt superstites. An. cIↄIↄ CLXVI. Omnes principes virtutis æque ac eruditionis summæ, suis singuli in omnem Germaniam meritis fuerunt insignes. Par seniorum fratrum, amice coniunctis consiliis, ditionibus paternis præfuerunt. Brunsuicum, potens, & vsque eo libera ciuitas, nunc in ditionem a ducibus redacta. Fratrum iunior Beuerensi ditioni præfectus, ætate haud adeo prouecta exstinctus, plures reliquit filios. *Defuit* autem melioris sexus soboles seniori cIↄIↄ CCIV. fratrum *Rudolpho Augusto*, paulo ante Leopoldum Cæsarem defuncto. cIↄIↄ CCXV. *Antonius Vlricus* admodum senecta ætate nuper obiit; filiis AVGVSTO WILHELMO & *LVDOVICO RVDOLPHO*, & virtutum & prouinciarum hæredibus relictis. Alter hodieque Brunsuicenses terras auspicato regit. Alter felix socer Cæsaris, socer Russorum principis, vt frater vero, mascula caret prole. (*q*)

De reliquis Germ. principibus familiis.

VIII. Quam multæ serenissimæ Germaniæ gentes superant, quarum historia & iuuaret & delectaret; tam prohibent

(q) *Synopsis pag.* 547. *Germ. Princ. pag.* 43.

nibent nos tamen primi inſtituti ratio-
nes eam morari. In exſtinctis autem
principibus familiis cenſenda præcipue
Lauenburgica, cuius poſtremus dux, *JV-* *Lauenburgica gens exſtincta.*
LIVS FRANCISCVS, nullam prolem
maſculam habuit. Ditiones eius tum
occupauit *Georgius Wilhelmus*, Zellen- An.
ſis Dux, Saxonumque poſtulationibus cIↄIↄ
ſatisfacto poſſeſſionem ſeruauit. (r) CLXXX-
Contra cum vnius vetuſtiſſimæ princi- IX.
pis familiæ interitu, plures rurſus no- *Nouæ principes familiæ.*
uæ gentes, etiam exteræ, imperii prin-
cipum dignitate ab imperatoribus ſunt
donatæ. Cenſendi hoc in numero
PORCIANI, *CROTACI*, *FUR-
STENBERGII*, *SCHWARTZEN-
BERGII*, *OETTINGENSES*, *WAL-
DECCII*, *LAMBERGENSES*, *TAS-
SENSES*, *ESTERHASII*, *MON-
TECVCVLI*, *ODESCHALCHII*,
HANNOVIENSES, *SCHWARTZ-
BVRGICI*, *HERCOLANI*, *SA-
PIEHÆ*, *MENZIKOVII*, *MARL-
BOROVGHII*, & *HARRACHII*.
Pars horum principum & aliquot pau-
lo antiquiorum nunc admiſſa, interpo-
ſitis quibusdam pactis, ad comitia & in

(r) RINCKIVS *pag.* 1114. 1115.

principum consessum. Pars non to[...] familiæ, sed seniori domus, noua[...] concessam voluerunt dignitatem. Ce[-]terum nec sileri debet, *Murienses* Ab[-]bates modo a Leopoldo Cæsare prin[-]cipes esse renunciatos. (*s*)

CAPVT VII.

RES SACRAE.

I.

Mutua diuersarum religionum studia.

Nihil hac ætate periculi aut discriminis Protestantibus diuersis a Pontificia religione sacris allatum est. Quæ ista stabilitatis suæ præsidia nuper sacra pace acceperunt, in istis porro iam sunt, & perpetuæ securitatis spem habent. Non desiere quidem vtrinque multa pro solennibus mutuisque partium odiis moueri: vnde, donec homines indulgebunt affectibus, non publicarum querimoniarum deerit materies. At, vt imperitum vulgus concitante quandoque sacerdotio ad tumultus concurrat, & infesta aduersæ partis odia aper-

(*s*) *Celeb.* PFEFFINGERVS *in Vitriar. Illustr. pag.* 769. *sequ.* totus est in illustribus dignitatibus a Cæsare collatis percensendis.

aperte præ ſe ferat; quo furore ſemel & iterum nuper Coloniæ Agrippinenſi miſeram accenſam plebem enormes turbas agitaſſe nouimus: (*t*) ceteri profecto paulo prudentiores ſatis ſua diſſimulant ſtudia, &, niſi publici ſtatus rationes diuerſa ſuaſerint, familiariter & amice viuunt cum ceteris, ſiue Papam iſtì venerentur, ſiue Luthero Caluinoque fauerint. Actum omnino 'aliquoties de noua diuerſarum religionum conſociatione & conciliatione. Sed per rationes ſatis cognitas horum omnium conſiliorum idem ſemper futurus exitus.

II. *CATHOLICÆ RELIGIONIS* externus ſtatus nihil mutatus. Incrementa cepit iſta quandoque pars acceſſione principum illuſtriumque virorum haud exigua. At, cum multæ cauſæ Proteſtantium parti iſtiusmodi acceſſiones hodie negare videantur; conſtat ſimul etiam, ægre fidem facere, qui ſuum abſceſſum purioris Pontificiæ doctrinæ agnitione prætexunt. Ipſa quidem *Externus ſtatus Catholicæ eccleſiæ,*

(t) De Colonienſi tumultu RINCKIVS *Leben los. p.* 461. *La Clef An.* cIɔIɔ CCIIX. IX. *pasſim* FABER *St. Cantz. T. XIV. c.* II. *Electa* I. *P. T.* I. *pag.* 366.

nec non Protestantium Sacrorum.

PROTESTANTIVM culpa, non raro publice infirmiores eorum partes esse redditas, ingenue fateri conuenit. Cui non prudentiori improbata fuerint perpetua iurgia litesque, quibus, verioris doctrinæ siue curæ siue custodiæ obtentu, hac etiam ætate passim inter se committi consueuere Protestantes vtriusque *sectæ* Theologi? Vt intestina pluraque mala dissimulentur; conscii sane orientis infirmitatis non pauci magnopere laborarunt, vt conciliaretur inter se vtraque pars Protestantium, vnaque adeo sublatis inimicitiis in commune horum doctrina esset atque sententia. Verum, quod quidem videtur, semper conciliationi diversorum placitorum frustra studebitur, dum sua mirari atque colere nemo desinet. Mansit adeoque Protestantium ecclesiarum externus status idem, qui diu hodieque, & porro credo, vt alter Catholicorum, durabit in tempora.

Cura conciliationis partium Protestantium.

ura sacrorum.

III. Ex *SACRORUM JURIBUS* Imperatori pene nihil reliquum factum esse præter exiguos primarum precum fructus, dudum acceptum. Hoc tempore, cum auderet Pontifex Maximus beneficium

cium a ſe conceſſum interpretari iſtud quicquid iuris eſt; recte Joſephus Cæſar de adprobatione huius iuris Pontificia recuſauit. (v) Idem imperator non incommode veterum Cæſareorum in Papam eiusque ſtatum atque bona iurium memoriam reſuſcitauit: vt tamen facilis fuerit Pontifici data copia animoſiorem placandi imperatorem. Ceterum bene recteque Proteſtantes principes vniuerſum ſacrorum ius vindicaſſe, vltraque nihil debere Pontifici Catholicorum ſacrorum præſidi, alibi ſatis declaratum.

IV. *EPISCOPORUM* Abbatumque, qui ſunt imperii noſtri principes, ſumma *JURA* nemo neſcit. Cum hoc autem tempore plures orbibus ſuis aut impoſuerint iugum, aut moliti ſint ſeruitutem, (x) quo iſtud iure ſiue actum, ſiue tentatum, fuerit? paſſim quæritur. Et videtur quidem, iniuriam parum paſſas eſſe vrbes, quæ vt conderentur, in cauſa fuerunt inſtituti Epiſcopatus. Ne habitare cogeretur in vico epiſcopus, ei vrbs

Germanici potentioris Cleri iura controuerſa.

Kkk 4 data

(v) Lites Cæſaris cum Papa de primariarum precum iure exponunt *Lettres Hiſtoriques Ianu.* cIↄIↄCCVI. *p.* 7. *Bücher-Cabinet* P. VI. *p.* 78. (x) Vid. *ſupra hoc libro c.* II. *n.* V.

data. Poſtquam Epiſcopi vero ceteras ditiones ſupremo iure cœperunt regere, non iniuſte vrbes ipſas ſuo complecti conati imperio. Si qui vero priſcis opibus florentibus ciuitatibus quondam dati ſunt Epiſcopi; firmior vtique earum libertas & iuſtior habenda, ac cui iuſte inſidiari aut minari epiſcopis liceat.


Studia litterarum.

V. *STUDIA LITTERARUM* hoc maxime tempore magis cordi curæque omnibus eſſe cœperunt, quam antea nunquam. Non vlli prope deſunt doctrinæ & diſciplinæ, qui eam excolant, illuſtrent, expoliant. Non inuidebunt tamen Pontificii Proteſtantibus in Germania doctoribus laudem rectius excultæ eruditionis. Diui Leopoldi Imperatoris, ſummi eruditionis & doctrinæ ſtatoris atque ſtabilitoris, auſpiciis *Kielonienſis*, *Oenipontina*, *Olmucenſis*, & *Vratislauienſis*, academiæ conditæ. Perfecta *Altorfina*, nouisque priuilegiis aucta *Friburgenſis* & *Pragenſis*. Friderici vero Diui Pruſſiæ regis curæ potiſſimum debetur, quæ omnium hodie præcipue floret *Halæ Fridericiana* academia. (y)

Nouæ Academiæ erectæ.

INDEX

(y) RINCKIVS *Leben Leop. pag.* 110. 111, 1545.



NOTITIA

AVCTORVM.

ACtes & Memoires de Negociations de la Paix de Nimegue,
de la Paix de Rysvvick.
touchant la Paix d' Vtrecht.

Adlzreiter (*Ioh.*)

Aeneas Sylnius.

Agricola (*Rud.*) *ap. Freherum T.* II.

Agrippa (*Henr. Corn.*) *apud Schardium T.* II.

Albertus Argentinensis.

Albinus (*Petrus*)

Alpen (*Ioh. ab*)

Andreas Presbyter Ratisbonensis.

Aretinus (*Leonb.*)

Asclepius Barbatus *apud Schardium T.* II.

Atrocianus (*Ioh.*) *ap. Freherum. T.* III.

Auentinus (*Ioh.*)

BArlandus (*Hadr.*) *ap. Schardium T.* II.

Bartholinus (*Ricardus*) *ap. Freherum T.* II.

Baselius (*Nicol.*)

Bebelius (*Henr.*) *ap. Freh. T.* II.

Belcarius (*Franc.*)

Bellaius (*Mart.*)

Belleforestius (*Franc.*)

Bellus (*Nicol.*)

Bembus (*Petrus*)

Beslelmeier (*Sebast.*) *apud Schardium T.* II.

Bircken (*Sigismund von*)

Birckheimerus (*Bilib.*) *ap. Freherum T.* III.

Boiemus (*Mich.*)

Bonfinius (*Ant.*)

Botho (*Conr.*) *ap. Leibnitium T.* III.

Brovverus (*Christ.*)

Bucholzerus (*Abrah.*)

Burgundus (*Nicol.*)

Burgus (*Ioh. Bapt.*)

Bzouius (*Abrah.*)

CAbrera (*Ludou. de*)

Camerarius (*Joach.*) *apud Freb.* T. III. & *Sch.* T. II.

INDEX RERVM.

Prior numerus librum, alter caput, tertius & qui reliqui, paragraphum notant.

Alber-

Batani

Brun-

Carlo-

Carolus

Ericus

Floren-

Fride-

Guſtro.

Her-


cum

Prote-

 cedit

Ticinensia

 xim.



ERRATA OPERARVM.

PAg. 13. litt. b. lin. 4. lege *VINDONISSÆ*. p. 16. litt. n. lin. 2. lege *electionem*. p. 24. lin. 12. lege *nomine* p. 67. litt. y. lin 6. lege *pro*. p. 98. lin. 14. lege *obtentu*. p. 116. l. 14. pro & *demum* lege *deinde*. p. 119. lin, 5, lege *Brenensis*. p. 156. litt. k. lin. 6. l. 159. p. 158. litt. n. lin. 1. l. *163*. p. 159. litt. p. l. 4. lege *lib. XI*. p. 190. lin. 5. l. *restituturus* litt. v. lin. 2. lege *263*. p. 194. litt. b. l. 2. lege *XC*. p, 201. litt. m. lin 1. l. *285*. p. 208. lin. 5. l. *turbatioribus*. litt. z. lin. 7. l. *635*. p. 213. litt. 1. lin. l. *Clar*. p. 225. lin. 5. l. *Pacisci*. p. 229. lin. 4. l. *priuatarum*. litt. r. lin. 3. l. *XVII*. p. 241. lin. 16, l. *nulli* p. 247. lin. 5. l. *auitas*. p. 249. litt. p. lin. 2. l. 256. p. p. 259. litt. h. lin. 3. l. *HARDTIVS*. p. 266. litt. a. lin. 7. verba *Paral. ad Conr.* &c. refer ad litt. b. init. p. 308. lin. 11. l. *vrbem*. p. 313. lin, 21. l. *eum*. p. 341. litt. k lin. 5. l. *IIII*. p. 342. litt. l. lege lin. 5. *lib. III*. p. 347. litt. x. lin. 7. l. pro *L. I*. p. 349. lin. 1. l. *celerique*. p. 368. litt. i. lin. 7. l. *R. I*. p. 383. litt. k. lin. 2. l. *Tassensi*. p. 413. lin. 3. l. *eaque* p. 414. lin. 2. l. *more*. p. 426. lin, 5. l. *parente*. lin. 12. l. *Croyiacus*. p. 438. litt. g. lin. 4. l. *CABRERA* p. 453. litt. 1. lin. 8. l. *BELLAIVS*. pag. 458. lin. 14. 15. lege *eodem anno*. p. 493. lin. 7. l, *obdicationis expositis*. p. 500. lin. 18. 19. l. *præda cesserunt*. p. 502. litt. o. lin. 10. l. *init*. p. 503. litt. p. lin. 1. l. *POLHEIM*. & ita hoc nomen semper lin. 4. l. *fun*. p. 517. lin. 13. l. *obiret*. p. 533. litt. v. lin. 1. l. *pag*. p. 544. lin. 14. l. *Hoyensis*. p. 548. lin. 21. l. *indicandis*. p. 549. lin. 13. l. *incusarent*. p. 552. lin. 7. l. *puto*. p. 627. lin. 12. l. *nisi*. p. 643. litt. r. lin. 4. l. 386. p. 703. litt. g. lin. 1. lege *num. XXIX*. p. 706. lin. 3. l. *Augustam*. lin. 13. l. *præcipua*. p. 828. lin. 19. l *Hic*. p. 831. lin 3. l. *Tornacum*. p. 832. lin. 9. l. *Gertruydenberga*. p. 837. lin. 14 l. *minari*. p. 859. lin. 5 l. *propinqua*. p. 860. lin. 3. l. *definitis*. p. 864. lin. 13. l. *transactam*.

Si quæ alia leuiter siue in litterarum positione, siue in interpunctionibus verborum & periodorum, sunt errata, facile B. L. deprehendes & corriges.

